gmento vel statu et forcior quam in principio et in die crea-
cionis quam in die quietis maior sed in frenesi na-
tura est contrarium quia contento fe. est ex remissiorum calor mater
plus recipitur ad caput Signa frenesis non vere que
est morbus sunt accidentium remissio plus quam in frenesi
vera que est morbus **Medicina** Istud apostema
sicut et omne aliud apostema primo vel quando morbus
salubris habet quatuor tempora scilicet quibus diversificatur cura
scilicet principium augmentum statum et declinacionem Cura igitur
frenesis vere cuius est de sanguine est ut statim in principio et hoc
est ante spacium trium dierum vel quatuor ad plus fiat flobotomia
de frontis in die vel nocte de cephalica in brachio
vel in manu si etas et etas consenserit vel fiat sca-
rificacio si virtus fit debilis omnino quando si timor fuerit de
sincopi in actu flobotomandi sicut quibusdam potest contingere
propter consuetudinem non propter debilitatem cordis tunc tribuatur
hora flobotomandi et ante et post cum mica panis infu-
sa in vino granatorum vel aqua frigida quoniam a sincopi
custodit et fiat scarificacio in spatulis tamquam similiter
et cruribus et ligentur extrema dolorosa et fomentetur cum
aqua calida ante et post fricacionem quoniam eius fomentacio
similiter et fricacio cum panno aspero infuso in aqua
rosarum et aceto manus dividit et sompnum inducat et fiat
a capite emorum in corde consueto cum appositione sanguissugarum
vel cepacium circa anum quia materiam dividit et si aperi-
ri non possunt fiat flobotomia de saphena que est sub cavilla
pedis intus in calo quia hec flobotomia habet priore ars et
emordas Item ypo. dicit pacialla apostemorum melius et
frenetice emorrode in nate bonum Deinde subito fiat
vel unguentum vel embrocacio repercussiva super caput cum
succo solatri vel sempervive vel populeon mixto cum oleo rosarum
vel oleo de salice vel neufaris vel cum aqua rosarum mixta
cum aceto Et si sompnum provocare intendis adde eis oleum
de papavere vel de mandragora vel semen vini opii vel
lac papaveris vel decoctionem eius non tamen utere stupefactivis
frequenter quia fine extinguunt calorem naturalem sed tunc
plurimum erit superfluerunt vigilie vel furores Deinde contra

usque ad finem primi intento tua usitatur ita subfica-
tioni vertus vel clisteri leniuo vel suppositorio de fem-
dis quia acutum augmentaret fe. quod Rx viol ʒ ii mal-
ue m i prunorum lb s bulliat in aqua 2 in lb i aque
illius dissolua ʒ i tamarindorum ʒ i mane ʒ ii zuc-
cari viol ʒ ʒ iii olei viol ʒ s sal ʒ item bulliat pa-
rum post deinde tolatur et tepidum inicia omni die ad minus
semel nisi per se assellauit bis vel ter in die post quod
aut secundo die 3m vel 4tum transierit tunc non tempe-
tit flobotomia supradicta quia tunc apostema est confirmatum et ma-
teria fluxa est ad locum quare non valet diluere sed tunc est in-
tendendum euacuatiuis eradicatiuis ut dicit Alma-
sor capitulo proprio fflebotomia que tunc vena recta que est in fron-
te vel naso quod haec flobotomia euacuat aliquid de materia proxime
quod attrahat cum supponamus morbum esse in statu vel
prope statum Item etiam oportet flobotomia sub lingua vel gin-
gibis in collo apud tempus augmenti si illud sit fortis et
ponatur sanguissuga in fronte inter duo alia ossa non
adhereat applicetur cum sanguine alicuius alterius illic illi-
nito deinde fiat illinimenta fronti predicta tunc preparatur
non super caput ne fortassis impediatur resolutio quecumque
post illud vero applicentur calefactoria leuia confortatiua
cerebri velut est emplastrum de floribus camomille et mililoti et
gallus viuus scissus per medium vel catulus vel pulmo
porci calidus actu perficientur extrema leniter cum aceto
et sale simul conquassatis Iaceat in loco obscuro non
quod tenebroso ne spiritus interiores fatigentur sint secum
assidue amici et dilecti sui qui taceat et quiescant
et egrum seruiant et blandiantur et quecumque nimis coarceat
a furore cum sompnus et quies in loco tenebroso pro
est ex melioribus rebus in frenesi Cibetur ex lactucis
porcu condita cum aceto vel agresta similiter et cucurbitis
aut succo ordei vel auene conditis cum lacte amigdalarum
vel papaueris similiter et pomis assis frigidis actu vel carni-
bus pullorum et edorum alteratis cum herbis predictis si virtus
sit debilis bibat in die sepius syrupum de nenufare vel pa-
pauere cum vino granatorum et aqua decoctionis prunorum
vel ordei et sit syrupus ʒ i et vinum granatorum ʒ i 2 s
2 aqua ʒ iii vel bibat syrupum viol vel syrupum ros vel syrupum
de berberis cum eisdem aquis et hoc fiat non in hora come-
stionis sed ante per horam vnam vel duas similiter et post
horam vero comestionis bibat ex aquis predictis per se et plu-
res aquas sunt et extinctas atque nutritiuas quas dicere
calo de perturbatione virtutum animalium paragrafo de mania
canina Neque prohibeatur a potu aque frigide omnino sed bibat
de ipsa quantum vult etiam si apostema sit in visceribus
cum melius sit aliquod malum ergo sequitur quam sine eo
in morte cadere ut dicit G Nono de ingenio sanitatis

Cura frenesis vere de co. est ut in primo et ante omnia pur-
getur corpus cum medicina mundificatiua colere quod Rx ma-
ne ʒ i tamarindorum ʒ i 2 s dissoluatur ista cum ʒ
iiii aque decoctionis prunorum coletur aqua illa et detur
in sero ante die Aliud fortius aliquantulum Rx reub
ʒ ii aque decoctionis prunorum ʒ iiii pulverizetur reub
et ponatur in aqua illa et addantur ʒ ii syrupum viol et
dimittatur hoc totum sit stare per horas xii postea coletur et
detur ante diem vel purgetur cum ʒ s electuarii de succo
ros vel cum diacodion laxatiuo sed non detur ei medicina
fortis cum materiam agitaret et frenesim augmentaret
ante tempus declinationis Si vero materia fuit adusta tunc
si volueris vti apozimate primo sine 2o melius aliud
fiat ut quod in decoctione prunorum addatur sene et epithimi
ante ʒ ii polipodii ʒ s deinde in ista aqua de-
coctionis dissoluantur tamarindi et manna et
reub et fiat sicut prius facta autem euacuatione hoc
se tunc post fiet flobotomia temperata in brachio vel in ma-
vel fiat productio emorroidarum vel scarificatio in spatulis et na-
tibus quia sicut dicit Auicenna 2o canonis fen prima capitulo
de febre pestilentiali et 3o canonis capitulo de cucurbito si in egritu-
dinis non fuit sanguinis primo in tua materia deuenis a
mundificatione 2o a flobotomia si vero fuit sanguinis a flobotomia in-
cipiendum erit Deinde statim fiat embrocatio et in-
uncto circa caput supradicta et tonae ut ceteris
generationes aspergatur quantum potes vel saltem eius confirma-
tionem quia postquam confirmatum fuit quod forte est post 3m vel
4tum diem ad plus impossibile erit curare frenesim prop-
ter cerebri nobilitatem et sui natiuitate protecto et in omni-
bus medicinis approximandis per exterius sint calide
sine frigidis vel cum aceto quia est sicut ipsarum vehiculum
ad meatus ad penetrandum Detur in aurora si est
possibile per digestiuo ʒ i vel ʒ i 2 s oxizacare cum tribus
vel quatuor ʒ aque frigide vel aqua decoctionis prunorum
vel sumat ʒ i syrupum acetosi similiter cum eisdem aquis
In omnibus suis clisteribus decoquatur semina papaueris
albi et lactucarum et stariole inuoluta in pecia al-
ba et psillium aliquando per se aliquando cum eis efficiet
largius omni die secundum ventrem cum clisteri vel suppo-
sitorio supradicto et in omnibus sibi alius fiat sicut de fre-
nesi de sanguine Cura frenesis non vere que est morbus
eadem est cum predictis nisi quod est utendum mediis
remissioribus et non tante frigiditatis neque tanto potu
aque frigide quia est securior aliquantulum quam frenesis
vera Cura frenesis non vere que est accidens sicut
est que contingit in febre est ut fiant omnia que dicta
sunt de prouocatione emorroidarum scarificatione sectione facta
embrocatione et inunctione preter quam de flobotomia quia illa
non est utendum eo quod natura est debilitata propter egritudinem
precedentem nisi forte corpus sit carnosum robustum Alia
vero sufficit per se neque cadit in eis timor vnum quando
hanc frenesim intendit cum se iterato studeas ad resistendum
ei quantum poteris antequam adueniat augmentatio effi-
cienti repercussionibus et diuisionibus supradictis ne
fortassis fiat apostema vel ne confirmetur quia fiet in uno
morbo In fine autem frenesis vere de sanguine vel de co-
lera adusta si qua vestigia post alienationem remanserint
fiant embrocationes resolutiue et frigidis super caput
ab alto que sit sicut Rx florum camomille aneti
maiorane ros rub ana m i bulliant in aqua
Et item aliud Rx florum camomille vel se. aneti
feni radicum maluauisci ana m i bulliat in aqua
et fiant embrocationes etc. Emperica Semen caporis
cum vino bibitum facit hominem etiam freneticum
dormire semper dum sibi dederis acetum Item sompnifera
fortis ex corpore fortitudinis similiter et narcotica Rx
populeon ʒ i olei mandragore olei ros olei viol
ana ʒ ii aceti ʒ i opii ʒ i insteantur omnia pariter
et liniatur et eius frons et tympora actu frigido
reiterando frequenter vel infundantur in eo pecie
et applicentur toti parti anteriori per capitis sed non po-
steriori quia sicca est et inde oriuntur nucha et inui
Item fiat emplastrum ex lacte papaueris succo lactuce suc-
co solatri et semper viue vel nenufaris ana partem i aceti
non fortis partem s cum quibus incorporetur farina
ordei partes due farine fenugreci partem s vel florum

ca mollt Et in ca° de uigilijs plura dicentur Item pom-
pinfera pbatum in frenesi Rx olei ros ul viol et neu-
far quid modicu opij s̄nd vnu uel duo troci pa-
vimp misce omia et innunge int naves frequet
Item ad ined embrocta in fe in qua time de frene-
si Rx folia ul semina lattuce maluarum ana m j viol
z j cortici ul folior papaueris m s et modicu ma-
dragore decoquat in aqua et cole Item odora-
mentu in frenesi Rx camphore insquiam opij ozimi
croci ana lecte lp sufflat et aq ros confice ex eis
pomu q in ma teneat De experts ad frenesim
est fluxa cephalice et py gt fluxa nasi uel sanguis-
sugats eius uel vene frontis et potus aq frie in-
mete desup quia caloz extingt et cebru cofortat
et intellige de frenesi vera similit et scarificao aun-
u et fluxa venarum sub ling **Canon** dicit
quidam q in frenesi non dent pomi repercussiua
sup caput quia fiet impedimentu in resoluendo sed
ponatur circa fronte et tympora Item dicit rasis
in diuisionibus q freneticus verus no dz pro-
hiberi ab aqua fria olind neq si sit ex sanguine
neq ex co. Mesue vo illud phibz omo q e quia
rasis eius fronte fortem extinctoru respiat quam
fac et ipe sicut plima Mesue vo eius euapora-
toz et ipe q sit pauca quae ipaz phibz in calido
Pronosticacio frenesis aut ex quatuorz parte
causa si confinet et p 3° dies duauit cassa est
eius cura ante vo hoc tpus quoqz curatur licz diffi-
cult Item si frenesis non vera que e acutus cosequns
se aduenit ph sig digonis et uirtute cositute e
salubris si uo an signa digonis repet int eius ve-
stigia apparere e mortal quia ome signu crcticu
appariens an signu digonis e malu ut dicit G po
3° de cris Item si in frenesi va ul no va fluxg
sang natiu exuberas ul sudor fortis capitis sup-
venit statim a pncio cu utilit cosutua salubre est
dicit Auic 3° cani fen ca° de carabito qi multa
hnt carabitu .i. apga calidum in cebro cuius
vrina apparuerit al visus e liberatis pp qd aut
et ypo. circa pricula affor quib vrine limpide
aut al. male maxime vo si in freneticis apprt
qd 7 vltu intellige in frenesi no va Item frenesis
va plerumqz pmuta in peripneumoniam ul pleuresim
quead mod dicit et ec Item si freneticus no al-
leuiat p approximatoz remediorum conabiliu pma
uel 2a die statim ypm desceas Item si frenesis
supuenit litargie bona sz si ecouerso mala ut dicit
ypo. Et io cu vides freneticu cade in sompnu
pfundu et tacat in cale et metez mala et cu hoc
extrema frigent et liuent et occi grauant statim
ypm delinquas Item si in fe arsiua vrina sit ru-
bea spumosa et statim cras appareat al subtilis aquo-
sa natio morie a frenesi Item si in frenesi que
dst se no recordat pos paroxysmu eor q dixit
et fecit neqz recaudatur pter solitum morietur quia
pa° comicata e toti cebro ant et pos Item si no sen-
tiat se pati uel si fiat spasmus ul sincops uel de-
sipiencia morie Item acilice tremat in tangedo pul-
sum morie similit et si oculi lacrimet inuoluta-
rie uel si vrina vetnica uel egestio similit et si
si se velociter uiolent pitiat a capite lecti ad locu
pedum natio moit ut dt ypo pmo pno quarto

significat maxima angustia et doloz Sciais pt ea q
omis frenesis que e morbus e ex toto gnre sui magis
mortal qz salubris frenesi no que e acutus eo quia
frenesis morbus e ex ma quodali si frenesis acutus
est ex materia uaporosa **Sequitur**
Capitulum Quintum de litargia

Litargia e apostema frigidum cebri cuius qr
ma fria e natu grossa no penetratiua ideo
fit hoc apga magis in meatibus cebri qm
in suba eius uel uelaminibus qm et potius cebrum
e frigidius anteriori pte pauciores ibi ee spus et pter
maiore eius distanciaz ad eminitoria et colatoria
pallati ideo e illud apga in posteriori cebro et go litar-
gia e apa frigidum cebri posterioris et eius uentriculi
atqz caimositatu Litargia diuid in veraz et no veraz
vera e apga tantu ex ma pure frigida no vera e ex matia
frigida cu pauco san ul co. Est aut quoqz morbus
quoqz acutus morbus quia cu ma p se in loco colligi
et fac apga et hoc e ut raro accidens vo qn cosequit
se generaz de frate ul emitteu ore ul pyplenoiam
qm in humor pussib flegma attrae febrilis caloris
subtiliat et capitur ad cebrum sursum et h quod
se quoqz remanet cu litargia quoqz no desinit fre-
lsia in die septimo et remanet ista litargia et ob
litargia e passio omo opposita frenesi in causa in cura
in spcto et acah et io cognito eius et curacio aliqt
appacet ex calo de frenesi quia qui bn diffinit gna
cosignat velut in lalia fria dimicat Litargia ptci-
ca va qm fit de frate et hoc e ut sepius quoqz de
uilia et hoc e ppalmy Signa eius que de frate sut
dolor capitis leuis cu ffe lenta quia ad ome apa
intrinsecu cosequit se glumia similit et subeth licz
se gna quoqz diuulgat subeth neqz inuadat se posse
stare cu signis frigidis quia no e inpgla causa
antecedentiz ee frigidam que cu dz si quieta uel peres
eius hoc fit p putrefactioz Omis aut putredo calefit
ut dicit G 2° de acide similit et obliuio quia cellu-
la memorie refrigidat quapropter hnt os apertum do-
ab astantibus claudat pp pigriciam et obliuioz et ad-
venit quoqz singultus pp compassioz oris sto et
est ipsorum lingua alba et os salliuosum et decubitus su-
pinus licz sup lata reuoluat et vrina grossa alba
velut subiumentalis et prodiciti gulo et egro quida
pulsus rarus satis tam magnus undosus tremulus
et accid ei quoqz frigitas extremorum cu aliquo tremore
pp comiudaciam frats et oppssioz spus et caloris Signa
eius que de uilia sunt q oculi remanet apti no pal-
pitantes et uelut occi intuict vna rein absqz motu
et ffe lenta et paru forcior qm in ea que de frate
et oculi prominentes et quoqz alienatio cum ira fit
et obliuio vrinandi nisi ad hoc excite vrina al sub-
tilis color oculorum albus valde pulsus parus stritus
spissus durus difficulter apparens nisi forte hoc fiat
volle caloris febrilis Signa litargie non vere
que e morbus e mixtura siue adultatio signorum
predictorum Signa litargie no ve que e accidens sunt
q cum se incipit augmentari sompnolencia et pigricia pt
debitum et scaltu et lsitudo flatica et diminucio sitis
et tacitumitas loquendi et vrina al grossa ul caro-
pos et quoqz russa spissa pp caloz febrile inserta
in grossa ma et ego fluida aquosa et quoqz alba
grossa velut flegma vistosum **Methadus**

Cura litargie vero de flate est ut statim a principio apparitionis signorum ipsius usque ad tres dies fiat minutio repercussiva cum caput confricare cum oleo rosarum et pauco aceti simul commixtis donec locus refrigeretur ab apparatu. Deinde 3ª in aurora deinde si fleobotomia cephalice in manu si virtus et etas consentiat quia fleobotomia evacuat materiem eorum licet non qualitatem. Secundum Almansorem fleobotomiam prohibet preter ista non competit ut fiant clisteria lacta frequenter actu calida refutata. Recipe coloquintide agarici centauree tartarini se. urtice radicum cappari calamenti ana ʒ ß ameti florum camomille absinthii ana m. i pistentur et bulliant in aqua et ex lb i istius aque et ʒ iii olei communis et ʒ iii mellis ʒ ß salis fiat mixtura que iterum bulliat ad ignem deinde colet et administret. Similiter et istud. Recipe coloquintide ʒ i olei ʒ iiii mellis ʒ iii salis ʒ ß fiat sicut prius et valet suppositoria de sale gemma vel fellibus acuta et oportet ut ligentur coxe et adiutoria ligatura dolorosa et fricetur vole et plante pedum fortiter cum sale et aceto vel urtica quia sicut fricatio levis inducit sompnum ita aspera et fortis inducit vigilias ut dicit G. primo de ingenio sanitatis ponatur in loco lucido vel aperto lingua sub vide neque permittat dormire quantum fuit possibile immo evellantur capilli quia super omnia remedia huius passionis sunt vigilie propter quod spiritus animales tunc sua principia in cerebro digerunt materiam et fiat ventosatio sine scarificatione incipiendo a nucha et collo et descendendo ad spatulas et brachia et crura quando est necessitas et fundatur aqua calida super extrema cum eorum fricatione et panno aspero producatur quando materia deorsum trahit tum utile similiter et scarificatio pulpe aliarum et provocatio dyaforesis et emorroydarum prout dicemus suis locis et propter hoc nec vomitus a principio sed non illud abhorremus quando materia sursum trahit nisi sit facilis spontaneus in corpore consueto quia si retinetur urina propter pigritiam vel oblivionem excitetur ad urinandum et egerendum et comprimatur vesica cum manibus et fiat emplastrum super pectine et vesica calefacientes illa membra scilicet ex floribus camomille meliloti foliis vel se. apii calamento radice lilii et oleo camomille quia sufficiat quando hec prohibente mollificatorum in collo vesice et fac ut teneat aliquid tyriace vel metridati quam est consuetus tercianaris aut tribus diebus et antecedente augmento administrentur resolutiva gargarismata ex oximelle et aqua decoctionis ysopi vel oximelle squillitico et aqua calida simul vel ex aqua calida calamenti vel origani fiat et sternutatio cum pulvere elleborj albi vel piperis vel sinapis similiter et masticatorie ex pipere piretro sinapi et similibus acutis et si posset ipsum purgare cum yerapigra vel pillulis cothiis vel pluribus eorum confert deinde in statu et quando materia tota fixa est ad locum fiat emplastrum resolutivum acutum rubificativum super posteriorem partem capitis abrasis capillis quod Recipe stercoris columbarum cepe crude sinapis mellis coquatur cum aceto et aqua simul et commutetur clistere omni die quia multum confert et ungatur locus super fractorum forte cum marciaton calefacto vel cum oleo de lilio vel de spica vel de castoreo vel euforbio et de costo cibetur ex carnibus edorum et pullorum et farina ordei vel avene et sit dieta non grossa ut materia consimiliter potetur ex ydromelle facto ex lb iii aque et ʒ iii mellis in quo sit ysopus et yreos vel ex aqua ciceris et pisorum vel aqua ordei vel pipe et porri si non est febricitans multum et aliene aqua frigida omnino abeo. Cura litargie que est de mia est ut fiat clistere. Recipe florum camomille aneti seminis epithimi coloquintide polipodii ana m. i calamenti m. ß olei camomille ʒ iii mellis ʒ iii salis ʒ ß conficiatur ut supra. In omnibus aliis fiat sicut supra. Cura litargie cum est accidens febris est eadem cum predicta nisi quod oportet considerare initium apparitionis signi eius quod est tunc vehementer cum evacuationibus et diversionibus et repercussionibus resistatur et caveatur quantum est possibile ne fortassis apostema confirmetur quod si ibi fieret nunquam utilis calidis valde. Non timeas febris omnino quando oportet magis intendere ei quod magis infestat. **Experimenta**. Dicitur quod caput vespertilionis vel cor eius in panno nigro ligatum et suspensum ad dextrum brachium sompnum litargici prohibet. Idem facit fel et oculi filomene positi in loco ubi sub cute. Emplastrum bonum rubificativum. Recipe affodilli sinapis albi yreos ysopi piretri ana ʒ ʒ castorei euforbii ana ʒ v dissolvantur succo rute vel affodilli vel similibus. Epithima ad idem. Recipe castorei ʒ ß bulliat in succo rute et aceto et oleo ex quo fiat vehemens occipitii confricatio. Suffumigium bonum fit ex asa fetida et serapino vel galbano vel armoniaco vel opopanaco ponendo super carbones et fumum naribus applicando. Nil etiam magis excitat litargicum quam fumus capillorum humanorum adustorum vel cinis eorum si confitiatur cum modico aceti et pice et castoreo et naribus applicetur ut dicit eben mesue capitulo proprio. Si vero patientis os fuit clausum aperiatur cum ferro et ponatur cuneus inter dentes ut saliva egredi possit ne fortassis inducat suffocationem. Et in ore eius ponatur ʒ i tiriace veteris vel anacardini vel metridati vel auree alexandrine. Hec igitur que dicta sunt ad curam ordinatam pertinent. Vomitus cum radicibus ad infirmi cuius stupor est magnus et virtus satis constans tunc propter timorem periculi intende magis actiori scilicet subito dimittendo tam antecedente et quilibet. Unde fortes fricationibus extremorum et ligationibus et appositionibus localibus remediis ori et naso iam dictis ordinatum cito tunc ruptorium super occiput pilis abrasis. Recipe calcis combusti cineris et cataracte confice cum emplastro apostoliton quia in periculo mortis nichil est melius statim enim extrahit humorem postquam aut eger potuit uti medicinis ordinatis. Sic qui sic fit. Recipe radicis apii ysopi petrosilini brusci sparagi petrasilon seminis utriusque salvie cardi sticados scolopendrie capilli veneris fu... tine politici ana m. i ana unciam tamen decoctionis florum borraginis polipodii ana m. ß fiat syrupus cum lb i mellis detur de eo omni die ʒ i et ß cum aqua calida. Deinde purgetur frequenter cum benedicta vel cum blanca vel pillulis cochiis. Si vero nichil phisicalium remediorum contulit ignea patella et capiti applicetur ut capilli urat quia vehementer dolorem excitat et a sompno excitat. Item si litargicus ceperit per menses meliorari fiat duo cauteria in capite unum quidem in vertice et aliud in occipito sub cornibus duobus et dimittatur stare diu apertum quod nil melius repertum in excitatione cerebri a superfluitatibus quibuscumque et propter adherentibus profundius. **Canon**. Dubitant operantes an in litargia

instrari deant expulsiua quia augmentatur ex eis frigiditas et maior stupor et nimia tuncat Sed quare
Constantinus et Rasis ut dictum est supius dicunt
aut vide quod quando operantes raro ponuntur in proprio pnij
sed potius apud augmentum quando sit operant et bene
uel dicendum quod Constantinus et Rasis considerant morbum et
tam magis quam accidens Sed quando operantes magis considerant
accidens scilicet stuporem et subeth cum sit astantibus
horribilius et dicunt quod stimulatoria non debent
approximari valde fortia et hoc a principio ne per motum
fortem dissoluatur materia et fiat maior opilacio
et per consequens suffocacio festina
Pronosticacio
Dicit ypocras si litargicus fiat frenetitus bonum si
uero contrarium est malum Item litargia cum febre difficile
curatur quemadmodum et ydropisis cum febre Si litargicus
sentit appositis stimulatoriis bonum sin autem
malum Si adhibentibus remediis conuenientibus urina
non cepit colorari sed tremor superuenit uel membrorum
frigiditas mortale Sudor frigidus in capite
mortem significat Si sanguissuga applicetur fronti nec adheserit
mortale Item in litargia rigor uel tremor
superueniens est malum litargia mortale quia multitudine
materie frigide fit Si uero post quartanam oriatur litargia
bonum videtur quia expulsio materie terciane dimittit
Et sic intelligendum est iste buffonismus ypocratis 1a
particula in litargia tremor malum Item litargia
quando aput horam principii conuertit ad paralisim
uel epilensiam quia cerebrum expellit materiam ad partem
debiliorem et tamen quamuis permutacio videtur bona
si uita sustentet quemadmodum accidit in subeth
cum appoplexia Item si nullum signorum predictorum
affuit et accidencia tocius incipiant mitigari et uires
fortificari signum est uere curacionis et salutis
Capitulum sextum de vigiliis superfluis
Vigilie superflue fiunt multiplici de causa, nam
cum somnus naturalis fiat a uaporibus
suauibus et multebetribus ascendentibus
ad cerebrum a cibo bono et bene digesto in stomacho quantitate
et qualitate conuenientibus opilantibus vias spirituum animalium in
ipso et retinentibus ipsos a suis operacionibus propter quod
reuocantur ad cor et ibi multiplicantur et confortantur
Accidit oportet vigilias propter contrarias causas que sunt due
in genere vna ex parte membrorum mandancium, alia
ex parte recipiencium Mandancia sunt duo scilicet stomachus
et membra generacionis, recipiens est vnum scilicet
cerebrum
Medicacio
Stomachus autem
est causa vigiliarum tribus modis primo quando cum
permixtis ne mandat fumum quemadmodum contingit in
sumina indigestione atque lienteria quod si indigestio
fuit in causa tunc accidit prostracio appetitus inflacio
stomachi rugitus uentris et quandoque vomitus flatus ventosi
et cura est ut utatur sepe dyaciton piperon dyagalange
dyacitradion et puluere et speciebus calidis stipticis aromaticis
ut uirtus retentiua stomachi atque digestiua confortetur Si
autem fuit in stomacho materia quod patet per signa tunc quando requiritur
ut fiat vomitus cum oximelle squillitico et aqua
decoctionis aneti et radicum rafani et modico aceti
et olei Deinde purgetur cum ʒ i benedicte laxatiue uel
blance uel yerapigre et emplastretur stomachus cum emplastris
calidis stipticis et inungatur cum oleo masticino
nardino mixtis et in vase diu calefactis addito
puluere galange et fiant omnia que dicentur calo
de prostracione appetitus et capitulo de indigestione Si autem sit cum
lienteria siue fluxus uentris ciborum dentur conserua de ca-
rabe cum aqua plantaginis et calamento quod in capitulo de
fluxu uentris dicemus Et si post vesalia non fuit defi-
ciente ro veteris per sex cum parte una pul. boli armeni
masticis olibani et gumi arabici apponatur uel detur electuarium
de equaliter posituri ibidem Secundo modo stomachus est in causa
quia parum mandat sicut accidit in corporibus consumptis
uel ex natura siccis cum complexionem stomachi uel ethicis aut hijs
fluxum uentris diuturnum aut superflue laborantibus Et
cura eius est corpus impinguare cum uictibus carnium
bonarum pinguibus conditis uel lacte papaueris albi uel
lacte amigdalarum dulcium uel in quibus ponatur ipsa species
papaueris, dentur et pultes facte cum eisdem rebus, bibat vinum
cum dulce aromaticum limphatum cum aqua in qua stetit
papauer uel si forte fuit iusquiamus uel mandragora
fiat etiam embrocatio super caput ex aqua decoctionis lac-
tuce corticum papaueris et modico iusquiami Vnguen-
tur nares et tympora cum populeon tepido cum oleo rosaceo utatur
balneo aque dulcis tepide et omnibus humectantibus per
posse Tercio uero modo stomachus est in causa quia mandat vapores
acutos et mordicantes sicut accidit in febricitantibus uel hijs
colam citrinam in ore stomachi uel cibos corruptos in ipso Et cura
est panem in aqua coctum papauer lactuca violas prima
et cicute sperma et cura colera et cibos corruptos cum
medicinis vomitiuis et secessiuis et fiant embrocaciones
circa caput quietatiuas et infrigidatiuas ut alteretur
cerebrum et repercuciatur uapores et fomententur crura
aput sompnum cum aqua decoctionis florum camomille
foliorum salicis et furfuris et fricatione leni que trahit
colam ad inferiora corporis et sumat tyroaca dyapapauer
cum vino limphato Si autem assumptum est in
cibo aliquid venenosum tunc statim fiat vomitus
fortis propter Deinde detur ʒ i tiriace si venenum sit fri-
gidum sicut opium iusquiamus mandragora papauer
propter quod consequitur pigricia et subeth et prohibeatur a som-
pno omnino Sed si sit venenum calidum et consequatur an-
gustia et mordicacio stomachi et sitis et amaritudo oris
sicut contingit post sumptionem talis arsenici euforbij
tunc detur post vomitum predictum ʒ i tiriace facte infra sex men-
ses que si non habeatur ponatur in uetere grano vini uel duo
opij et fiat ligacio extremorum prohibeatur a sompno propter
et fricentur pedes et crura cum aceto et sale Membra
uero generacionis sunt causa vigiliarum quando sperma uel men-
strua diu retinentur sicut accidit monachis viduis pre-
gnatibus infra quatuor menses quia sperma retentum
aduritur et ab ipso fumi pessimi eleuantur qui peruenientes
ad cerebrum inducunt vigilias et quandoque maniam
et maliam, peruenientes autem ad cor sincopim uel tremorem
sed ad matricem peruenientes suffocacionem inducunt, et causa
istarum vigiliarum non potest cognosci nisi per relacionem infirmi similiter
et per iudicium aliorum signorum omnino et quia facies bene constat
in sui dispositione nisi quod quandoque sentit paciens dolorem capitis
et renum et stomachi indigestionem et in viris tumet testiculi
et fit appetitus sompniorum lasciuiorum Et cura eius est coitus
frequens et utatur medicinis diminuentibus sperma quas dicemus
et confert usus assiduus aceti lactuce semen agni casti
Cerebrum est causa vigiliarum plus omnibus propter suam complexionem siue
naturalem siue accidentalem, quia sicut complexio frigida humida indu-
cit sompnum ita calida sicca inducit vigilias quemadmo-
dum apparet in febricitantibus et ambulantibus in sole et
bibentibus cibis uel senibus diureticis usu superfluo

ppter quod vie spus elargant ut opilari non possit Et cura
eius e in embrocacionibus circa caput et cibis et po-
tibus dictis ca° de frenesi, usi tamen moderato quam illi
confunt et/ quinque vigilie ppter causam primitiva sicut iram
vel sollicitudine vel gaudium inmoderatum Et cura eius
est abstinere a talibus et uti contrariis quia in omni motione
corporis cum cepit quis dolere etc ut dicit ypo in affo°is

Emperita Si nescis que sit causa fac embrocam
ex resolutivis et sompniferis simul quod sic fit Recipe florum
cambill mellilo· psilii corticum sperius lactuce malue de-
coquantur in aqua omnia simul quia resoluunt colerem
et vapores scilicet qui sunt in calidum et cum hoc infrigidat et
humectat/ pecia vero funda lanc mulieris vel bestie vel
papaueris super caput Item iusquiamum coque in vino
dulci et unge nares et aures et labia statim quiescet
Item opium iusquiamum semen lactuce semen papaueris
commisce cum succo lactuce vel solatri et emplastra frontem
Item semen sperius coctum cum vino bibat Item ex aqua
decoctionis foliorum iusquiami vel mandragore vel papa-
ueris fomententur frons tympora et pedes et crura, omnia
enim ista extinguunt calorem acutum et quietant cerebrum
maniaci Item unguentum sompniferum et me fortitudinis
Recipe populeon ℥ j olei mandragorini olei rosarum olei viol
arum ℥ j aceti parum gratia penetrationis opii ʒ j bal-
neentur in isto pecie et frigide ponatur super tempo-
ra/ liniantur eciam cum eo nares ut ad cerebrum citius
perueniat/ confert in frenesi et ffe ar suma Item odoretur
rosarum violarum corticis sperius iusquiamus semina lactuce
flores neufaris posita in sacculo simul Item ex me-
dicinis sunt dyapapaver filanum recens et tiriaca recens
Item recipe alum ✝ iusquiami albi distempera cum albumine
oui et lacte mulieris et fac emplastrum super frontem

Canon Scias quod comune in omni causa maxime con-
ferunt sompnifera cibaria quia magis sunt amica
nature quam medicamina quorum in cibis papaua sunt pul-
tes vel medicina confecta cum papauere pistato vel cum eius lac-
te temperato cum lacte amigdalarum dulcium, quia multum facit
in desiccatione cerebri Sed in potibus e vinum in quo ste-
tit iusquiamus vel madragora et hoc dent frequenter
in die et non solum hoc quia petit sompnus/ oportet precauere
ut per humorem haustum fiat epithima capitis sompniferum
vel embroca aliqua superius dicta que si prius fierent
opilarent vias angustas cerebri et impedirent actionem
administratorum per intus et dico quod epithima vel em-
plastrum applicetur capiti abraso circa frontem et verticem
in medio ubi sunt commissure circa ut penetret similiter et
circa tympora et nares sed nequaquam in occipite quia est
membrum naturaliter frigidum et inde oriuntur mala et inmoderata

Pronosticacio vigilie si superfluat inducit debi-
litatem virtutum vitalium animalium et naturalium ppter spiritum re-
solucionem siue restauracionem neccesariam et si magis superfluunt
inducunt marasmum et exsiccacionem corporis ppter quorum consumpcionem
et ppter indigestionem omnem Et si etiam magis superfluat inducit
in virtute forti furorem et maniam ppter caloris extinctionem
sed in debili mortem ppter spiritum animalium ignicionem Item ypo-
crates in particula affo°is In vigilia spasmus et desipientia
malum siue et mortale si corpus sit inanitum Item
2a pta sompnus et vigilie utrique modo magis facta malum **Capitulum se-
cundum de perturbacione virtutum animalium etc**

Virtutes interiores siue inciores sunt tres in genere/ prima
quarum est ymaginacio siue fantasia cuius
operacio est retinere species sine materia rerum sensibilium
absencium vel tamquam absencium et eius sedes propria est in
anteriori uentriculo cerebri Secunda vero est estimativa siue
cognitiua cuius operacio est discernere inter utile et inuti-
le· honestum et turpe cuius sedes est in medio ventricu-
lo locata Tercia est memoratiua et reminiscencia cuius
operacio est retinere species rerum conceptarum per longam temporis
absenciam sicut ymaginacio per breue cuius locus est
in posteriori uentriculo et hec clarius dicentur primo canonis
fen prima tractatu de virtutibus/ Sunt autem quelibet istarum
virtutum pati accionem lesam utique per Galienum 3° de accidenti Accio
autem lesa est triplex diminuta ablata et corrupta Diminuta
quidem dicitur cum fit operacio virtutis pigrior imperfectior
et obtusior/ Verbi gratia de ymaginacione ut si quis discipulus
scientias mathematicas non possit ymaginari clare lineas
vel figuras sicut sciencia illa requirit/ Verbi gratia de estimatiua
ut pueri qui parum discernunt de utili et inutili/ Verbi gratia de
memoria ut senes qui paucorum et breui tempore recor-
dantur Ablata vero dicitur cum operacio virtutis omnino tollitur
velud nichil ymaginari vel estimare et nil recor-
dari Corrupta vero dicitur quando aliter fit quam deceat et debe-
at/ Verbi gratia de ymaginatiua ut ibidem Galienus exemplificat
de thesilio qui egrotans putabat histriones et buc-
cinatores stare circa lectum quos iussit expelli subito
quia caput suum ledebat et tamen ymaginatiua fuit cor-
rupta, sed estimatiua sana/ Verbi gratia de estimatiua ut
ibi dicitur ut si quis proiceret vasa ex domo ab alto ne-
sciens ea per hoc rumpi/ Verbi gratia de memoratiua ut si
quis memorare[t] petri et putaret se recordari mar-
tini Sed precedentes actiones dicamus quod frigiditas siue sit
cum materia siue sine materia est causa immobilitatis et
quietis et ingrossacionis que sit causa accionis le-
se diminute vel ablate quando dominantur in ventriculo
cerebri deseruienti virtuti lese vel ventriculis pluribus sic
quia ingrossat et figit spiritus animales ut libere non
possint moueri neque species rerum deferre ab organis
sensuum quinque exteriorum prout ibi virtuti cognitiuit et
eius operacionem Sed econtra causa calida siue sit cum materia
siue sine materia est causa furoris motus et agitacionis
quapropter est causa accionis lese corrupte quando dominatur
super ventriculum vel ventriculos deseruientes virtuti vel
virtutibus lesis accionis corrupte Ex dictis igitur
cognoscere potes que virtus sit lesa et que pars cerebri sit
distemperata et que qualitas vel materia sit in causa per que
maxime iuuaberis in cura istius passionis Accio at
lesa ymaginacionis et fantasie siue sit diminuta
siue ablata siue corrupta unum communem nomen capit
secundum medicos scilicet corrupcio ymaginacionis Eodem
modo accio lesa memorie et reminiscencie dicitur uno
communi nomine obliuio Accio vero lesa virtutis estima-
tiue siue cogitacionis siue cogitatiue quod idem est
sortitur nomina diuersa que licet apud diuersos scribentes
diuersificentur· nos tamen penes mentem auctorum prout
colligere possumus sic nominamus/ Nam si sit accio
diminuta vel ablata que non dicitur nisi secundum magis
et minus et dicitur talis passio communi nomine melancolia que po-
cia sub duas species subdiuiditur/ prima quarum est stoliditas
siue amencia siue infantilitas siue fatuitas que
idem sunt Secunda vero est melancolia que nomen generis sibi
usurpauit ppter diuersos modos quos sub se continet
ut inferius dicetur Si vero sit accio lesa corrupta sit
dicitur communi nomine mania et sub eciam duas species summo-
pere licet modi sint plurimi/ prima dicitur permixtio

ronis siue alienatio Secunda uero mania canina sil demonum lupinum Cognitis igitur causis et subiectis et modo istarum passionum que sunt sex prima corruptio ymagina- tionis 2a obliuio 3a amentia 4ta insania, Ita prima ratio ionis 6ta mania canina videamus de accidentibus signis super eas et cura ipsarum parte

corrupte ymaginacionis

Signa corrupta ymaginationis in quam sit ista quia yma- ginatur quod non est et videtur ei quod videat res coram se que non sunt et debilitatur ymaginatio longo tempore necnon apparent ei sompnia et visiones nocturne vel parum apparent et cito labuntur ab eius memoria Si colera sit in culpa tunc cum predictis eveniunt vigilie et motus et instabilitas omnino Si flegma erit sompnolentia pigri- tia et humiditas oris et narium Si uero melancolia erit oculorum sic- citas et aurium et nasi frigiditas sine superfluitate mucosa Et cura eius est si colera sit in culpa ut primo fiat fleubotomia cephalice in brachio vel in manu quia cum sanguine educatur colera ei commixta Deinde continue infrigidetur frons cum aqua rosarum partibus duabus et aceti parte una mixtis simul infundendo petias in ipsis vel epithime cum oleo nenufaris et oleo rosarum vel viole vel de salice addendo parum aceti propter penetrationem Et si colera sit adusta et vigilie et furor superfluat po- natur granum unum opii vel aliquid mandragore in pre- dictis donec liquor in ea infundat et euacuetur sicut in- de melancolia dicemus Si uero flegma sit in culpa detur dige- stiuum primo scilicet oximel simplex vel compositum cum decoctione radi- cum diureticarum sirupi utatur ad caput ex quibus sunt semen sticados et flores camomille et mixtura iniusta Deinde purgetur cum pillulis cochijs vel aureis aut yerapigra, fiat gargarisma ex oximelle composito cum squillitico cum decoctio- ne sinapis vel ysopi utatur aurea alexandrina tiriaca vel dyaplus, Ultimo fomentetur caput cum floribus camo- mille aneti melliloti et fricetur post hoc cum panno calido et ungatur unguentis aliis calidis famosis similiter et balsamo Si uero melancolia sit in culpa siue sit adu- sta siue non fiat sicut dicetur in isto capitulo infra pa- gina de mania canina Et accidit quibusdam propter cor- ruptionem ymaginationis, similiter et propter corruptionem virtutis estimatiue et memoratiue et in sompno appareant eis fantasmata adeo fortia ut virtutes sensitiue in- teriores ab eis excitate excitent virtutes motiuas voluntarias quare surgunt et operantur opera vigilia- rum Et ipsius quidem cura est ut fiat omnia que dicta sunt et dicetur per totum capitulum quia istud accidens procedit ex corruptione ymaginationis quare se vigilare et in- dutum esse et in tali vel tali loco esse cum ita non sit et quibusdam accidit ut mingat in lecto cum se ymaginatur se esse in loco debito mictione, Unde in huiusmodi preci- puum est remedium ut uerberentur cum virgis in sompno et post quia per hoc liquor memoratiua reponens speciem doloris inflicte refrenabit ymaginatiua et estimatiua ab actionibus predictis

Obliuio

Signa obliuionis in quam sit quia paciens nul- lius recordatur vel debiliter et paruo tempore, et fit ut plurimum ab humore flegmatico dominante posteriore cellu- le quare sit cum sompnus profundus pigritia et gra- uitas, fit etiam quandoque ab humido intus ibi dominante et cum difficulter aliquid imprimitur memorie, et sit in- sompnietas et res preterite melius obseruantur quam presen- tes vel de proximo facte Et cura eius est si fiat a frigiditate ut fiat omnia dicta capitulo de subeth dimittis quod est ut ul- timo fiat cauterium in parte posteriori usque ad craneum cum ferro vel vesicatorio cum cantaridibus cum calce viua vel arsenico et similibus dictis de litargia Si autem melancolia sit in causa inducatur sompnus et gaudium prosse per menas somniferas dictas capitulo de vigilijs superius Comedat sepe dyaspermatum mundificetur cum yalo[?] vel druisene vel cum apozima- te facto ex sene thimo epithimo polipodio in quo sit dissoluta ʒ i cassie fistule colate et mundate Et impinguetur eius cor- pus prosse, quapropter oportet ut bibat vina pinguia et dul- ces humectatiuas et carnes agnorum edorum pullorum et vitella ouorum sorbilium, Utatur exolibus feniculo bora- ginis buglosse et spinachijs et bletis et de quo ebetas eis offert facta semel omni mense quando ipsorum cerebrum humec- tat et mundificat et propter premissa purgatio sicut dicit Auicenna primo canonis fen 3a capitulo de renouatione vini et aque Signa amentie siue stoliditatis sunt quia desiderat esse cum pueris et hominibus puerilis gustatoris et ridet de rebus quas facit sicut puer, et difficulter potest corrigi et fit piger et facit edificia ex luto et ba- culis, Hoc enim omnia accidunt propter frigiditatem et siccitatem dominantem cerebro precipue in medio ventriculo ipsius Et cura eius est quantum quotumque duorum modorum fuit ut calefi- at cerebrum cum usu electuarij de musco quod sic fit Rp musci ʒ s cardamomi liquiricie galange ʒʒ piperis lo- gi ana ʒ s cinamomi ʒ iii ligni aloes ʒ i cum ʒ iij conficiatur cum melle in yeme et zuccaro in estate detur sero et mane ad modum castanee confortat namque cerebrum et stomachum Utatur electuario pliris et electuario dulci et aurea alexandrina et tiriaca ueteri et dyamuscos cum musco po- natur in loco luminoso et iuste cum amicis et dilectis et pru- dentibus tractatibus negotia ardua utatur solacijs diuersis Et sciatis quod ablucio crurum cum decoctione camo- mille meliloti et aneti est bene quemadmodum in omni specie insanie

Signa insanie in comuni

Signa insanie in quam sit pusillanimitas et timor sine causa manifesta, neque mirum est si timeat quam assidue tamen timoris secum deferunt scilicet humores et spiritus caliginosos ut dicit Galienus 3o de accidenti et morbo et desperatio in diuersis et hominibus estimatio mala velocitas ire dilatio solitudinis tremor uiscosus sompnus et compunctio et propter in maniacis, Hec enim omnia accidunt pue- rimit ex dominio humoris melancolici super medium ventricu- lum cerebri Iste autem humor melancolicus vel fit per viam congelationis et vi frigoris et talis est causa amentie ut dictum est, vel fit per viam adustionis et talis est causa presentis passionis scilicet insanie Sed dices ergo melancolia sit a causa calida quod supra negatum est Dicimus quod licet melancolia fiat per adustionem tamen quia adustio non valde dominatur super eam sed solum adeo ut resoluat subtile unctuosum inflammabile et derelinquat grossum terrestre ideo ista me- lancolia remanet naturaliter frigida, sicut apparet in carbone extincto si namque ista fieret calida et in ea valde sup- plicet adustio fieret causa manie canine vel primitiue ionis ronis ut inferius dicetur Cuius exemplum apparet in car- bone ignito vel cineribus, Propterea ergo melancolia fuit confirma- ta tunc apparent accidentia varia rara et mirabilia Nam quidam putat se dominos quidam gallos quidam lupos quidam putat se de vitro si exierit domum vel caueat quidam putat venenum fore se comedere ut coram hominibus propter ymagi- nationes corruptas plurimi se interficiunt vel demergunt vel laqueo se suspendunt nisi custodiantur et diuersis modis

infirmitas secundum quod et melancolie. Sunt modi adustionis
plurimi. Nam quamvis melancolia que est causa huius pas-
sionis sit solum ex sanguine cuius grossum feculentum re-
manet et subtile resolvitur, quandoque ex adustione colere quod
tamen raro contingit ut dicit Avicenna, quandoque ex melancolia naturali
non adusta sed corrupta in malam qualitatem, quandoque ex co-
lera ingrossata per adustionem aliqualem. Iterum quecumque earum
materiarum fuerit causa melancolie tunc vel est in cerebro contenta
vel in toto corpore vel in stomacho vel in splene vel in mirach
et signa uniuscuiusque iam dicemus. Signa melancolie
ipsa si naturalis sit sanguis fex et sit contenta in cerebro sunt
superfluitas cogitationis et assiduitas sollicitudinis
et assiduus aspectus in rem unam et inclinatio visus
ad terram et multiplicatio risus et gaudii sine causa
manifesta et sompnia non plurima et urina rubea spissa et
pulsus mollis et color faciei rubeus vel fuscus
et sompnietas cum sopore quadam et sapor dulcis in lin-
gua in quo apparebit quandoque amaritudo quandoque salsedo
propter aliqualem adustionem. Grossitudo corporis ut plurimum car-
nosa vene magne et replete. Signa melancolie ipsa si sit
ex flegmate sunt cum predictis pigritia et oblivio et paucitas
caliditatis et non erit ridens neque gaudens. Urina
alba vel subpallida spissa pulsus tardus mollis color
faciei pallidus vel albus. Signum melancolie ipsa si sit
ex colera sunt cum predictis agitatio et instabilitas et
clamor et audacia et rixa pulsus velox durus
urina citrina vel subrubea subtilis omnino similiter et
color faciei citrinus grossitudo gracilis. Signa melancolie ipsa si sit
ex melancolia sunt cum predictis odium diuturna cogitatio plu-
rima neque cessabit neque sit audax sed quietus urina
subtilis pallida pulsus strictus durus. Si autem ma-
teria non continetur in cerebro sed in toto corpore apparebit nigredo
corporis et asperitas cutis et retentio eius quod consuevit eva-
cuari ex splene scilicet emorroidarum vel cetera et multitudo pilo-
rum nigrorum et antecessio ciborum generantium humorem melancolicum
et antecessio [illegible] corporum [illegible] evacuationem [illegible] qua
Huius [illegible] succedit [illegible] signa combustus ut dicit [illegible] 2o de [illegible] Si
si autem succedit — non fiat vitio splenis est rugitus lateris sinistri et opi-
latio splenis assidua atque appetitus insatiabilis propter
effusionem melancolie ad os stomachi digestionis mali-
tia et [illegible] quandoque et moderata morditatio
ventris aut sola quamvis Avicenna dicitur quod [illegible]
melancolicus est spleneticus quoque. Si non fiat vitio stomachi
sunt nausea et repletio ventris [illegible]
multiplicatio doloris apud comestionem et satietatem
qui post digestionem minoratur. Si non materia continetur
in venis et arteriis mirach [illegible] est causa tota
ventris carnositas [illegible] membra [illegible] appare-
bit gravitas in ventre et attractio ad superiora et nau-
sea inseparabilis et malicia animi et corruptio digestionis
et eructuatio acetosa et sputum humidum et rugitus
ventris et multitudo ventositatum exeuntium et inflatio mirach
et quandoque sentitur dolor inter spatulas et
propter post cibum usque digeratur [illegible]. Et sic [illegible] quibus-
cumque materia sit generata [illegible] vel me-
lancolia quocumque modo et si continetur in cerebro qua-
propter et signa supposita [illegible] membris aliis
sicut et cerebro fuerant copulata. Et postquam iam dixi
de speciebus melancolie et earum [illegible] consequens
est videre de cura ipsius partem. Cura melancolie est fere
una et eadem secundum eius omnes species. Primo ergo provocetur
[illegible] vel emorroides si corpus sit consuetum et appositione

sanguissugarum circa anum vel cum plumbo confecto ex sinap-
tepis et albugine ovi quod ponatur super anum [illegible]
dorsum [illegible] adheserit et deinde violenter abstrahatur. Unde
ypo 6 particula affor. melancolias et freneticas emorro-
[illegible] in nate bonum et [illegible] ibidem quod in quinto dicit quod e-
morroides non sunt [illegible] purgator solvit [illegible]
sed et purgatorium humorum qualitates et si alii appropriari non
possunt fiat flebotomia saphene que est sub cavilla pedis
vel salvatelle quod est in pede inter anularem qua-
re trahunt materias grossas deorsum a capite et cum
et provocant emorroidas et ad appetitum. Deinde secundum
autem Rasim Serapionem dicit sed flebotomia basilice vel me-
diane dextre vel sinistre cum incisione longa ex-
trahente sanguinem grossum ad quod confert plurimum an-
tecessio balnei aque dulcis tepide vel aque decocti-
onis malve malvavisci foliorum salicis et ipsius et
viole ita ut post eius exitum fiat illico flebotomia predicta
dorsum paulatim extrahatur humor grossus a toto corpore
cum permutatio eius in sanguinem subtilem ex successi-
one ciborum et potuum quietacium omni die et ipse sit
[illegible] sit sanguinis. Verumtamen elegibilius videtur quod flebotomia non
fiat in melancolia nisi in principio mundificatione prius
corporis cum medicinis purgantibus materias adustas qua-
flebotomia ut plurimum extrahit humorem subtilem cum calido
quod est curativum huius passionis propter quod dicebat
Rasis in almansore libro 9 [illegible] de melancolia et pu-
dor medici [illegible] sit impinguatio corporis [illegible] ut
siccitas removeatur que est potentissima causa huius
egritudinis. In aliis autem speciebus melancolie que non fuerunt
sanguinee nullo fiat flebotomia sed sit contentus medicus
in mundificatione humorum grossorum cum medicinis quas dicam
et dieta humida et rebus confortantibus caput et maxime
tota et specialiter cerebrum et cor et cum rebus [illegible]
tibus splenem quia dolor et opilatio splenis in om-
ni [illegible] de quacumque specie fuit [illegible] ut dicit
ypo et [illegible] vero sit receptaculum humoris quare
si [illegible] humor [illegible] in corpore aliquo [illegible] super
alia membra primo [illegible] splenem in quo ma-
ior eius porcio naturaliter continetur. Syrupus generalis
omnium specierum melancolie sive sit de sanguine sive de alio humore
quocumque [illegible] splene et deopilat [illegible]
et preparat ad expulsionem et omnia membra corrobo-
rat et confortat sic fit. Recipe pollipodii [illegible] buglosse
boraginis mellisse ana [illegible] capillorum veneris ceteraci
ana [illegible] sene epithimi ana [illegible] lactuce et
endivie ana [illegible] pistentur omnia grosso modo [illegible] et
epithimum que dimittatur sicut sunt. Bulliat autem omnia
pistata in [illegible] aque donec medietas sit consump-
ta in fine addatur sene et epithimum post quod bulliat
et dimittatur aqua cum rebus quam infrigidatur et
cum fricentur omnes que sunt in aqua manibus for-
titer deinde coletur aqua et in colatura addatur [illegible] mell
vel zucari [illegible] et iterum reducatur ad ignem et [illegible]
ta aliquantulum bulliat postea iterum coletur et reponatur
et detur de eo mane [illegible] cum [illegible]
aque decoctionis epithimi [illegible]
et [illegible] et sic fiat usque ad sex dies tunc in sero [illegible]
at sine cena [illegible] de lapide lazuli que sic fiunt [illegible]
[illegible] lapidis lazuli abluti [illegible]
aqua dulci et [illegible] in aqua [illegible]
aqua renovata postquam ablutum in mortario [illegible]
epithimi pollipodii ana [illegible]

mdi an ʒ ij et ʃ agarici ʒ viij galoff an an ʒ
iiij yerapigre ʒ xv confice cum succo endivie et dentur
cum aqua casei educunt enim cum fortitudine humores
adustos de colera et melancolia et ideo plurimum conferunt in de-
monio lupino, vel purgetur cum pillulis de lapide ar-
meno que sic fiunt ℞ lapidis armeni preparati sicut
lapis lazuli yerapigre an ʒ v epithimi agarici an ʒ
iiij seminis preparate sive diagridii ʒ iij et ʃ galoff sal
indi an ʒ ij confice cum succo plantaginis vel lactuca-
rum, vel sumat de pillulis elleri que sic fiunt ℞
sene epithimi an ʒ ij elleri nigri ʒ iij seminis re-
ubarbari masticis an ʒ j mirabolanorum indorum ʒ ʃ lapidis lazuli
loti ʒ ij agarici ʒ j et sic fiant pille cum succo pol-
lipodii vel vino decoctionis epithimi de quibus dentur ʒ j
usque ad ij secundum virtutem mulieris et virtutem Si autem pillulas
recipere non possit licet fortius evacuat a remotis
sumat decoctionem que sic fit ℞ mirabolanorum indorum ʒ j
et ʃ pistentur grosso modo et bulliantur cum ʒ ij ...
...orum in viij ʒ aque donec medietas sit consumpta
coletur et dissolvatur in ea ʒ j tamarindorum vel
manne. Aliud ad idem ℞ elleri nigri ʒ ʃ seminis
ʒ j pulverizentur optime et dimittantur per unam
noctem in ʒ ij mellis rosati vel syrupi violacei deinde
in aurora ante diem dissolvatur et totum in ʒ iiij
aque decoctionis prenominatorum et detur infirmo totum simul
Et aliquando loco pillularum predictarum potest ʒ j et ʃ de pillulis
fetidis almansoris vel yeralogodion ʒ ʃ vel yeruf-
fini vel dyasene vel cathartica impleat cum aqua
calida cum continuatione istarum medicinarum tam di-
gestivarum quam solutivarum regatur infirmus tempore longo-
vel digerendo vel evacuando et conforte cerebrum
vel cor cum dyanthos cum musto et pliris arcoticon
et dyamargariton et metridato mixtis simul vel
cum electuario quod sic fit ℞ serici combusti ʒ j coralli rubei
ʒ ʃ ossis de corde cervi ʒ ij margaritarum non perfora-
tarum ʒ iij cardamomi ʒ ʃ pinearum mundatarum ...
yposquistidos ʒ ij nucis muscate galoff foliorum
paparis piperis longi cubebe galange an ʒ j se-
cinamomi ʒ v macis croci an ʒ j zuccari lb vj co-
quantur ad modum zuccari rosati in yeme vel vel in estate vel
de frigida existente confici potest cum iij lb mellis despu-
mati et bene cocti et addantur in fine ʒ ij musci si
paciens in ipso delectetur Detur ex quo electuario o-
die in ieiunio ad modum castanee et post ipsum bi-
batur aliquid boni vini odoriferi clari limphati
quod cor et cerebrum confortat et animam gaudere facit
et risum multiplicat et removet malas cogitationes
et ymaginationes erroneas et rectificat memoriam
perfecte et confortat digestionem et multiplicat calorem naturalem
tocius corporis, post tales igitur digestiones et purgationes
bis vel ter reiteratas et ipse in corpore carnoso fi-
at flobotomia supradicta vel flobotometur saphena et ipse
pedis similiter quia tunc gressus spiritus est in causa, et
post quam cephalica et post vena frontis vel ponatur pu-
lvis sternutatorius ad nares quod tunc permixtioni confert flobotomia
ut dicit mesue in suo de affectionibus capitis de cura manie
et melancolie Et si fuerit sanguinis superhabundancia propter opila-
tionem que est in epate vel in splene flobotomia et sal-
vatella dextra vel sinistra vel et exeat modicum et illud
et fiat in flobotomando apertio vene larga ne exeat tantum
subtile et remaneat grossum Et ad illud confert
plurimum balneatio in tina ante flobotomiam In aliis autem

causis nullo modo fiat flobotomia aliqua sed sola continuatio medi-
cinarum predictarum cum dieta bona. Nutriatur ergo cibis gal-
linarum edorum agnorum animalium conditis cum ovis et
pulvere quod sic fit ℞ cardamomi ʒ ʃ zinziberis mundi cubebe an
ʒ j cinamomi electi ʒ j croci macis an ʒ j nucis muscate
gariofili folii an ʒ j coterantur et cribellentur subtilissime
et aspergatur iste pulvis super cibos suos. Confectio dy-
ambre que est medicina subtilis in omni specie melancolie cerebrum
et cor confortans et omnia membra nutritiva ca-
lefaciens senibus quam quietis et frigidis naturis et mulieribus
et specie consuetudinibus matrum sic fit secundum Ioh[anne]n Mesue
in suo antidotario ℞ cinamomi doronici galoff
macis nucis muscate folii galange an ʒ iij cardamomi spice
maioris et minoris an ʒ j ʒ ʒ j et ʃ sandali citrini ligni
aloes piperis longi an ʒ j ambre aureum j musci si in
ipso paciens delectetur ʒ ʃ confice cum syrupo rosato et aqua
rosata et da ex ipso ʒ j vel ʒ ʃ cum vino albo ardotico Ca-
veat a carnibus silvestribus tam volatilibus quam gres-
sibilibus quia sanguinem grossum melancolicum multiplicant
Bibat vinum album clarum ardoticum melius quod haberi potest
limphatum cum media vel tercia parte aqua clare Caveat
a vino grosso rubeo vel turbido, utatur etiam post pur-
gationes lacte recenti caprino et amigdalarum dulcium et
per meisurias ... et avellanis mundatis a cortice rubea
et mollificatis in lacte dulci per noctem similiter et omnibus impi-
guantibus proposse ex quibus sunt balnea que dicentur
tractatu de febre ethica libro 2° Demum et ultimum si nichil
aut modicum quicquam predictorum videbitur conferre in ipsis
speciebus melancolie sive sint a sanguine vel colera vel flegmate vel
melancolia fiat vulnus cauterium in vertice capitis ea quidem
parte in qua terminatur medius digitus cum radix manus
egri ponitur super radicem nasi Similiter et aliud sub
cornibus occipitis et dimittantur aperta usque ad dies
quadraginta vel circa illud, post ea permittantur consolidari et sic
procedendum est vicissim cum continuatione medicinarum predictarum
reassumendo usque ad finem donec malum vestigium melancolie am-
plius appareat quia videbitur si per medium patet curari potest
Est quidem melancolia a causa primitiva scilicet ab amore alicuius
femine vel ex amore repatriandi sicut accidit viris effe-
minatis et delicatis Et signa patent ex relatione infirmi
et mutatione coloris faciei et pulsus quando sermo incidit
coram eo de re qua amat Et cura est ut obtineat
rem quam amat si sit possibile quia in omni motione corporis
nunquam sit in loco solitario sed inter homines diversa et sola-
ciosa tractantes et sit semper in loco luminoso et dicantur
sibi aliqua delectabilia donec priorum obliviscatur quod si non
sufficiat dentur cibi sompniferi ut iura condita cum
lacte papaveris et pultes facti ex seminibus eius et utatur
dyapapavere et fiat omnia dicta superius de melancolia

Alienacio Signa permixtionis veris sive alie-
nationis mentis omnia sunt omnia signa dicta de melancolia nisi
quod in permixtione sit mobilitas et agitatio et velocitas
ad operationes non racionales, sed in melancolia est aliqualis pigricia
et tarditas ad illa quia sicut supra dictum est melancolia et per-
mixtio proveniunt sed ex dominio humoris melancolici supra medium ven-
triculum cerebri generati per viam adustionis ex aliis qui
ad genus melancolie reducuntur nisi quod in melancolia sit adustio
parva valde que solum sufficiat ad infrigidationem humorum
sed in permixtione veris sit adustio maior que etiam
sufficiat ad inflammandum et agitandum spiritus animales in cerebro
sit et in mania tamen sit adustio maxima que est
propter quod sit ergo in utroque passione actio lesa corrupta cogitatio

vel estimationis quod idem est sed in permixtione fit cum hac agita-
tio in operatione cum sed in melancolia est aliqualis mansuetudo
non tamen tanta sicut in amentia que fit de causa frigida, efficit
autem permixtio coleris quoque cum ipse propter vapores adustos ascen-
dentes ad cerebrum a minera putredinis etc. cum virtute
forti et post signa digestionis perfecta tunc est signum quod ista ma-
le sunt mortalis vel diminute efficit quoque cum ipse etc. Similiter
in isto capitulo quia est magis propter quod passio cerebralis proprie est mor-
bus. sed cum febre assequitur est accidens Et cura eius est quod
est cum febre que est cura ipse et posito pannorum lineorum infu-
sorum in aqua rosarum et aceto vel succo plantaginis et semperviue et
aceto super frontem et tympora ne materia sursum rapiatur
et causet frenesim et hoc ante signa digestionis, sed si sit post
signa digestionis tunc non ponantur repercussiua circa caput
quia impediretur crisis quare sit sed suspenda cum blandicijs
et aliquibus remedijs confortatiuis donec fiat crisis, et postquam
venit crisis vincetur per eandem viam per quam natura mouet siue
sit sudor siue vomitus siue fluxus sanguinis narium sicut
etiam diximus capitulo de dolore capitis, paragrapho de dolore qui
fit in febre et similiter capitulo de sotoria Et cura eius quando est
sine febre est eodem modo cum cura melancolie in euacuationibus
et digestionibus sirupis et dieta omniquaque sed in fine no
obliuiscaris cauterij in capitis summitate quod est confrenso olo

Mania Signa manie canine siue demonium la-
pini quod idem est sunt pluritas maxima in actibus furoris
et agitationis que dicta sunt in capitulo de frenesi, quamuis
passio et frenesis videantur in cerebro tamen frenesis fit
cum apostemate cerebri, mania vero sine apostemate nisi forte sit
accidens frenesis. Similiter non differunt in aliquo accidente nisi
in febre que est in frenesi ratione apostematis sed non in mania
efficit autem hec passio ut diximus est ex materia per maximam
adustionem et pessimam corruptionem ad furoris melancolici generis
reductam que adustio non differt ab adustione facta in per-
mixtione coleris nisi secundum magis et minus et quod mania
non fit nisi per adustionem colere vel melancolie, sed permixtio fit
per adustionem furoris cuiuscumque et si fiat ex adustione
colere apparet concitatio velox et quies parum et non re-
cordatur eius longo tempore et agitatio et furor et insta-
bilitas, sed si fit ex adustione melancolie fit cum quiete spatio
longo deinde mouetur et loquitur et incipit ruminari co-
gitans parum circa iterum et quiescit et iterum mouetur neque potest
simile a clamore et locutione et est extenuatio corporis vehemen-
tior et color ad nigredinem declinior et symptomata de-
teriora quam in ea que de colera et euomit quoque aliquid
acetosum quod proiectum super terram vel arena bulit et est
de genere venenorum Mania etiam canina quoque fit ex re-
tentione pessimorum quod sicut accidit mulieribus frequenter quarum
inflantur ventres earum vehementissime et cum dolore
maximo et loquuntur quoque de futuris et mirabilibus mundi
et quoque loquuntur litteraliter docte non fuerint adeo ut videantur
obsesse demone, quoque fit ex retentione spermatis superflua
sicut accidit monachis et viduis. quia sperma diu retentum
conuertitur per adustionem in venenum a quo fumi eleuantur
ad cerebrum qui mouent ipsum ad diuersas ymaginationes esti-
mationes et memorationes et idem fumi quoque spargerentur
per musculos qui sunt in ambitu corporis totius et per me-
bra hinc inde lacertosa et inducunt frigus rigorem et tremorem
absque febre et fastidium et dolorem capitis et vigilias et tene-
brositatem oculorum et similia Et sunt hec quibusdam
hominibus omni tempore et quibusdam periodice prout materia aut sui
corruptionis suscepit et tunc creditur esse a demonibus qui
affligunt corpora tempore satio, quod licet secundum fidei veritatem sit possibile

sepius tamen fit a materia predicta quia magis accidit mu-
lieribus quam viris et viduis quam nubentibus et monachis
quam secularibus. et pauperibus multum in sole laborantibus
vescentibus alleo sinapi cepis quam diuitibus bonis re-
bus et vina per mensis et remedijs contrarijs que non
fierent si semper a demonio forent cum demonium cuiusque nale
non recipiat neque distinctionem talium personarum Et cura ma-
nie si sit de colera adusta est ut paciens locetur in loco ob-
scuro et sit intentio cura plus in humectando quam infri-
gidando cum medicinis et balneis aque dulcis et cibis
et potibus dicendis ut vult Auicenna capitulo preterito deinde
propter inobedientiam et instabilitatem infirmi incipiendum
est a rebus inducentibus sompnum dictis capitulo de vigilijs
et capitulo de frenesi et fricationibus pedum et crurium
ut materia deriuatur ad inferiora. Unde ipso 6to particula afforismorum
Maniacis varicibus aut emorroydis innotis fit manie
solutio. Deinde abradantur capilli et vngatur caput cum
oleo de nenufar et oleo de semine mixtis cum succo lactu-
ce in quo sit aliquid aceti vel cum oleo viol et oleo
rosarum et populeon cum modico aceti et fricentur pedes
et crura cum aqua decoctionis foliorum salicis fraxini camo-
mille rosarum rubearum vel cum aqua decoctionis lactucarum
corticum papaueris mellilloti florum rosarum rubearum confomentetur caput cor-
eum lacte mulieris et proprie lactantis puella cum sit
frigidius, vel cum lacte papaueris albi Deinde post quiete
inductam aperiatur saphena pedis sinistri intus iuxta talo
ut prouocetur emorroydas vel emorroydas Deinde digeratur materia adusta
cum sirupo de borragine et buglossa dicto superius paragrapho
de melancolia, et purgetur cum pillulis dictis ibidem, quando sit
furorem et agitationem mete ex mentura forti timueris
purgetur cum decoctione que sic fit Recipe seme epithimi
ana ℥ 1 prunorum ℥ ij bulliatur in lb. ß aque coletur
et cum ℥ v vel vj illius aque dissoluatur ℥ ij
mane et detur infirmo ante diem Aliud fortius Recipe
mirabolanorum indorum ℥ j ℥ ß seme epithimi ana ℥ ß prunorum
numero x pistentur et bulliantur in aqua coletur et
cum ℥ v vel vj illius aque dissoluatur ℥ j manne
et ℥ j sirupi viol et detur ante diem fiat a principio
omni die vel duobus diebus semel cessante cum sic fit
Recipe seme epithimi ana ℥ ß pollipodij ℥ ij blete ana j
pistentur et bulliant in aqua et in lb. j aque illius
dissoluatur ℥ ij manne et ℥ iij olei viol et ℥ ß
salis coletur et tepidum supponatur, potetur usque
ad finem furoris cum aqua que sic fit et non cum alia re
Recipe nenufaris seminis lactuce ana ℥ j papaueris ℥ ß zuccari rosarum
℥ iij prunorum sicorum ℥ iiij ordei ℥ j ℥ ß bulliantur in vj
lb. aque donec v remanseat coletur et detur pro
cibi sine potationis Ad idem Recipe granorum granatorum
dulcium vel mustorum ana ℥ ij seminis lactuce ℥ j papaueris ℥
ß zuccari ℥ ij prunorum sicorum ℥ iij bulliantur in vj lb. aque
donec vna consumatur colentur et administrentur Ad idem Recipe
ordei ℥ iij prunorum sicorum ℥ iiij papaueris ℥ j zuccari ℥ ij
bulliantur in viij lb. aque donec vna sit consumpta colentur
et refrigeretur Et scias quod isti potus conuenientes sunt
plurimum in frenesi quandoque cibentur ex lactucis et por-
tulaca conditis cum agresta vel vino granatorum et cum
cum pultibus ex ordeo vel farre vel auena factis
conditis cum eisdem rebus, vel si est debilis utatur carnibus
pullorum edorum et agnorum animalium coctis cum hiis
predictis vel cum berberis, non utatur carnibus siluestribus
neque bouinis neque fumigatis neque multum salsis
vtatur piscibus bonis recentibus non salitis Cura manie

que sit adusta et penitus eadem cum predicta misi que in principijs eius multiplicatur frequenter et necessarium et si necesse sit propter uigilias et furorem addatur unum granum opii cum medicinis cum decoctione que sit sic Recipe ma-ior. indorum ℥ j. citri ℥ j. seme epithimi cum quo ... pistentur et bulliantur in aqua coletur et in ℥ iij illius decoctionis dissoluatur ℥ j medulle cassie fistule coletur et detur ante diem. Ultimo fiat cauterium in summitate capitis quod est res confecta excellenter Cura manie propter retentionem menstruorum pessimorum uel spermatis corrupti congregati in matrice confert prouocatio menstruorum et ordine ... est possibile ut nubat quia optimum est quod si nubere noluerit fricet obstetrix uuluam fortiter et usque ad dolorem cum digitto inuoluto panno lineo inuncto oleo nardino cum quo camphora uel muscus sint dissoluta. bibat potum supradictum et non aliud et utatur cibis etiam supradictis, comedat sepe dragaganti cum zucaro rosato et post illud bibat aquam frigidam hec enim extinguunt spermatis originem et eius ardorem et ex rebus adiuuantibus uehementer confortantibus est expectatio cordis assidua cum uigilijs et laboribus et abstinentia a cibis sanguinem multiplicantibus uelut sunt carnes et uinum. Modus nobilis et bonus in hoc casu ad prouocandum menstrua et educendum sperma retentum est iste et ualet etiam in suffocatione matricis et in omni casu in quo passionis causa contrahitur ex menstruorum retentione uel ex spermate corrupto quoquomodo. supponatur candela inuoluta cum petia bene imbibita in oleo nardino uel de lilio in quo dissoluta sint castoreum et muscus uel ambra et ligetur petia circa candelam cum filo duplicato primitus filum pende ex uulua ut candela extrahi possit ad uoluntatem pacientis et hec candela continue usque ad horam tuam intra uuluam deferatur similiter et cum ea os matricis frequenter et fortiter fricetur. Excitat enim matricem ad inflorationem et sperma corruptum citius fortius insensibiliter resoluit Item clisterium in isto casu optimum Recipe agni casti ℥ j in nitillorum ℥ j. terantur pistentur et non cribrentur sed incorporetur cum melle crudo non despumato et fiat elictuarium datur mane et sero cum itur dormitum ad modum nucis magne et post bibat aliquid uini limphati cum medietate. Exsiccat namque menstrua et sperma a propietate et ligat eorum prohibet et desiderium ad coitum diminuit et pollutionem custodit nocturnam nec est ei menstrua similis in hoc et dixerunt excellentes quod si adiungatur ℥ j. s. peonie in hoc electuario mirabiliter operatur contra epilensiam et sufficiat de malancolia curatiua sex passionum predictarum secundum intentionem superius enarratam In omnibus predictis passionibus et presertim in mania et permixtione eorum et illa confert quamplurimum impinguare corpus cum piscibus recentibus petrosis aut lacte dulci recenti et uelut calido ex mamillis ducto aliquid ex ipso omni die in ieiunio post uel cum mica panis sine cibo alio omnino nisi fortassis cum modico mellis uel zuccari misceatur quod prohibet ipsum in stomacho coagulari lac enim complectitur sicut mel uel zuccarum et nullum alium cibum ut dicit G. vij° de ingenio sanitatis capitulo 2° Conuenit medicus humectare cerebrum cum balneis et embrocationibus et ungentis humectantibus et cibis et potibus et sompno et quiete in quibus sit studium non modicum Conuenit etiam propter confortare splenem et exopilare ut bene attingat intentionem corporis prout dicemus capitulo de splenis opilatione et cum exemplo G. excepto quod

scripsit xj de ingenio sanitatis quod sic fit Recipe radicum capparis petras duas absinthij partem unam bulliant diu in oximelle squillitico pistentur postea et conficiantur cum eo et post addi oleum rute uel laurinum uel spicarum uel de lilio et extendatur super petiam et applicetur splenem actu calidum premissis euacuationibus utilibus frequentatis Confortetur etiam cor cum epithimatibus et electuarijs cordialibus famosis Item ancilla est uirtutem fugandi fantasmata ... acuta in istis passionibus si loquatur cum ypo sina et ... ypericon quoquomodo

Canon

Attende quod fleobotomia sit in melancolica passione uel mania uel permixtione earum inspiciatur sanguinis qui exit quia si sit grossus niger diminuatur egredi. Si subtilis clarus cum uelocitate restringatur. Cum tamen licet sit generalis in omni passione facta ex grossis humoribus omnibus tamen hoc est maxime in illis quorum humori ... fuerit luadus est sic fricatur mollio quare ex ipsius eductione fiet maximum periculum Item in medicinis fortibus soluentibus humores grossos cerebrum non derelinquas ut sunt prima tamen mandici ... et mania quod operatur plurimum erigitat ut dicit mesue primo capitulo Item in omni passione cerebrali et presertim de ... ... dolorem mesue primo capitulo auctoritate B ut puriores deuitet acuta ut est piper sinapis cepe et urina superflue fouentia quod subtile egreditur et remanet grossum propter hoc cerebri ...

Pronosticatio

Dicit ypocras 6ta particula afforismorum maniacis et melancolicis uaricibus aut emorroydis superuenientibus soluunt egritudinem scilicet siue fiat per se siue per artem, et hoc non confert prouocatio menstruorum Item ibidem in passione in caput stupor aut desipientia malum Item idem in eodem. Desipientie cum risu quidem fiunt securiores, que uero cum tristicia moleste sunt et difficulter curabiles propter grossitiem Item ypocras 5ta particula afforismorum mulieribus quibus ad mamillas sanguis congregatur maniam fit et presertim si sanguis sit niger grossus qui in lac se non posset conuerti ut dicit ibidem commentator Item ypocras vija particula afforismorum in mania dissenteria superuenientes aut ydropis aut extasis id est furoris augmentatio bonum quia per dissenteriam fit materie euacuatio. sed per ydropisim eius alteratio. sed per extasim fit eius expulsio a cerebro Item permixtio eorum ueniens in senectute cum uirtute debili et cum signa digestionis in dolore egro salubre Item maniacis permixtis et melancolicis ydropisis superuenientes per se uel partem soluunt egritudinem Item dicit ypocras 6ta particula afforismorum Si timor et pusillanimitas multum tempus habuerit melancolicam passionem facit

Capitulum octauum de epilensia

Epilensia est passio capitis diminuens sensum et motum corporis totaliter cum spasmo uel propter opilationem uentriculorum cerebri uel panniculorum eius Et dicitur epilensia id est superiorum membrorum lesio, et dicitur a quibusdam gerasimon id est sacer passio quia sacra et animata membra occupat, dicitur et passio infantilis quia ut plurimum infantibus accidit Est autem maior et minor maior quando cum omnes uentriculi cerebri et presertim anterior posterior opilantur et isti hora paroxismi subito cadunt et torquentur os et facies cum tremore ... et totius corporis et dentium constrictione prouoquntur urina et stercus et spuma inuoluntarie emittuntur et emittuntur propter maximam angustiam et suffocationem. Minor uero cum uentriculi cerebri non omnes opilantur et isti quidem cadunt hora paroxismi quidem non stant et sotomiam patientes neque spuma in eis apparet magna Et quedam etiam sunt. Quedam affligit semel in die quedam semel in

septimana · quedam semel in mense · queda semel in anno, licet enim periodus sicut et febris malis cui omnis periodus sit materia ut dicit Galienus 2o de febre Et generaliter quanto tardius affligit tanto tardius et difficilius curatur quia materiam grossam adherentem habet Et quanto frequencius affligit tanto citius interficit propter virtutis debilitacionem et cordis suffocacionem Tres enim causas principales scilicet defectum caloris, maliciam tam fluctus quam innati, et superfluitatum habundantia, et meatuum angustacionem. Tres preterea sunt eius species secundum epilencie diversitatem locorum in quibus materia continetur, nam quandoque causa epilencie continetur in cerebro vel in panniculis ipsius nec venit aliunde · quapropter et hec dicitur epilencia · et isti habent continuitatem et similiter omnium obstruccionem et adveniente paroxismo casum non preveniunt propter eius festinacionem. neque postea recordantur propter cerebri lesionem Aliquando vero materia continetur in stomacho et intestinis vel aliis visceribus non quidem in concavitate eorum ut quidam crediderunt · sed in venis minutis et arteriis per quorum meatus materia bulliens rapitur sursum cum fumali evaporacione et cerebrum et dicitur analensia et isti laborant replecione stomachi et fastidio et indigestione et casum presentiunt et postea recordantur · et accidit ante casum tremor cordis · nausea et quandoque vomitus et contractio sive gravitas inferioris labii propter continuitatem tunicarum labii eiusdem cum lingua et stomacho inferiori, quod si materia sit in intestinis fit quandoque fluxus ventris hora illa, si vero in viis seminalibus emittitur sperma preter voluntatem Cum vero materia continetur in extremitatibus membrorum ut pote coxa vel crure vel manibus vel adiutorio vel in musculis qui sunt in ambitu cordis totius et dicitur catholepsia et isti sentiunt ante paroxismum aliquid elevari versus caput quasi sint formice ambulantes vel fumum frigidi ascendentes a membro illo Deinde syncopisant et cadunt et sepe preservant a casu per ligaturam forte illius membri · et isti ut plurimum febricitant quia propter sit ablacio et ascensio materie ad caput neque sine febre videtur evenire Et quecumque istarum specierum sint hec tamen quando materia continetur in capite vel sit a sanguine vel a flegmate vel a melancolia · raro autem vel numquam fit a colera quia colera sua subtilitate non potest vias opilare Et si sit a sanguine apparet inflacio venarum guttural in collo et dispositio quasi suffocativa et multitudo saliue dulcis fit causa materie. et rubedo cum fetedine quadam in oculis et facie · et vapor sentitur calidus in capite et est in ea stoliditas cum risu et eius urina rubea valde grossa Et si sit a flegmate apparet in urina quoddam simile vitro liquefacto et saliua spumosa grossa clara et vapor et albedo oculorum et totius corporis · similiter et pigritia et oblivio et aliquando vomitus flegmaticus et etas et regio et tempus et cibi antecedentes flegmatici quoque Et si a melancolia apparet urina glauca subtilis cum casu cum loco et permixtio rationis diuturna non solum apud tempus paroxismi · et color oculorum et faciei fuscus sine plumbeus et siccitas lingue et antecessio ciborum melancolicorum et caulium et lentium et carnium salsarum Et si a colera quod esse non potest nisi sit adusta venenosa, apparet urina citrina subtilis vehementer et color faciei citrinus saliua amara stoliditas cum sua siccitas lingue cum siti similiter et fortis afflictio tempore paroxismi et est eius paroxismus spissior scilicet brevior aliorum

Methodus

Cura epilencie in qua est inducere febrem cum electuario anacardini usu quod ponetur tractatu de apoplexia vel aurea alexandrina et theodoricon anacardini vel diamargariton et omnium calidorum et febre quartana vel cotidiana quia ut dicit Avicenna quia febris propter cronicitatem sue afflictionis digerit materias grossas, et alteracio sua erit non inequalis ad caliditatem et siccitatem vini ipso Epilenticorum in membris etc. et ea periculosa · a fortiori nullus epilenticus utatur vino pro potu nisi plurimum limphato quia elevat a proprietate omnes superfluitates ad caput sed bibat ydromel factum ex libris iii aque et ℥ iiii mellis coctis perfecte et colatis, carnes etiam asse magis competunt eis quam elixe et proprie condite cum speciebus preter quam in die purgacionis quia illa die dentur carnes elixe quia sit magis ventrem preparat et venenositatem materie putridam adequat Utatur sepe pro cibis cerebris hedi et pullorum et agnorum et animalium assis proprie quia cerebrum confortat ut dicit Averrois 7o colliget Caveat tamen ne stomachus noceatur quia sunt difficilis digestionis racione viscositatis Caveat a cepis alleis sinapi et omnibus acutis quia materias effumare faciunt ad caput nisi fortassis usu moderato vel cum cibo sicco similiter et a leguminibus brodiis piperatis et potu et cibo superfluo · similiter a timore tremore tonitruis quia ledunt caput excitetur fortiter stomachus iciuno premissa stomaci expurgacione · fiant fricaciones fortes a pectore inferius et pectinacio capitis et eius calefactio fortis in ieiunio Caveat sompno a coitu quia maxime cerebrum debilitat spiritus resoluendo et cerebrum colliquando et denique infrigidando membra nisi fuerit epilencia causata ex retentione spermatis vel accidit virginibus viduis et deo devotis Si sit a sanguine fiat cum prudentia a principio rei flebotomia saphene que est intus in talo vel fricaciones scarificacio cutium Deinde mundificetur cum apozimate quo dentur mane ℥ i tamarindorum ℥ i et semis dissolvatur in ℥ v aque decoctionis prunorum et de cum dicte Epithimet caput cum aqua rosarum vel oleo rosarum mixto cum aliquantulo oleo de absinthio vel despuita Comedat lactucam borraginem seu cucumeri et aquam ceterorum vel pisarum, sed carnes devitet quia sanguinem multiplicant nisi virtus debilitetur Et pro condimento suorum ciborum utatur agresta vel vino granato sed non aceto, bibat ydromel predictum vel aquam decoctionis zucari vel berberis vel prunorum, vel si sit debilis vinum album limphatum valde, Vel imo post flebotomiam et purgaciones frequentes sumat semel in ebdomada in aurora ℥ semis tiriace cum ℥ iii aque decoctionis peonie · et hoc omnia reiterentur totiens donec perfecte curetur Si autem a flegmate quod et sepius contingit purgetur primo frequenter pillulis cocciis vel fetidis vel cum yera pigra vel blanca vel cum yeralogodion premissa digestione cum oximelle squilitico vel composito et aqua decoctionis rerum dictarum sirupi utatur ad caput velut sunt sticados peonia nux muscata cubebe cinamomum ysopus et ruta fiat etiam clisteria acuta Recipe colloquintide centaurii absinthii ysopi agarici centaurie ana ℥ semis ana sisileos ana ℥ i pistentur et bulliantur cum libra i blete post decoctionem coletur et de colata accipiatur libra i et olei ℥ iiii mellis ℥ iii salis ℥ i bulliantur iterum colentur et tepida iniciatur Confortetur caput rasum cum marciaton confricando, fiant

sternutatos cum ellebo uel pipe et gargarismus cum
oximelle ul' sinapi et masticato ex pipe longo
cubebe parte vna masticis partibus duabus factis
ex eis velut formis pillarum Vltimo fiat cauterium
in uertice cranei uel cauterio cum cantaridibus et siap
sup collo Vtat carnibus bouinis conditis cum cina-
momo galanga cardamomo pipe longo zedoario
et croco Et igitur reitententur totiens donec curet
Si vero sit a melancolia purget primo cum yeralogodion uel cum
pillulis fetidis premissa digestione supradicta et fiat
clistera sepius ex istis R sene epithimi an ʒ s
ellebori nigri ʒ iii centauree ʒ i polipodii ʒ ii fumi
terre blete an m i olei ʒ iiii mellis ʒ iii salis
ʒ i fiat clistere sicut prius fiat sternutatos et inunc-
tos capitis sicut dictum e de statte Caueat autem
epilenticus alys plus a coytu et motibus et potis
et tepe a vino red non sicut aly quam cerebrum quassat
Si sit a colera venenosa purgetur primo cum pillul
que R sene epithimi scamonee an ʒ i aloes ʒ iii co-
fite cum succo pollipodii uel vino decoctionis eius
ing de quibus det a ʒ i usque ad ʒ ii sero cum it
dormitum sine cena conferte caput et stoma-
chum cum oleo ros dietet omnino sicut dictum e in
epilencia de sanguine Cura vero analepsie atque
cathalepsie fere e vna et cadem omnino quam in cura
utrisque materia non extat in cerebro sed plus vapor vene-
nosus quare oportet ut statim a principio materia purgetur
postea vero fiat uesicatio uel cauterium sup locum a
quo infirmus sentit vaporem eleuari Et perfun-
detur valde si est possibile ita ut comprehendatur inter
cauterium totus locus infectus quam materia emundat
Et cum fascijs ligetur fortiter illud membrum hora
paroxismi ne fumus ascendat In aliis aut fiat sicut
sicut in causa flegmatica **Emperica** Refert
Mesue primo tractatu antidotarii quod pillule quibus
nulle sunt fortiores ad epilenciam flegmaticam
et arteticam et podagram sunt hec R aloes collo-
quintida scamonee bdellij elleboris nigri corticum esule ede
an parte vna pille seminis confice cum succo caulium
Dosis a ʒ i usque ad ʒ ii post digestionem et materiam com-
pletam Accidit aut nonnumquam epilencia a vermibus
existentibus in intestinis transmittentibus fumos
pessimos ad cerebrum Et signa eius sunt signa
vermium scilicet grauitas oculorum et odor oris fetidus
et fricatio narium et obtenebratio faciei et mul-
titudo cibi cum siccitudine macra et stertore mo-
dico et sit plurimum pueris et gulosis Et eius cura
est interimere vermes et postea eos educere sicut dice-
tur de colica passione de vermibus Aliquando vero fit ex
suspicione cibi venenosi uel morsu canis rabidi et
de ipsis scribemus tractatu de venenis libro 2° si deus
voluerit fit et quandoque propter lesionem cordis et cerebri ex
aere corrupto et de ipso dicemus tractatu de febre epidi-
miali Sciendum postea quod in epilencia alia debet
cura hora paroxismi et ante paroxismum Nam hora
paroxismi statim conuenit operientes in loco spacioso epi-
leticus ut aer sit in loco obscuro et frigido sit re-
mouens si potest possibile est et teneat cum uentosa omnia
munda apta Eleuetur caput sursum ut liberior
sit inspiracio extergatur spuma et aperiantur dentes
cum cultello ut liberior sit expiracio et ligentur
extrema et precipue in cathalepsia fiat sternutatio cum

candisi uel pipe uel castoreo uel euforbio et precipue in
cathalepsia et in analepsia sed non fiat fricatio circa
caput in principio paroxismi neque sternutatio neque appro-
ximatio odora inctorum calidorum sed potius in fine et si
paroxismus diu durauit fiat clistere acutum dictum
tractatu de litargia et capitium conferunt capiti dictum
ibidem Postea in fine paroxismi conueniunt confortatiua et pal-
iatiua consequenciam maxime sicut est odor rute agrestis
frequentatus uel puluis rute sicce naribus insuffla-
tus uel puluis sem eius ul succus rute viridis nari-
bus instillatus Ex hora vero paroxismi regatur sicut in
methodo septimo e et caueat ab esu carnium caprarum
et piscium omnium et caulium ymmo caueat carnibus uel
cepe comesta uel suffumigatio facta ex galbano
uel mirra uel vngule caprarum detegunt omnem epilenticum
Similiter et fungi si comedatur Caueat a balneo
superfluo quia neruos mollificat et cerebrum humec-
tat Dixerunt quod omnis odor mollis ledit cerebrum epilenti-
corum odor rute castorei armoniaci appropriatio sicut usui
moderato Cena eius sit leuior prandio et semper in fine
cibi utatur stipticis ut porro asso uel cotoneo et so-
mnum elonget sup cibum utatur sepe stomacho ieiuno
dyaspermaton confecto cum pluris arconticon quam magis eua-
cuans adaptat Euacuatos vero fiat plus cum pillulis
et sine cena quam attingunt artemodo Item in cura
epilencie non negligant dicta in cura melancolie quia omnes
epilentia sunt infecti cum in utraque parte materia grossa
adherens viscosa cerebrum occupat valet postea pro-
uocatio emorroidarum in corpore in quo esse consueuerunt
et florum cephalice si causa sit in causa post qualibet que
similiter et prouocatio earum et cauterizatio in suturate capi-
tis ubi sunt commissure uel in occipito sub duobus
cornibus uel sup cornua frontis Summopere omnis e-
pilenticus abstinere debet a comestione apii uel eius fructuo
et specialiter pueri et mulieres lactantes quia de proprietate
epilenciam excitat et inducit in pueris Similiter et co-
mestio superflua petrosilini et feniculi Sed dicitur quod cum
suspensione radicum peonie ad collum et cum suffu-
gatione facta ex semine eius et cum sumptione ʒ ii usque ad unam
omni die seminis eius et cum potione decoctionis radicum
eius in qua ponatur mel. plurimi visi sunt sanati et
precipue infantes et pueri quorum etas erat infra annos
septem Galienus etiam quod usus rute et pastillas in aqua et
vino multum conferunt et puluis celidonie cum succo comestus
postea si sumatur ʒ i s puluis celidonie cum ʒ ii aque
decoctionis mirabolorum et pipis longi auxilia spe-
cialia post purgationem Syropus postea digestiua a proprieta-
te omnes materias superfluas in capite colentas est
syrupus de sticados que dicemus tractatu de debilitate uisus
Arte aut syrupos faciendi pro capite ul membro corporis
quocumque dicemus libro 2° cum de febre disseremus Ergo
sunt que conferunt epilencie ex sua qualitate a pro-
prietate postea reperiuntur quedam conferre velud cerebrum vulpis
infantibus sepe datum facit eis ut numquam fiant epile-
tici Item ossa hominis et precipue cranei puluerizata et com-
busta sumpta stomacho ieiuno cum vino decoctionis
peonie et cubebe prosunt Item odorare rutam et castoreum
post purgationes confert a proprietate ut dicit Mesue in
libro de appropriatis tractatu primo Item puerorum conditum quod fit
sicut ʒ ʒ conditum a proprietate confert si sumatur omni
die ut dicitur ibidem Similiter theriaca et mitridatum et
theodoricon et precipue post purgationes Item vesica apri cum

tota vrina exsiccet in furno et detur ex eo omni die
in mane cum oximelle ad fabe quantitatem sanat epilenticos
ut dicit mesue eodem loco auctoritate allexandri qui se
dicit expertum fuisse curato usque ad 3am diem Similiter
et yrundines comeste uel epar asininum assatum co-
mestum in ieiuno ut dicit ibidem Item coagulum lepori cum
aceto bibitum per 30 dies in matutinis in modum orobi et
in cibo mixtum Item puluis petrosi milui dicitur esse summum
remedium Item pulvis factus ex castoreo oppoponaco antio-
mo sanguine draconis datus quibuscumque curat et a pluribus
est expertus Item scinde ranam per medium dorsi et extrahe
eius epar atque inuolue in folio caulis et comburre
in sole in testa noua bene obturata et puluerem illum da bi-
bere cum vino optimo epileptico dum patitur quia sic
plurimi dicit liberatos, quod si vna vice non curetur reiteretur
Item de alia rana dorsi liberatur Item lapis celidonius
ruffus ligatus in panno lineo et positus sub ascella
sinistra sanat maniacos et lunaticos omnino Item puluis
rute siccate insuffletur naribus hora paroxismi uel suffu-
migetur cum aqua qua statim surget Item testiculi arieti
comesti mirabilis dicitur iuuamenti, calefaciunt enim et exsic-
cat cerebrum In omni predicta specie epilencie confert usus electu-
arii de peonia et specialiter post purgationes quod recipe peonie
ʒ j maturi fructus citoniorum corallorum rubeorum margaritarum non
perforatarum mastici ana ʒ ß mirtillorum ʒ j et cinna-
momi nucis muscate galange foliorum ℥ piperis longi
cardamomi nucis indi ana ʒ ij liquiricie ʒ v anacardi
ʒ j et ß musci ambre ana grana vj zuccari quod sufficiat
in estate et mellis despumati in yeme. valet epilenticis
paralisi spasmo de repletione et omni morbo de causa
frigida et remouet dolorem uentris ex uentositate me-
moriam reparat datur in aurora ad modum nucis et
post illud bibitur ydromel uel vinum limphatum et
potest etiam dari sero cum itur dormitum canon Epilentici di-
cuntur lunatici quia eorum periodus secundum lunas in lua
valetitatem perdit, quae fit quibusdam in lune de-
fectu in luna quia tunc humiditates male regulantur
quibus luna ex sui proprietate dominatur et per lumine et
motum, quibusdam vero in plenilunio propter quorum factorum
exuberantiam, aliis in nouilunio propter eorum agitationem
per quietem diuturnam Que igitur est ex sanguine ex-
acerbatur ut plurimum in plenilunio, que vero ex melancolia in
defectu, que vero ex flegmate in nouilunio Sciendum
preterea quod in epilencia summum remedium est cauterium post
euacuationes debitas et particulares sed in cathalepsia cauterium
in membro a quo eleuatur vapor, sed in omni epilencia puo-
catio emorroidarum et menstruorum et fluxus ventris debitus quaque
die Si epilencia accidit puero lactanti totum regimen
attribuatur nutrici, quare propter ex herbis utatur ysopo et feni
et reguletur ex cibis calidis siccis quodammodo, quod si
fuerit cacotomia uel pletoria purgetur medicinis
supradictis donec ita regiminibus ex lacte transeat in
fetum In epilencia predicta fit spasmus vniuersis corporis totaque
quia cerebrum sentiens passiones naturali lesione non sentiat se-
su animali lesione vehementer propter opilationem ventricu-
lorum eius contrahitur in seipsum ut magis exprimat a se,
quare propter et omnes neruis motiuis contrahuntur quorum est
principium et sic cadit paciens cuius simile quoddam
reperitur in sternutatione propter quod et ait Auicenna quod sternu-
tatio est epilencia debilis epilencia uero est quasi sternutatio
fortis In appoplexia uero non fit spasmus sed mollifica-
tio corporis totius propter opilationem esse perfectam adeo ut cerebrum

contrahi in se non possit et propter eius lesionem fit tantam
ut se resistere non attemptet Item cura epilencie qua-
tuor dispositionibus est secundum pauperi calorum naturalium
superfluitatum multitudini emunctoriorum capitis opi-
lationi et meatuum sanguinis ac spiritus coartationi
Pronosticatio
Si epilencia accidit ante pubertatem
in masculo uel ante menstruorum eruptionem in femella et non plu-
ribus factio mea uel nec in viro circa vigesimum quintum
annum et in muliere circa primam menstruorum apertionem numquam decetero
curabitur Vnde ypocrates in 2a particula amforismorum quibuscumque non per-
monet puis etc Item epilentici frequenter cadunt
in palisim et stuporem membrorum et ipsa rectificetur cum
balneis calidis aromaticis et vngentis marciaton
et arogon et dyaltea Item quando sub capite lingue ap-
parent vene virides turgentes in colorem liuidum quasi
apro remouet inueterata epyepsia Item si mulieri pregna-
ti aduenerit epilencia fetu euacuato cito soluitur Item
si epileptico superuenerit morphea alba signum est curatio-
nis Si epileptico non recordatur post paroxismum sit forte
egritudine a qua curari non potest Item si infans natus
cum epilencia se expurgauerit et multas superfluitates
aquosas expulerit fit curatio secundum auicennam Item si fe-
tus concipitur tempore menstruorum et fiat epilenticus numquam
sanabit quia causa est ex principio generationis infixa Item
si ius et ae ante epilenticus fit curatus per forte suffumi-
gia ipsum cum cornibus capriarum et si non cadit est cu-
ratus Item epilencia ex toto genere est difficilis curationis,
et propter inueterata licet infirmus obediat et medicus recte
operetur et nouiua extrinseca sufficiant, quae ab ipsis fu-
giendum, cuius causa puto quia epilencia ut plurimum
est ex generatione sicut et lepra ut dicit Auicenna capitulo
tollere de lepra Item ypocrates 7a particula amforismorum, epilepsie
quibus ante iuuentute innascuntur mutationem faciunt, quibus
uero post annorum fuit plerumque commoriuntur Alii tamen
dicunt post annos 3 et ypocrates intellexisse etc.
Capitulum Nonum de appoplexia
Appoplexia est priuatio sensus et motus in cor-
pore toto cum mollificatione membrorum propter
opilationem omnium ventriculorum cerebri et meatuum per quos
spiritus et motiui et caimositum eius Est autem duplex
secundum ypocratem 2a particula amforismorum maior et minor Ma-
ior quidem quando opilatio est perfecta et tales non
sentiunt omnino cum pungantur et anhelitus est cum an-
gustia maxima et spuma ante os et ymo numquam
melius apparet anhelitus Minor uero cum opilatio
predicta non est ex toto vltimata neque perfecta et isti
non priuantur omnino sensu nec motu et angustia an-
helitus est pauca et quandoque diuersa absque ordine ita
ut fortassis nesciret omnino quae sit passio timorosa
et quandoque diuersa cum ordine bono et sufficienti anheli-
tu, quae sit passio minus timorosa si recte pensatur
fuerit in cura et apertis oculis nil vident et quandoque ali-
quid uident sed loqui non possunt Sed secundum Bruno
eiusdem afforismi eius species sunt 3s scilicet maior minor
et media, vnitas tamen diuisio est eadem cum priore quia
minorem subdiuidit in duas, Fit autem appoplexia
ex sanguine et hec est raro, fit etiam ex flegmate et hoc
ut plurimum, et si fiat a sanguine apparet rubedo
maxillarum et faciei et dispositio repleta quasi
perforatiua cum apparitione venarum grandes in collos et
quandoque apparet facies nigra et plumbea propter sanguinis
coagulationem et mortificationem caloris, Et si fuerit a flegmate

apparet mollificatio corporis et albedo squalida coloris
et multitudo mucillaginis narium et sputi lingue et oris Et
preterea xii numero passiones in actionibus ut multum similes adeo
ut communiter operantes in impari cognitione similiter et curatione
sepius vacillent, que sunt: subeth, stupor, congelatio,
sompnus longus, litargia, epilencia, appoplexia, pali-
sis, obdormitatio, spasmus, sincopis et suffocatio ma-
tricis, quarum declarationem communiter qui sane desiderat descrip-
tionem imparium in propriis talibus requirit, declarationem autem acci-
dentalem quam potuit colligere ex diversis auctoribus potuimus
aliqualiter denotemus Conveniunt enim omnes iste quod
sunt privatores sensus et motus Sed differunt ex alio quia quedam
sunt privatores sensus et motus in corpore toto, velut
appoplexia, litargia, subeth, sincopis, suffocatio matricis,
epilencia, stupor, congelatio, quedam vero in parte corporis
velut palisis, spasmus, obdormitatio Item quedam
ex eis sunt morbi ut litargia, epilencia, palisis,
appoplexia, quedam vero accidentia tantum ut obdormitatio, sin-
copis, suffocatio matricis, epilencia, quedam vero quandoque
morbi et quandoque accidentia ut subeth sive litargia et
subeth cum litargia Item quedam durant breviter ut
subeth, epilencia vel appoplexia, quedam ut plurimum
adherent ex sui specie ut palisis Item quedam fiunt ut plu-
rimum a causa primitiva velut congelatio atque stupor, quedam
a causa antecedente humorali ut litargia, suffo-
catio matricis, epilencia, appoplexia, quedam utroque modo
ut subeth, palisis, sincopis Item quedam ex toto generaliter
fiunt preter naturam ut litargia, epilencia, quedam vero secundum
[illegible] modo ut sompnus longus, que omnia largius
apparebunt si notificatione ipsa quamlibet eorum describemus
Subeth sive sompnus profundus est cum quis gradatim
procedit ad gravitatem capitis et sompnolentiam non subi-
to quare tamen fit dormiens adeo profunde et oculis
clausis ut nullo modo eos aperire valeat nisi vo-
cetur et conquassetur tunc parum aperit et illico clau-
dit Sed si conficiet nequaquam audit neque oculos
aperit Contingit autem hec passio quandoque a causa antecedente
et quandoque a causa primitiva, videlicet a frigiditate et humiditate
aeris continentis vel sumptione opii, et quandoque fit
sine febre et tunc est morbus, quandoque cum febre tunc
est accidens febre superveniens et litargia mixta est sine
febre accidente Stupor vero qui et subeth vigilativa
nuncupatur nil aliud est quam subeth diminuta quapro-
pter sompnus non est adeo profundus nec gravitas tanta
sicut in subeth, et quandoque fit a causa humorali quandoque
ex causa extrinseca videlicet frigiditate aeris vel esu frigidorum
vel casu vel percussione super caput Stupor etiam qua-
doque sumitur pro fortatione nervorum et musculorum et te-
ndinum et est quod dormitatio quam statim dicemus Conge-
latio vero dicitur cum quis iacet quis iacet quasi dormiens
oculis apertis vel si fuit subsitus operationibus aliquibus ad-
veniente passione stat fixus sub eodem situ et fit ut
plurimum a causa primitiva sicut frigiditate aeris vehe-
menti nudato capite, quandoque etiam fit a causa humo-
rali mixta in cerebro contenta Sompnus autem longus
est sompnus naturalis in quantitate naturalem excedens et contingit
sicut accidit convalescentibus et ebriosis fatigatis et
quandoque primo gulosis Litargia vero dicitur cum quis habet
apostema frigidum in cerebro propter quod consequitur febris continua
lenta et dolor capitis continuativus cum paucis punctura
Deinde advenit ei sompnus profundus et sic apparet
quod in omni litargia accidit subeth sed non econverso Epilencia

vero dicitur cum quis periodice cadit in terram et spasma-
tur omnibus articulis et anhelat cum angustia et habet
spumam in ore Deinde cum pertransit spasmus surgit
et sentit et movetur sicut prius Appoplexia vero dicitur
cum quis iacet mollificatus toto corpore sine sensu
et motu preter anhelitum fortassis quia spiritus animalis
non potest pervenire ad aliqua membra propter totalem opilationem
nervorum nisi fortassis ad pulmonem et dyafragma
cum vita sine anhelitu subsistere non possit tempore
longo, unde et quandoque vie pulmonis opilantur quare
fit sine anhelitu omnino et forte sine pulsu arteriarum
perceptibili a medico et si vocem non audit omnino et ad-
venit hec passio non adeo velociter sicut epilencia neque adeo
pigre sicut subeth sed mediocriter secundum festinantiam ita
ut paciens presentiat eius adventum quare quandoque clamat
et mugit sicut bos et tunc cadit sicut mortuus et non
fit color corporis fedus sicut in sincopi sed rubidus et re-
pletus si fit ex sanguine, vel albus squalidus si fit
a flate et est sine febre, plerumque et antecedunt eam vertigo
ponderans et scotomia et soda capitis et inflatio vena-
rum colli et tenebrositas visus et tremor in toto corpore
et stridor dentium in sompno et gravitas et pigricia
et urina eius persolvit grossa plena repletione varys
lactea vel palea Contingit et sepius a causa primitiva videlicet
casu vel percussione capitis, similiter et a frigiditate aeris
continentis aut sumptione opii, et accidit appoplexia
ut plurimum senibus vel bibulis aut crassis per naturam
vel dietam Paralisis dicitur esse cum quis privatur
sensu et motu in aliquo determinato corporis membro
sed brachio vel crure vel lingua cum mollificatione
membrorum vel immediate corporis totius scilicet in toto latere
dextro vel in toto latere sinistro vel etiam in toto corpore
a collo infra ita quod caput et partes eius sint sana
Nam si totum corpus careret sensu et motu cum molli-
ficatione membrorum necessario foret appoplecticum vel sube-
thicum quia tunc cerebrum et cor essent lesa quod in palisi
non contingit cum sit passio nervorum et membrorum nervosorum
Obdormitatio vero sive stupor sive fortatio est cum aliquod
membrum puta manus aut pes acquirit sensum obtu-
sum et motum laboriosum propter malum situm opilatis
nervos deferentes spiritum sensibilem et motivum Spasmus vero
dicitur contractio membri lacertosi sive sit de plenitudine ut in
corpore pletorico sive de inanitione ut in corpore ethico
et febre continua consumpto sive fit ex dolore ut in pu-
oportet laborare. Cura eorum cum sint a potu vini sup-
fluo est abstinentia ab illo quia in omni motione cor-
poris cum recipit quis etc. Et confortet cor et cerebrum cu
electuario pliris uel dianthos. Cura tremoris propter debi-
litatem uirtutis est cauere a labore et exercicio forti omnino
et uti cibis et potibus impinguantibus ut est caro bona
et ius carnium conditum cum speciebus aromaticis et inspissatum
cum vitellis ouorum et vini boni clari aromatici medo
uel claretum. et uti speciebus et electuariis dictis capitulo
de palisi. et confortare neruos et inunctiones atque membra
lacertosa cum vngentis et oleis dictis ibidem et precipua
dicemus capitulo de arteticia passione. Emperica
Dixerunt excellentes quod in tremore et stupore factis
a causa humorali confert trocisci de scicados. a parte
et precipue post purgationem bis uel ter frequentatas qui
sic fiunt. Recipe sticados ℥ j. yzopi ℥ ij. peonie ℥ iij. fiant
trocisci cum mustilagine dragaganti et melle rosato. Et
vnusquisque sit in pondere aurei vnius. dentur in aurora
cum aqua decoctionis sticados et mellis. Canon
Sciatis quod cognitio humoris facientis consuetudinem non est
nisi per exteriora cognoscere accidentia. quia per humorem peccantem
multum in profundo latebit. et alius non peccans in sup-
ficie apparebit ut dicit G. in commento illius amforismi
primi particule. In perturbationibus. si uis igitur cristalari
de humore peccante sit quasi per excitationem et premonitionem
et notitiam ut dicitur ix° de ingenio sanitatis
Effectum enim operis vniuscuiusque actio comprobatur ut dicit
G. in commento illius afforismi 2e particule. Ubicumque
cibus. Et iste canon non solum non in passionibus
neruorum sed in omni morbo indiuiduali et precipue membrorum profun-
dorum publicis reperitur. cum perfecta morbi cognitione sit
eius certificatio ut dicit G. in libro de arte ad glauconem
Pronosticacio Stupor et tremor a quacumque
causa fiat super palisim illius membri aut appoplexia
futuras sunt. Item tremor et desipiencia accutis ex
apoplexiam minatur. Unde ypo vij particula. ex
multa potatione rigor et desipiencia malum. Item stu-
por uel tremor si fiunt a casu uel percussione et post cura-
tionem attritionis et consolidationis neruorum remanserint
numquam uel raro curantur prout in capitulo de palisi dixi-
mus quia passio profundata significatur fore usque
ad mortem. Item si stupor et tremor fiat a causa et re-
manserint secundum dispositionem vnam licet rationaliter me-
dicus operetur significatur quia curari non potest. si uero
recipit de die in diem minorationem dispositio potest curari. Et
stupor et tremor in senibus non curatur. Capitulum
Quintum de oscitatione et alatione
Alatio est extensio alarum id est brachiorum et
retractio fit autem propter ventositates multas ele-
uatas ab humoribus flegmaticis. uel multi-
tudine cibi indigesti replentis neruos et lacertos inducen-
tis in eis lassitudinem siue laborem spontaneum extensi-
uum quando membra musculosa sentiunt compressione quadam
naturali qua omnia membra corporis mei sentiunt innatiuum
ut ipsum attrahat et nociuum ut expellat cum talis se-
paratio sit operatio uitalis naturalis nutritiue non animalis cog-
nita. quia Auicenna 2° colliget super doctrinam G. addidit
et distinctionem nuncupauit quare extendunt et mo-
uetur ut illam vetositatem expellant et hoc fit maxime

post quietem et somnum et in quibus sepe nauseat lac
satietatem. Oscitatio uero est apertio oris propter vetositates
expellendas ascendentes a stomacho per meri uel melius a tunicis intes-
tinalis et iuuamentis mandibularum et hoc fit maxime post som-
pnum et ocium quia sicut vigilie et labor ventositates
terminant ita sompnus et quies ipsas augmentant
Medadus Cura istarum passionum est eadem omnis
Si igitur complexio carnosa sit et vene apparentes et color fa-
ciei rubeus uel subrubeus et processit usus ciborum multiplica-
tum sanguinis fiat flobotomia cephalice qua sequatur fames labor
moderatus sudor et usus ciborum et superfluitatum sanguinis dimi-
nuentium ut sunt lentes agresta vinum debile lympha-
tum ad medietatem. Si uero complexio sit squalida flatica
et color albus uel pallidus et antecessio satietatis nause-
atiue et non apparuerint vene in oculis et facie. di-
geratur flegma cum oximelle composito cum squillitico. et euacue-
tur pillulis fetidis uel cocijs usitatis. ut cum benedicta
vtatur cibis calidis. et conditis cum pipere longo galan-
ga zeduara et similibus. Et bibat vinum bonum purum
sed in parua quantitate post euacuationem balneet et sudet
et laboret. Emperica Ypo docet curare istas
passiones cum potu vini boni limphati usque ad medium
vini quidem propter digestionem. limphe uero propter impedimentum
quod potum vini ciuius infert. Unde ypo in 1a particula afforismorum
ait. alites oscitationis vinum mensuratum bibitum soluit
consuetudinem. per mensuratum intelligit vinum debere esse aque
quantum vini. sed credimus huic afforismo vim esse. maxime
in causa flatica que sepius contingit. nequaquam vero
in sanguinea. Credimus preterea vim fuisse tempore ypo-
cratis non modo. quia presencia tempore causat istam consuetudinem propter
superfluum usum ipsius. Item Auicenna 3° canonis tractatus presentia dicit quod
masticatio acoris appetite curat istas passiones et precipue
post euacuationem. Canon Sciatis quod in cura cuiuslibet
passionis humoralis et precipue cum corpus plectoricum
uel cacocimum videtur hec tria per ordinem fienda scilicet euacua-
tio vniuersalis. euacuatio particularis siue propria et remedia lo-
calia. Verbi gratia In passione capitis vitio flatis primo oportet
euacuare flegma a corpore toto. deinde apozimata approximare
stinentia et gargarismata et masticatoria et caputpur-
gia. vltimo uero applicanda erunt emplastra et vngenta re-
plutiua et fricationes et balnea. Ratio autem canonis est
secundum G. xi° de ingenio sanitatis vbi loquens de cura
apostematum interiorum sic ait. Si namque calida resolutiua lo-
calia applicabimus in principio magis attrahent ad locum
ex eo quod omne resolutiuum est attractiuum cum plurima materia
inuenit unde fortissimis mellilloto aut camomilla que
sunt leuia ut excipit Auicenna 2° canonis tractatus de camomilla. Si
uero primo apparuerit repercussiua frigida circa membrum cum
reliqua membra euacuata non suscipient magis cum suppo-
corpus est plectoricum. Si uero primo fiat euacuatio particularis
et propria euacuabitur quidem materia presens sed alia loco eius att-
rahetur a membris vicinis. Pronosticacio Osci-
tatio et alatio cum multitudine fiunt solitum repletionis humorum
sunt innocte. sed propter putridas materie quando huiusmodi passiones
fit a vetositate ut dictum est. ventositas uero eleuatur a materia
semicocta et indigesta ut dicit G. 3° de accidenti que si naturali
calori non obedierit putrescit et fiet per consequens causa accidentis
et demum cuiusdam coniuncta febrium putridarum. Sequitur
Tractatus Tercius
Oculorum passiones licet sint diuerse earundemque quarum
cognitio atque curatio ut plurimum corporali
circa medicos assistencia non per se non sepius librorum
adiscitur. Ideo

Dicemus

dicamus tamen de quatuor famosioribus que sunt obtal-
mia lacrimositas debilitas visionis et fistula in lacrimali

Capitulum primum de obtalmia &c.

Obtalmia est apostematio oculorum et palpe-
brarum cum dolore multo vel pauco, quandoque fit
in altero oculorum tantum, quandoque in utroque, quandoque vero
in parte oculi tantum. Fit enim aut a causa primitiva scilicet fumo
sole pulvere casu vel percussione quando propter aliquod istorum
inducitur dolor in oculo propter quod materia currit et indu-
cit apostema, aut a causa humorali simplici vel composita.
Signa eius que fit a causa primitiva sunt antecessio alicu-
ius istorum ad quod statim sequitur obtalmia quod sciens
et relatione egri. Signa eius que a causa humorali
si est sanguinis sunt vehementia rubedinis oculorum
in albugine et palpebris et magnitudo tumoris cum ex-
tensione et apparitione venarum in oculis et fronte et
dolor gravativus et multiplicatio lacrimarum cum lippitudine.
Si autem sit colera fit dolor pungitivus quasi fiat cum acu
vel spina et cursus lacrimarum adurentium maxillas et
excoriantium loca super que currunt sed tumor et tensio minor
quam in sanguine et color rubeus tingens ad citrinitatem. Si
autem sit flegma fit dolor gravativus non plurimus et inflatio
oculorum magis absque rubedine que cum tangitur cedit di-
gitis et fit impressio in loco et multitudo lacrimarum aquo-
sarum cum lippitudine non digesta et gravitudo corporis quedam.
Si vero sit melancolia quod raro fit apparet nigredo corporis totius
et extenuatio eius et tumor oculorum parvus et paucitas
rubedinis et lippitudinis et lacrimarum. Si vero materia sit
composita signa adulterabuntur secundum conditionem simplicium.

Methodus. Cura obtalmie que fit a causa primitiva
tranquillitas et quies et ut non videat lumen per aliquot
dies, quia ut dicit Ypocras 2a particula affo[rismorum]. In omni mo-
tione corporis &c. Cum incipit sive abluantur oculi con-
tinue cum aqua decoctionis ros[arum] viol[arum] et nenufar vel
cum aqua ros[arum] in qua psillium et camphora sit infusa
et si propter hoc prohibeat apostema bonum est sin autem curetur sicut
dicetur postquam materia fuit cognita. Cura eius que fit
a sanguine est ut primum flebotometur basilica dextra si cor-
pus sit plectoricum postea cephalica partis contrarie vel sa-
phena partis eiusdem. Ultimo vero cephalica partis lese et si
necesse fuerit flebotometur postea vena recta frontis vel pub-
ce fluxus per narium vel diverta materia ad partem posteriorem
cum scarificatione aurium et ventosatione colli et cauteriza-
tione ipsius cum ferro vel cantaridibus aut ad partem superio-
rem cum scarificatione verticis profundata post rasuram capil-
lorum. Deinde mundificetur cum medicina mundificante sanguinem
que sic fit ℞ manne ʒ ij tamarindorum ʒ j et sic dissolvantur
cum aqua decoctionis prunorum et sit aqua non ultra ʒ vj
neque infra ʒ iiij detur totum in matutinis. Deinde
distillentur repercussiva intra oculum sicut est lac mulieris
et precipue lactantis puellam. Et sicut est sief memite quod fit
memite ros[arum] aloe licii sandalorum gallorum croci ana ʒ ij
terantur in ultimo atque cribellentur et fiat sief i. troci-
sci qui exiccentur in umbra et cum volueris dissolve unum
ex eis in aqua ros[arum] vel succo plantaginis vel endivie
et liniatur sepe infra oculos et super frontem tunc quandoque
quando materia repellit membrum fortificat et prohibet apostema.
Similiter super oculos et tympora pone humorem perfecte supta
cum emplastro quod sic fit ℞ folia solatri virge pastoris ar-
moglosse termita rubi foliorum vitis et endivie sed precipue
cicoree acetose sempervive florum camomille ros[arum] rub[earum] ana m[anipulum] j
pistentur et bulliantur in aqua et incorporetur cum farina

ordei et ponatur tepidum super locum vel ponatur
super frontem et oculum petia lini infusa in succo so-
latri et aqua ro[sarum] vel aqua ro[sarum] et aceto. In augmen-
to vero et adhuc magis in statu addantur aliqua
resolutiva vel cum repercussivis sicut est emplastrum tale:
coquantur tria poma in cineribus vel pruna et
mundentur et cum eis incorporentur tres vitelli ovorum
et semen lini et tepidum ponatur super locum. Hora vero
fortis doloris et precipue in principio stilletur collirium album
in oculos quod sic fit ℞ ceruse ablute ʒ x sarcocolle
nutrite in lacte asine vel mulieris ʒ iiij amidi ʒ ij
draganti ʒ j opii ʒ s[emis] terantur subtilissime et cribel-
lentur et incorporentur cum aqua ros[arum] fiat sief i. tro-
ciscus parvus et cum uti volueris dissolvatur de eis parum
in aqua ros[arum] vel in lacte mulieris donec fiat sicut mel
currens et ex hoc stilletur sepe in oculos quando dolorem se-
dat et materiam repellit atque ulterius prohibet vehementer.
Abluantur preterea sepe et fomententur facies manus
et pedes cum aqua decoctionis florum camomille meli-
loti ro[sarum] plantaginis cicoree quando divertit materiam. Bibat
aquam decoctionis prunorum vel berberi vel aqua mixta
cum agresta vel vino granatorum sed nequaquam vinum nisi
forte in declinatione tunc namque potest bibere vinum album
debile limphatum gradatim a multo ad paucum. Nu-
triatur cibis paucum sanguinem generantibus sicut sunt
lactuca portulaca farina ordei vel avene. Quod si illis
fuit debilis utatur carne pullorum vel edorum alterata
cum herbis predictis vel seminibus earum. Vitet cibos et
potus vaporosos ut allea cepe vinum porri. Vitet
etiam turbida et sanguinem perturbantia ut sunt cau-
les fabe lentes cervisia et similia. Diminuat cenam
posse et sompnum multiplicet sed non illico super cibum.
Quandoque sompnus et levitas ventris omni die sunt me-
dicamine bonum in omni obtalmia et precipue de causa ca-
lida. In statu vero et adhuc magis in declinatione
stillet in oculos ex colliriis capitis et supratis et que
dicemus paragrafo de emperiis et capitulo de debilitate
visus. Cura eius que fit a colera est ut a principio
mundificetur cum medicamine supradicto vel cum isto ℞
aque prunorum decoctionis ʒ iiij in qua cum flat fiet
ponatur ʒ ij reubarbari pulverizati et dimittatur sic per
horas aliquot, post ea coletur et in colatura illa po-
nantur ʒ ij sir[upi] ros[arum] vel viol[arum] vel sir[upi] de nenufar
et detur totum ante diem. Deinde secure fiat flebo-
tomia cephalice manus partis lese vel ventosatio
in spatulis vel collo quia sicut pectora caput do-
lentia in fronte recta vena incisa iuvat ut dicit
Ypocras quinta particula afforismorum, ita eorum quia diversio materiarum
a loco omni quoque iuvat, et ponantur embroce et
emplastra repercussiva super locum dicta superius sed plus
addatur de solatro et acetosa quam in obtalmia de san-
guine fomententur manus et crura ex aqua calida
supradicta quoniam materias divertit ad exteriora. Stilletur
in oculos mucillago seminis citoniorum et si dolor sit
fortis dissolvatur in eis opii gr. j et ligentur adulte-
ria et coxe usque ad dolorem. In fine ponatur collirium
album in oculos quod supra dictum est nisi quod loco
sarcocolle poni debet psillii ʒ j in aliis fiat sicut prius.
Cura eius que fit a flegmate est ut a principio pur-
getur cum pillulis cochiis vel cum humore ℞ turbit
ʒ j s[emis] ʒ s[emis] zuccari ʒ ij terantur et misceantur et detur
totum in mane cum aqua calida vel aqua decoctionis

fen̄ Sup oculu ponatur emplm̄ calid frigidum et fa-
rina fenugr̄ et mustillagine eius et flore camomill
et mellilota pistando omnia et incorporando cū mustil-
lagine fenugr̄ et dragaganto et postea adde duo uitella
ouorū quia bonū fiet et anodinū magis Deinde p⁹
sex uel vii dies et p⁹ duas mundificatiōes uel plures pōe
sup oculū et intra collir̄ de sarcocolla mundificatiuū
et incarnatiū ulcer̄ oculor̄ qđ sic fit ℞ sarcocolle nu-
trite in lacte mulieris ʒ x ligni aloes draganti an̄ ʒ ii
spume mar̄ croci an̄ ʒ i ß succi celidonie sicce ʒ iii te-
rantur subtilissime ut alcohol et dissoluatur in vi̊o
al et aqua ro colletur et liquidū ponatur in oculum
et feces grossa sup oculū Bibat aquā mell̄ usq₃ ad decli-
nationē uel aqua decoctionis iuiubarum et mellis co-
medat aquam ciceris uel farrū uel auena condiantur
cibaria sua cū pul. feto et cinamoni ʒ ii cardamoni ʒ ii
croci ʒ i Cum aut morbus declinauit comedat car-
nes pullor̄ uel edorum coctas cum fen̄ petros borragine
spinachijs et similibus et tunc pt bibe vinū albū delle
limphatū fiat ptea ablucio manuū faciei et pedum
cū aqua decoctionis absinthij millii ro rub. flo cū ca-
momill Cura eius que fit de mīa ē ut pmo purge-
tur pillis fetidis uel diafinicon deinde post mundifica-
tionem omni die abluantur semel ul bis manus faci-
es et pedes cū aqua decoctionis fumi terre absinthij
ro rub viol millii et balneetur in aqua dulci et
inclinet faciē sup vaporē aque calide dulcis In
oculum et sup ponantur collirea et empla dicta
de flate Cura eius que est de mīa composita est
compositio remediorum secundū exigenciā sue cause

Emperica Dicit yp̄o sexta ptīcula affo⁴ dolo-
res oculorum meri potio sanat aut lauacrum aut
piria aut flebotomia ut farmacia qđ pertractans
G in commento ait qđ competit meri potio cū fuerit
obtalmia de flate uel d' melancolia et in corpē
non plectorico fiēr et pmisso balneo aque dulcis
ß ope ut sit merum limphatū parump et ut p⁹
eius potū dimittatur paciens dormire p⁹ h' enim mā
grossa sicca et uiscosa subtiliabitur et humectabitur
ut fluere possit ad ex oculos et dolor cessabit Com-
petit aut lauacrum .i. balneū aque dulcis salinis ʒ h̄
conditionibus quarū pma est ut corpus sit pcuacu-
atum euacuatione debita 2ª uero ut mā sit acuta seu
collecta uel de flate salsa 3ª uero ut mā remanens sit
pauca sic namq₃ balneū euacuabit reliquias e-
uacuationis pmisse Competit aut pirea .i. fomentū
oculorum cū spongia imbibita in aqua calida dulci
deinde expressa donec fiat aliquatulū rorida quasi
sicca uel pirea .i. inclinatio capitis sup vaporē aq
calide dulcis sicut et balneū competit dum in hoc
differt quia si mā sit plurima augmentatur p eam do-
lor oculor̄ pp̄ter attractionē et sic diget nos in cautis arti-
ficiū que ē qđ debemus euacuare corpus an pirea
Si uero mā sit pauca pfecte resoluetur Competit
aut flebotomia si corpus abundat in sanguine p e uel
in omnibus humoribus simul et equaliter quā flebotomia
euacuat multitudinē ut dicit Auic pmo can̄ fen
quarta ca° de flebotomia Competit aut farmacia si
aliquis humor a sanguine sit causa obtalmie Iterū
dicit expertum qđ aliquid olei ros cū duplo eius de vino
granator̄ acetosor̄ conquassatum et positū sup ru-
bedinē oculi ul sanguinē qui est in oculo prop̄ter
percussionē ul pcussionē sequenti die ul 3ª curat et ipsē post
purgationē ul scarificationē uel scarificationē in collo et scapu-
lis Collirium expertum ad omnē obtalmiā ex quacūq₃ ca-
fuit et quocūq₃ tpē morbi et ad omnē visus debilitate
sic fit ℞ tucie extincte in aceto tribus vicibus et in
aqua ro. sex vicibus ʒ ii ita ut p⁹ quaslibet extinctionē
renouetur acetum et aqua ro. lap calaminar̄ ul ematit
extincti in aceto duabus vicibus et in aqua ros quatuor
vicibus ʒ i coralli al et ru an̄ ʒ ii ossis sepie camphore
an̄ ʒ i aque ros qđ sufficiat terantur oīa ut alcohol
et cribellentur p pannū sericeū densum et conquassentur
cum aqua ro sicut decet collirea et ex eo stilletur frequenter
in lacrimali quā reperitur saniat et abstergit quare con-
fert etiam in fistula lacrimali et fluxu lacrimali cū lippi-
tudine si tunc loco aceti et aque ros capiatur aqua
feniculi et aqua celidonie uel aqua rute et vrina
pueri masculi nondum polluti Et in causa obtalmie co-
lerica pt addi ligni aloes amidi draganti an̄ ʒ i In causa
vero flatica pt addi sarcocolle nutrite in lacte mulieris
ʒ ii In causa uero melancolica cimunie aualote et postea adu-
ste et extincte in lacte mulieris ʒ ii In dolore uero forti pt
addi ceruse lote ʒ ii opij boni ʒ i et est descriptio integra
agregata ex autenticis ab almasor mesue pul
conferens omni obtalmie et inflamationi oculorum
et fluxu lacrimar̄ et pruritui sic fit ℞ tucie lap e-
mat̄ an̄ ʒ iiii cadmie cimunie aui amidi an̄ aueū
vini spice opij succi an̄ ʒ ß aloes rubei boni ʒ i zucu
caborzet ʒ iii fiat ex omnibus puluis subtilissimus et
imbibe vice vna in aqua mirabolanor̄ citrinor̄ et vice
alia in succo fen̄ et vice 3ª in succo coriandri recentis
et quarta vice cū aqua simacis et vice quinta si est
opus cū succo granator̄ acetosor̄ ita ut p⁹ quamlibet
imbibitionē siccetur et teratur forte Vltimo uero misce
cū eis camphore optime ʒ i deinde iterū tere et cribra
cū sindone et serua in vase vitro bene obturato et pone
ex eo puluere in oculos mane et sero quā expertū ē ut dicit
mesue in suo de appulatis ca° de obtalmia alias hameth
Et si velles ex eo facere colliriū sublime ad casus ualitudines
et ad fistulam in lacrimali pones res omnes p⁹ quintam
imbibitionē que sunt sub forma mellis currentis ul pulue
in alembico et distillabis sicut faciendo aquam rosarum

Canon dicit rasis in conclusionibus quia in omni
obtalmia ex quacūq₃ causa fiat confert balneum
aque dulcis in fine caror̄ qđ ē p⁹ digestionē mē et
euacuationē Confert ptea ut nichil que applicantur
oculis uel membris aliis cerebro ppinquis nequaquam
sint frigide vehementer actu ul uirtute quā mās in-
tumeat et membror̄ nobilium destruit calorem Con-
fert similiter ut oculi non intueantur lucem si sint in
loco obscuro donec spūs visiui congregetur et fortificetur

Pronosticatio Obtalmia si non curatur pducit
ad fistula in aliqua cauitatum septem oculi et demū ad
cecitatem Item ypo sexta ptīcula affo⁴ in oculis
pacientem adueniria actum bonum

Capitulum secundum de fluxu lacrimarum

Fluxus lacrimar̄ tribus fit modis Vnus est
p⁹ incisionē factam in cura vngule uel cata-
racte Alius est ex effusione mar̄ ex cerebro
et uenis et arterijs que sunt sub cranio p tunicas obli-
cas Tertius aut ē ex effussione mar̄ ad oculos ex
venis inius atq₃ arterijs que sunt ex cranio uel que
apparent in temporibus et vnde cumq₃ fluxerint mā

uel est calida acuta ut pote de colera seu flegmate salso uel est frigida humida et aquosa. Signa eius que fit propter incisionem ungule uel albuginis exstudinis (?) in oculo sunt antecessio (?) cause [illegible]. Signa eius que fit ab humore acuto uel salso sunt pruritus et ardor et flammatio in loco que lacrime tangunt et quia [illegible] et tempore calido magis infestat et quando usus piperis allei ceparum et aliorum acutorum nocet. Signa eius que fit ab humore aquoso sunt multitudo lacrimarum sine ardore loci super que currunt et quia tempore frigido et per cibum multiplicantur et quia usus aliorum humidorum et nimius potus vini eas multiplicat. Utrum autem fluat ex craneo uel intra potest cognosci a iuuatiuis et nocentibus rationabiliter exhibitis et spacione (?) infirmi et quando vena apparet uel arteria magis pulsat solito uel debito in temporibus et est cum maiori tumore quam in aliis. Cura eius que fit post incisionem: conforte oculus cum emplastro eius Rx corticum granatorum lenium (?) excorticatarum plantaginis virge pastoris ana an j conterentur et incorporentur cum mucilagine dragaganti. Ad idem Rx succi solatri uel burse pastoris uel succi semperuiue ʒ iii et misceatur cum bolo armenico sanguine draconis terra sigillata et albugine oui et ponatur super oculum et tympora et frontem. Cura eius que fit ab humore acuto uel salso est ut premissa digestione materie cum syr de fumo terre quem dicemus capitulo de pruritu libro secundo uel si presto non sit aliud cum syr acetoso et aqua decoctionis [illegible] ad oculum velut sunt sem. custasia (?) et mirmusata (?) purgetur cum pillulis de reubarbaro dictis capitulo de dolore capitis pro quod [illegible] cephalica [illegible] super frontem et tympora ponatur emplastrum eius Rx boli ar ʒ ß mastic [illegible] ana ʒ ii puluerisentur et misceantur cum albugine oui uel mussillagine dragaganti. Super oculum uero ponatur pecie infuse in succo semperuiue uel succo solatri misto cum agresta et cum puluere glandium mirre et boli ar. Intra oculum uero ponatur collirium album quod scripsimus capitulo de obtalmia et sanguine. Cura eius que fit ab humore aquoso est ut premissa digestione cum syr de sticados quem diximus proximo capitulo sequenti uel si presto non sit aliud cum oximelle composito uel aqua decoctionis sem. uel basiliconis purgetur cum pillulis cochyis uel fetidis uel yerapigra uel medicina de turbit. Deinde fiat cauterium in uertice capitis ubi terminatur medius digitus quando radix manus pacientis ponitur super radicem nasi et profundetur usque ad craneum et dimittatur apertum uno mense integro ita ut omni die purgetur a sanie bis aut rubificetur idem locus cum emplastris calidis acutis dictis capitulo de litargia atque scarificetur abrasis primo capillis similiter et super collo uentosis frequentatis. Super uero oculum et intra ponatur medicina omnia iam dicta. Sepe abluantur oculi cum aqua pluuiali decoctionis gallarum thuris masticis mirre boli ar nucis cypressi et sit aqua actu calida aput eius usum. Abstineat ex cibis stipticis ut pote carnibus assis [illegible] cum agresta uel vino granatorum uel berberis et consimilibus sunt lentes excorticate risum farre et aliquando sumat [illegible] et [illegible] bibat ydromel uel vinum [illegible] debile limphatum cum aqua pluuiali uel cisterne. Sumat [illegible] per prandium ʒ j diaolibanum bibat desuper aquam calidam et non frigidam quando curat [illegible] aut mesue capitulo de catarro.

Emperica In constrictione lacrimarum et consolidatione noui vulneris in oculo confert collirium dictum capitulo de obtalmia paragrafo de emperica. Conferunt pecia ista confecta Rx thutie ʒ ß teratur perfecte in mortario mundo et addatur ei ʒ j aque ro ʒ j vini granatorum acetosorum in causa calida aut vini al. ueteris clari in causa frigida et post incorporationem perfectam istarum rerum in mortario coletur hoc totum cum pecia munda et de ista colatura ponatur omni die mane et sero intra oculum et in breui tempore fiat lacrimarum constrictio et vulneris consolidatio premissis remediis utilibus. Item quidam operantes in cura lacrimarum premissa euacuatione uel flobotomia uel farmacia super dicta incidunt uenas et arterias frontis per transuersum et pro si fluxus sit ex craneo sed in quo erit timor casus palpebrarum quapropter alii faciunt cauterium cum acu ferrea ignita et filo laneo grosso traducto super collo et pulsus cauidis (?) et dimittunt sic apertum donec multa aquositas effluxerit qua per quam fit diuisio materie uel faciunt vesicationem cum cantaridibus et fermento si paciens tantum perhorrescit. Deinde ponunt super oculos collirium album positum capitulo de obtalmia uel confectionem ex thutia extincta ut iam dictum est. Item ad lippitudinem oculorum quidam accipiunt vitellum atque mel et albuginis oui ana partes equales et simul terunt et incorporant in mortario et ponunt super oculos sero cum itur dormitum et mane abluunt oculos lacte mulieris. Collirium album sublime et expertum ad omnem maculam oculorum et lippitudinem et fluxum lacrimarum et visu custodiendo cum virtute sic fit Rx armoniaci salis [illegible] rub. sal indi ana ʒ ii thutie ʒ j vitrioli de quo fit encaustum ʒ iii ruthe celidonie ana an j succi fem. [illegible] j ß conterantur et simul misceantur et fiat magdaliones et ponatur in vase alembico super fornace et distillentur sicut fit aqua ros. et ex eo distilletur in oculos omni die mane et sero quando mundificat abstergit et exsiccat et confortat oculos excellenter et spiritus visiuos subtiliat. Sieff de thure quod ponitur in oculos in ulceribus eorum quando exsiccat consolidat et incarnat et corneam confortat ne rumpatur et uuea (?) egredi non permittit sic fit Rx armoniaci sarcocolle ana ʒ v thuris ʒ x croci ʒ ii conficiantur cum mussillagine fenugreci uel se. lini et fiat sieff ad trociscos [illegible] et cum uti uolueris pulueriza [illegible] et pona ex eo in oculos et dissoluatur cum aqua ros. uel succo [illegible] in modum collirii subtilis. Sieff de plumbo quod incarnat et consolidat ulcus in oculo per rupturam obtalmie uel casum et percussionem et confert plurimum in fistula lacrimali et ardorem et dolorem oculorum sedat potenter sic fit Rx plumbi usti [illegible] arab. antimonii thutie ablute ceruse usti dragaganti ana ʒ viii opii ʒ ß fiat sieff cum aqua pluuiali et utere eo sicut prius.

Canon Medicine que ponuntur in oculos si sint in forma liquida ut colliria debent esse in ultimo claritatis et puritatis si uero in subtili [illegible] ut sieff et pulueres debent esse in ultimo puritatis et subtilitatis quod aput medicos alcohol dicitur quando oculus est membrum [illegible] panniculosum sensitiuum cum acuitate ultima quare si medicine grosse uel turbide fuerint non penetrabunt sed stabunt circa superficiem tunice cornee et coniunctiue ipsam ulcerabunt. In [illegible] pecca oculorum non competit uti calidis acutis nisi cum stipticis reprimantur ne forte humiditates scilicet cristallinam albugineam et vitream colliquent et tunicas [illegible] oculorum corrodant cum oculis et predominio constet aqueo ut probat

Arist. in libro de sensu et sensato propter quod accidit ut fu-
mus fulgur coitus allea piper oculis nocent omni
quamquam predicta dicit rasis in divisionibus et mesue in
suo de egritudinibus oculorum machmed canone primi quod si fuerit
effusio materie ad oculos per vias que sunt inter cra-
neum et cerebrum et ei curatio nisi fit in principio et materia pauca quod
contingit propter difficultatem penetrationis membrorum et si
quis curari potest aliquomodo curetur cum pulvere isto Recipe thucie
℥ x aloes corallorum litargiri gummi arabici cassie dragaganti
mastice ematites olibani ana ℥ ij antimonii ca-
noli ℥ iiij piperis longi ℥ ij fiat pulvis subtilissimus
ut alcohol et ponatur inter oculos est enim utile
in restringendo **Pronosticacio** lacrime si restringi
non possunt humores intrinsecos oculorum diminu-
unt primo deinde humores 3os qui sunt cristallinus vi-
treus et albugineus et tandem substantiam oculorum
consumunt et si fuerint acute vel salse corrosionem
vel fistulam inducunt et demum cecitatem completam
quapropter a principio succurratur Item lacrime accidunt ca-
tarrosum quod si fuit ex rene faciliter curatur si vero
per naturam et ex generatione difficile

Capitulum Tercium de debilitate visus

Debilitas visus appellatur cum homo sine
macula vel alia quavis manifesta o-
culorum passione diminute videt nec res
discernit ut oportet accidit senibus et decrepitis
per naturam similiter et quandoque iuvenibus propter aliquam
causam non naturalem ut puta propter mutationem organo-
rum visus secundum compositionem et complexionem hec et
namque mutatio accidit iuvenibus ex mala complexione
oculorum calida vel frigida humida vel sicca senibus
vero ex depascentia assidua humidi radicalis a
calore naturali quod cum aliqua causarum humidi vehemen-
ter confortatur facit ipsorum tunicas inspissari et
non humiditates cristallinas crudas augmentari quibus
spiritus visus visibiles obtinentur similiter et species
rerum visibilium prohibentur verum tamen hec causa
prependitur universitas mortis naturalis in omni animali quia
propter actionem continuam caloris naturalis in humidum radica-
le membrorum et propter cordis tandem exsiccatur corpus et con-
sumitur humidum et per consequens extinguitur calidum et
istam actionem vocant physici necessitatem nec cum impossibile sit
ipsam non reperiri omni tempore in rebus naturalibus quemadmodum
in materia prima que est ylem sufficit aut quandoque ex humiditate
et signa sunt quia multiplicatur post comestionem superflue-
tatem et propter post expergefactionem a sompno quare tunc
apparet coram oculis ipsorum quoddam ad modum aque
vel nebule et quod oculi emittunt lippitudinem indige-
stam et propter post sompnum sufficit et quandoque ex siccitate et
signa sunt quia fortificatur passio tempore famis et in
meridie sed post cibum et sompnum alleviatur et quod oculi
sicci apparent sicci et sentitur pruritus in eis sufficit
et quandoque ex ~~mala~~ malicia stomachi propter quod fit
lesio in oculo et signa sunt quod ista debilitas visi-
onis non est semper ymo est fortis sed semper cum est sode-
tas nauseativa propter vapores qui ascendentes et de-
scenduntur omni tempore famis sicut contingit ebriosis et bi-
bulis et citius sentit alleviationem ex medicinis mundifi-
cativis quod est ex stomacho et passione propria oculorum
vel cerebri **Methadus** Cura eius que est
ab humiditate est ut digeratur materia in capite cum sirupo
de sticados Cuius descriptio secundum Iohannem Mesue

est Recipe florum sticados arabici ℥ xxx ysopi alchasce ca-
lamenti silermontani origani ana ℥ x anisi seminis pucui
ana ℥ vij piperis longi spice cardamomi ana ℥ ij passula-
rum enucleatarum ℥ iiij zuccari libras coquantur cum cinamomo
calamo aromatico croco ℥ ij nucis muscate cubebe ana ℥ ii semis
et liga in panno raro et suspende in sirupo hoc decoctionis
et namque sirupus a proprietate respicit caput et digerit omnes ma-
terias flegmaticas in cerebro collectas quapropter est conferens rode
et catarro frigido vel digeratur cum melle rosarum colato
vel cum sirupo acetoso composito vel cum oximelle addendo in
decoctione cum humor fuerit sticados intermiscitata et alia
ducentia ad caput post eius vero purgetur cum pillulis cochijs
vel feciclis vel cum pillulis lucis minoribus vel maioribus
quia a proprietate purgant humiditates cerebri antiquas
et simul omnes acuunt et propter visum que sic fiunt secundum
Iohannem Mesue in suo antidotario Recipe xilobalsami opobal-
sami seminis ruthe sinadi mastice gariofilorum ana seminis apii ca-
ssie lignee croci macis ana ℥ i rosarum violarum absinthij cu-
bebarum calami aromatici nucis muscate carpobalsami
spice ana ℥ ij reubarbari boni mirabolanorum citrinorum agarici seme
libras ℥ iiij coloquintide litargiri lapidis lazuli loti ana ℥ i aloes
epatici ℥ v eufrasie celidonie ana ℥ vj confice cum succo
feniculi vel ruthe vel celidonie vel eufrasie vel cum vino al-
leas veteri et da a ℥ ij usque ad iiij et est descriptio aggregata
ex maioribus et minoribus qui modicum deinde inter se con-
gruum vel utiliter vel cum pillulis de agarico que sic fiunt
Recipe aloes ℥ ij collaquintide sticados cubebarum ana ℥ i mastice
rosarum ℥ ij cassie lignee cinamomi ana ℥ semis agarici ℥ iiij fiant
pillule cum succo ruthe quarum dosis est a ℥ i usque ad ℥ ij hec
enim pillule evacuant potenter flegma et omnem materiam visco-
sam grossam ab omni parte corporis et propter a capite et ideo
valent in epilencia appoplexia palisi soda frigida et
catarro Cibetur carnibus assis et alis siccis vitatur
sepe semine feniculi et in cibo et potu similiter et fiat electuarium
bibat ydromel vel vinum rubeum limphatum parump
cum aqua ~~decoctionis~~ seminis et quandoque cum aqua decoctio-
nis rute vel in qua posita sit ruta recipiat semel in
ebdomada ℥ semis tyriace bone veteris stomacho ieiuno cum
vino vel aqua decoctionis ruthe vel seminis feniculi est de melio-
ribus rebus in hoc casu excitetur precedenta et laboret in ie-
iunio modificet cibum et potum prout posse distillet in ocu-
los aquam basiliconis vel aquam celidonie vel eufrasie vel
bethonice vel aquam rute vel fel caprini vel fel galli
vel fasiani vel perdicis cum melle crudo purissimo vel
collirium de fellibus vel collirium alterum de thucia bonum et
expertum quod fit sic Recipe thucie ℥ semis calamin ℥ i favi
mellis id est mellis crudi sicut exprimitur a favo ℥ ij
gariofilorum ij nume teratur ut alcohol et incorporetur
cum vino albo veteri subtili quod si timueris corrosionem
et thucia ignatur super laminam ferream x vicibus vel
pluribus et totiens extinguatur in aqua rosarum vel planta-
ginis et idem observet de calamina sic namque lacri-
mas exsiccat penitus subtiliat et ultra consolidat perfecte
Cura eius que est propter siccitatem est impinguare corpus
prout cum piscibus recentibus bonis et iuribus carnium
bonarum conditis cum speciebus dulcibus scilicet cinamomo car-
damomo croco folio ytalana et zuccaro bibat vino clarum dulci
comedat ficus pisticos avellanas pinea amigdala fracta et
pisa ova sorbilia Caveat a rebus acutis ut est allium
et vinum purum vetus fumus ventus similiter et a coitu
et fatigatione oculorum plurima scribendo vel studendo sepe
balneetur in aqua dulci tepida post digestionem primam

ppt quod sudz (C) exp(er)ciatur oculi sepius in aqua f(ri)-
gida vel instillet(ur) in eos lac mulieris vel asine vel
oleum viol(arum) abluant(ur) et quoq(ue) cum aqua decoctionis viol(arum)
feniculi et malvavisci (C)ura eius que fit vitio stom(achi) e(st)
ut rectificetur stomachus digerendo h(umor)es mordicativos calidos cum
s(yrup)o ac(etosita)te vel h(umor)es frigidos cum oximelle composito p(ost)
illud ut purget cum mem(brum) ppt utraq(ue) causarum quas
diximus tacto de stomachi debilitate, vomitus h(oc) pul(vis) (con)fert
omni quaq(ue) (Recipe) aloes ℥ j mirre ʒ j mastic ʒ j terantur
omnia subtilissime et cribellentur et (con)ficiantur totum
simul cum zucaro vel melle vel alia re (con)ficiente cum
amaritudine (A)loes enim licet sit indelectabile ori erit pro-
ficuum maxime stomacho ut dicit G vij° de ingenio sa(nitatis)
(E)t ideo in eius administratione de lingua paciens caveat
et aloes inglutiat, (D)etur omni die in ieiuno electua(rium)
plisis dyagala dyaton pipion et bibat ℥ iii vel iiij
aque calide mitigatur cibis et potibus dictis supius in
debilitate visus ppt h(umi)ditatem vit(i) (U)tatur etiam colli-
riis et aquis dictis ibidem **Emperica** (M)edicamine
sublime ad debilitatem oculorum ex quacumq(ue) causa (Recipe) tucie
lb s(emis) extinguatur in urina pueri nondum polluti ʒ vii vi-
cibus et in aqua ros(arum) tribus vicibus coralli alborum et ru-
beorum ana ℥ iii extinguatur in aqua fen(iculi) duabus vicibus marga-
ritarum ℥ ii camphore sapphirorum spodii ana ℥ s(emis) musci ʒ s(emis) te-
rant(ur) omnia ut alcohol postea ponat(ur) in mortario et adda(tur)
aque fen(iculi) donec redeat ad spissitudinem pulmenti vel
mellis et postea suffumigetur cum ligno aloes et exsiccetur
iterum postea pulverizetur et per sindonem cribellent(ur) et de isto
pulvere ponatur in oculos omni mane et sero et similiter
lavet faciem ex eo cum aqua fen(iculi) collirium (C)onfert visum
(con)fortat h(umi)ditates curat maculas abstergit (S)unt
postea quidam excellentes in hac arte qui valde ap-
preciantur hoc collirium (Recipe) siler montani maiorane eufrasie
rute celidonie fen(iculi) ana ℥ iii ℈ spice nardi piperis lon(gi)
galang(e) tucie extincte in purissimo sucto fen(iculi) vel ma-
iorane aloes ana ℥ j fellis aquatole accipitris hirci in-
tolerit montana fel galli perdicis phasiani fellis lupi
fellis leporis fel bovis fellis ursi fellis vulpis vel vul-
turis vel capoli et omnium animalium predictorum de rapina dum
non sint sana et etatis perfecte non decrepita de quolibet
unum fel, balsami ℥ s(emis) mellis ros(arum) colati ℥ j pulverizanda
pulverizentur liquefienda liquefiant et conquassanda
conquassentur in ultimo sicut decet collirium et si est estas
insiccantur in sole calido per dies quadraginta quotidie
agitando atq(ue) commiscendo si vero fuerit yemps agitentur modo
consimili in vase duplicato vel ad ignem lentum vel subter
cineres et arenam calefactam (I)n fine vero colentur et (con)ficiuntur
in vase vitreo et oculis instilletur (E)st enim tante virtutis
quod etiam decepcionem facit legere litteras minutas (S)unt
aut(em) et alii qui magis appreciantur collirium de aquis
distillatum quod (Recipe) aque celidonie rute bethonice
eufrasie fen(iculi) memite capsoly vel suci eorum recentium
(et) novorum sicut (com)puti et suci maligiti accetos(itatis) mellis
dispumati vini purissimi lactis mulieris aque ros(arum)
fellis aquile vel vulturis omnium ana ℥ iii aloes tucie xiii
mirre mumie tuchie auri et argenti sarcocoll(e) ligni
amidi costi ros(arum) coralli al(borum) omnium xii ana ℥ ii ligni aloes
ambre musci camphore ana ℥ s(emis) balsami ℥ v (con)ficite
in vase vitreo vel argenteo ad solem vel super cineres
calidos, lavatur aut(em) oculi ante et post collirium cum aqua
ro(sarum) vel plantaginis in causa calida vel cum aqua
fen(iculi) vel sileris montani in frigida (E)st namq(ue) potens et

expertum apud omnem visus debilitatem ut astruit
Gilbertus (C)ollirium de balsamo visum recuperans etiam
si plurimo tempore sit ablatus salvo organo solo sic fit
per eundem (Recipe) piperis al(bi) ambre balsami fellis vul-
turis vel eius ana ʒ ij mellis acc(e)p(ti) optimi et
purissimi ℥ ij vini al(bi) veteris optimum unum camphore
croci ana ʒ j tere diligenter et adde succum fen(iculi) et sic
(con)ficite et inunge (S)unt aut(em) et alii solempnes qui vel-
de appreciantur hoc electuarium in causa frigida (Recipe) se-
min(is) fen(iculi) lb ij sileris montani lb j camedreos lb s(emis) se(minis) apii
petros(ilini) ana ℥ iii pulverizentur et (con)ficiatur cum melle
despumato, detur de ipso sero et mane, et multum valet
etiam ad purgandum renes et provocandum urinam (I)tem
ad idem electua(rium) (Recipe) se(minis) fen(iculi) ani ana lb j galang(e) mac(is)
nucis muscate ana ℥ j pulverizentur species grosso modo
sed semina remaneant integra, deinde addatur lb ij zucari
et detur ante cibum et post (I)tem ad idem electuarium optimum
sive debilitas visus fuerit vitio h(umi)ditatis in oculis
sive vitio stomachi, digestiva namq(ue) (con)fortat renes
mundificat lapidem frangit et vetositates terminat
dentur de ipso mane et sero ℥ ij (Recipe) mali lb j sileris
montani lb s(emis) camedreos ℥ iii radicum lingue bo-
vine lb s(emis) se(minis) apii fen(iculi) ana petros(ilini) cinamomi ℈ piperis
lon(gi) pulegii florum abrotani ysopi eufrasie ana ℥ j sa-
xifrage granorum iuniperi ana ℥ s(emis) (con)ficite cum melle
despumato quod sufficiat (I)tem ad idem collirium quod vocatur
abbas (Recipe) aloes optimi ℥ vi tucie ℥ vi camphore
℥ j et ʒ j vini optimi lb j fiat ex ipsis collirium (I)tem
electuarium ad visum subtiliandum etiam si quasi
perditus sit a causa frigida hoc cerebrum purgat caligi-
nem tollit stomachum frigidum (con)fortat renes mundat la-
pidem frangit appetitum provocat canicie tardat veto-
sitatem terminat viscosas materias incidit et omnium exp(er)-
tissimum e(st) (Recipe) leviscii aneos syno(n) id e(st) petros(ilinum) agre-
ste ana cardamomi se(minis) rute origani aneti celidonie
zeduarie carvi feniculi sileris montani cinni salvie
calamenti ter(re) bethonice piperis ysopi petros(ilini) spice ana
℥ ij ℈ ligni radicum capparis nucis muscate macis ana ℥ s(emis)
cinamomi cliti galang(e) mastic croci ana ℥ j pulegii
℥ s(emis) eufrasie ad pondus omnium terantur omnia et cribellent(ur)
et cum melle (con)ficiatur ita quod cum una lb mellis
ponatur ℥ iii pulveris predictarum rerum (I)tem sciendum axe sive
aurite sabor quod mix invistata multa cum melle sicut
fit ℈ hoc datum sumpta omni die in ieiuno apperta vi-
sus sanitatem custodit **Canon** dicit aut(em)
3° can(onis) ca° de debilitate visionis quod sucatio capitis
cum pectine in ieiuno e(st) valde utilis in (con)servatione visus
ppt evacuatio(n)em vaporis plurimi similiter et rasas leger(e)
litteras et minuta res vide(re) et ingere oculos apertos
in aqua tepida urgente ad frigidum (S)ed in ca° de con-
servatione visus dicit quod iacere super collum et supine
e(st) malum ppt fatigacionem nervorum obtic(orum) similiter
et iacere sepe super faciem e(st) malum ppt humoris inclina-
tionem ad partem capitis anteriorem **Pronosticacio**
Debilitas videndi et cecitas non desinit ri(m) magis et mag(is)
quam cum eadem a principio de cecitate et ppt cum vitio visus
sit debilitabilissima virtutum animalium (con)fert in nos quia
plures rerum differentias nobis ondit ut dicit (A)ris(toteles) pro methafi(sice)

Cap(itulu)m quartum de fistula lacri(malis)

F istula lacrimalis appellatur // **mali**
a physicis cum angulus lacrimalis oculi exsu-
dat et cum primitur digitto virus vel sanies

emanat, et quandoque apparet eminentia in loco extrinseco que multotiens apperitur et cum exprimitur currit sanies ad lacrimalem et tunc vere dicitur fistula, et aliquando non aperitur sed expirat per compressionem ad lacrimalem. Efficitur autem fistula ex materia sicca vel collecta descendente ad locum lacrimalem. Signa fistule sunt humor currens cum expressione a lacrimali et rubedo et largitas et eminentia apparens aliquando in parte exteriori et fetor oculorum.

Methodus Cura huius passionis est ut statim a principio digeratur materia cum oximelle, similiter et purgetur cum pillulis cochiis prout dictum est capitulo de fluxu lacrimarum. Post illud non fiat cauterium ventale cum acu obtusa argentea ignita premissa eius excavatione et abstersione cum aqua rute vel feniculi vel cum aqua mellis vel cum vino stiptico vel cum liquore mixto ex hiis fundendo in fistula hoc post hoc et exprimendo cum digito donec virus egrediatur ex ea, et cum hoc abstineat paciens a salsis acutis coleris flatuosis, et precipue a vino forti. Medicamine sicca nobile sic fit ℞ olei veteris vini veteris boni et eleti ana lb ij et s. litargiri pulverizati et cribellati ut alcohol lb j coquatur ista simul in caspla ad ignem per diem integrum donec nigrum et reluccens fiat, deinde fiat ex eo tente .i. figure ad modum acus que ponantur in fistulis, de proprietate enim eradicat et exsiccat et precipue sicut apta. Illud autem quod est valde utile quando sanies expirat solum a lacrimali et non est ulcus neque apertio in extrinseco est imponere pulverem alumi in lacrimali qui sic fit secundum Almansorem ℞ zimar id est viride eris sive flos eius quod idem est vitrioli adusti ana ʒ vi arsenicus baurach spume maris ana ʒ i salis armoniaci ʒ ij dissolvatur armoniacum in succo rute et incorporentur species cum illo succo ut fiant trocisti vel species et exsiccentur et cum necesse fuerit terantur super marmorem vel in mortario bene loto et mundato ut alcohol et ponatur in lacrimali et quidam addunt boli armeni bolaustie antimonii aloes sarcocolle aluminis seminis draconis thuris nucis arcis (?) aristologie rotunde ana ʒ i hoc sit magis consolidativum. Collirium probatum ad fistulam in lacrimali sive sit apta sive non sic fit ℞ equitie conte super marmorem gestione bene trita dissolvatur cum collirio albo posito in capitulo de obtalmia et post dissolutionem colentur cum panno lineo mundo et reponatur et de hoc liquore stillet omni die bis in lacrimali et iaceat super latus sanum, quia finaliter exsiccat fistulam et precipue non apertam.

Emperica Item si inungatur oculus infistulatus omni die mane et sero usque ad dies xxx vel xl cum oleo rosaceo fluenti sive fistula fuit non apta sive fuit apta mundificabitur a terra (?) et osse corrupto sanabitur, et specialiter cum vadit dormitum ponatur super oculum hoc emplastrum ut predictum et stipticum ℞ mumie boli armeni aloes equitie mastichis ana fiat ex omnibus pulvis subtilissimus qui incorporetur in modum emplastri cum vino rubeo stiptico.

Canon Fistula lacrimalis cum non sit aliud quam ulcus profundum sanniosum quemadmodum et fistula membrorum aliorum, ulcus autem sit eiusmodi apostematis ut non videtur ut dicta capitulo de obtalmia et capitulo de lacrimis presenti capitulo suffragentur.

Pronosticacio Fistula non curata facit corrosionem oculi minatur cum sudore vel cicatricum consumptione et similiter humiditatis cristalline colliquatione quibus succedere facit cecitatem perfectam que est fixa et amictio corporalium etc.

Incipit Tractatus quartus de passionibus aurium. Cuius est una sola Epistola

Aurium passiones famose et de quibus physicum sollicitari oportet sunt quatuor: prima est tinnitus, 2a surditas, 3a apostema sive dolor, 4ta ulcus. Cum autem dico aurem intelligo et meringas et pannulos eius qui sunt instrumenta virtuti auditive subservientes.

Capitulum primum de Tinnitu aurium

Tinnitus aurium tribus perficitur de causis: aut propter repletionem capitis scilicet aut pectoris et hoc est ut plurimum, aut propter debilitatem virtutis auditive ex raritate sue compositionis vel delicata complexionis sicut accidit qualescentibus aut propter acuitatem sensus auditus. Signa eius qui de repletione sunt quod accidit post sacietatem nauseativam et potum vini superfluum aut post sompnum illico super cibum aut post superfluitatem rerum vel tempore frigido humido. Signa eius qui ex debilitate virtutis sunt quod omnis sonus fortis ledit et non percipit nisi sonos bene dearticulatos et quod semper sentit sibilum in aure. Signa eius qui ex acuitate sensus sunt quod magis infestat hora famis quam post cibum et sompnum quando non sentitur.

Methodus Cura eius qui de repletione sive repletio ista sit in cerebro sive in stomacho est ut purgetur cum pillulis cochiis vel fetidis vel yerapigra premissa digestione materie cum sirupo de sticados posito in capitulo de debilitate visus, vel cum oximelle composito data vii diebus cum aqua decoctionis feniculi et sit aqua quadrupla ad oximel. Deinde stillet in aurem oleum de rutha vel de spica cum succo porri et felle bovino in quo dissoluta sit castoreum et euforbium, inclinet sepe aurem suam sto vento super aquam calidam decoctionis saturegie sambuce camomille mellilloti origani ysopi recipiendo vapores per traiectorium. Abstineat a cibo et potu vaporosis ut sunt brodia piperata allea porra et nuces et vinum purum. Abstineat a cibis ventosis ut sunt legumina et rape, et utatur cibis calidis siccis, bibat ydromel vel vinum limphatum, modificet cibum et potum prosse, laboret in ieiunio et fiat fricatio et sudet in balneo sicco.

Cura eius qui ex debilitate virtutis est ut distillet in aurem acetum in quo decoctum sit absinthium aut sticados vel polium, vel vinum in quo bulicit rosa et ruta, recipiat vaporem cum traiectorio aque decoctionis absinthii sticados et rose. Cura eius qui ex acuitate et subtilitate sensus est ut distilletur in aurem oleum rosaceum decoctum cum aceto et si non sufficiat stillet in eo oleum rosaceum in quo sit dissoluta ij vel tria grana opii aut aliquid de aqua decoctionis iusquiami aut oleum decoctum cum semine papaveris et mirtillorum utatur per intervallum pillulis confectis de mastice et aloe post cibum quoniam corpus mundificat et membra confortat utatur vino granatorum vel berberis, vel aqua decoctionis sumach et agresta in cibo et potu, et vitet vaporosa et ventosa queque.

Pronosticacio Tinnitus si perduraverit tempore longo neque remedia racionaliter exhibita contulerint surditatem pronunciat affuturam et precipue in senibus propter opilacionem nervorum et alteracionem miringarum auris ultimatam.

Capitulum secundum de surditate

Surditas quedam est naturalis et hec facit hominem mutum ut dicit Aristoteles in libro de sensu et sensato quae non curatur quia medicus est impotens. Quedam non est adventicia et accidentalis de cuius cura loquemur efficitur autem duabus de causis in genere vel propter

opilacionem auris vel propter malam complexionem diversa
Et opilacio est multiplex scilicet propter apostema propter carnem
ventosam propter sordem propter flegma et viscositatem propter
aliquid cadens in aurem ut est lapis vel vermis. Mala
autem complexio diversa est intrigans frigiditas
vel innata. Signa surditatis propter apostema dicentur
capitulo de dolore aurium ibi et curam ponemus. Signa
eius que fit propter carnem superadditam sunt eius aspectio
cum aspiciatur in aurem aput solem et quod eger sentit qua-
dam gravitatem in ea et quod fetor exspirat ab aure. Signa
eius que propter sordem collectam ex inspectione etiam discernuntur.
Signa eius que propter flegma et viscositatem grossam sunt
gravitas cum frigiditate et agitatio cum sonitu et
quod in nocte frigido tempore magis infestat. Signa eius que
a mala complexione frigida sunt frigiditas capitis
aput tactum et urina lactea et forte accessit ambula-
cio in aere frigido. Cura eius que fit a carne superaddi-
ta est ut corrodatur caro illa cum ungento viridi quod sic fit
Recipe aluminis zuccari florum eris mellis ana ℥ i terantur omnia
subtilissime et incorporentur omnia cum melle et cum eo
locus inungatur, vel mundificetur cum ungento quod sic
fit Recipe cartami ℥ s. calcis ℥ s. fiat ungentum in modum
mellis cum aqua cineris et intromittatur in aurem cum
coto vel tenta, postea consolidetur cum ungento apostolorum
quod dicetur capitulo de ulcere auris, aut si presto non sit aliud
cum ungento albo vel fusco usitato. Cura eius que
propter sordem est ut extrahatur cum instrumento ferreo vel argen-
teo habente latitudinem quandam cum curvitate et molli-
ficetur primo cum oleo communi vel camomille calido ut extrahi
possit deinde mundificetur cum coto vel tenta. Cura eius que
propter flegma et viscositatem et hec est illa que sepius contin-
git sunt digeratur materia cum oximelle composito et aqua decoctionis
radicis feniculi et sit aque decoctionis tercia ad sirupum, postea
purgetur cum pillulis cochie vel fetidis vel ierapigra
post purgacionem ponatur in aurem oleum camomille vel nar-
dinum in quo sit aliquid euforbii, recipiat vaporem per tra-
iectorium in aurem aque decoctionis calamenti salvie
sinapis aristologie centauree et similium, et ungantur
aures et totum caput fortiter cum oleo eodem, post purga-
cionem et suffumigacionem et unctionem sumat de quarto
in quartum diem sero cum iverit dormitum et non tenet
de electuario anacardino dicto capitulo de apoplexia vel
dyacilonpipion, et post illud bibat aliquid boni vini
calidi et fiant omnia dicta capitulo de tinnitu. Cura
eius que fit a frigiditate complexionis est ponere in aurem
et circa aurem oleum camomille vel nardinum vel de costo
actu calidum et purgare corpus cum pillulis cochie
si sit ibi materia, utatur omni die mane et sero dyaplirisdi-
zinziber vel dyacilonpipion et post illud bibat aliquid
aque calide. Cura eius que fit a lapide vel aqua vel
alia re cadente in aurem est ut fiat suctio fortis cum ca-
nella missa in aurem vel raporacio predicta ad quam
sequatur suctio vehemens cum spiritu vel ventosa. Ex rebus
vehementer attrahentibus est ungentum fuscum cum quo liniatur
ex eo stuellum bombacinum et calidum gestatur in aure,
simili modo et emplastrum apticon et pix et colofonia vel
tanto inducatur sternutacio fortis cum clausione et egredietur
si deus voluerit, vel inclinetur aurem super vaporem illius aque
et saltet et sternutet obturando nares, vel ponatur ad so-
lem et aspiciatur si extrahi possit cum ferro. Cura eius
que propter vermes quos facit ex motu titillacionis in aure
est ut distilletur in aurem hora post horam oleum tepidum plenum

vel vinum et stringet cum compressione et retineat os et nares
ut spiritus feratur ad aures cum impetu. Et quandoque apponitur
ventosa in aures vel radius cum bombice aut lana et
abstergantur vermes vivi et mortui quia si post mortem
remanent putrescent et aurem corrumperent. Educuntur
autem facilius si primo intoxicantur cum fellibus animalium
et euforbio distillatis in aurem cum aceto aut succo
absinthii et sit totum actu calidum cum infunditur quia
quando penetrabit et inficiet omne vivum. Idem operatur succus
rute vel sticados vel centauree aut foliorum persicorum.
Item aliud Recipe aloes ℥ s. colloquintide agarici ana ℥ i pe-
verizentur et misceantur cum aqua fuente et distille-
tur in aurem. Item talis urina et fel sulfur vivum incorpore-
tur cum melle vel aceto sunt probata. Empeu-
ca. Ad surditatem que fit propter flegma et viscosi-
tatem utile est istud Recipe bacarum lauri ℥ s. terantur
et bulliantur et misceantur cum oleo de liliis et ponatur
in aurem et circa actu calidum. Item crotasia ad idem Jo-
hannes Mesue aucte hapios Recipe elebori albi ℥ ii croci ℥ iii ni-
tri ℥ viii conficiantur cum aceto, et cum uti volueris dis-
solve in aceto et distilla in aurem per se vel cum liniamento
et quidam addunt castorei piretri euforbii ana ℥ s.
Item ad idem Recipe colloquintide elebori albi ana ℥ ii castorei
aristologie rotunde succi absinthii ana ℥ i cantarides euforbii
ana ℈ unum costi ℥ s. fiat species i. crotasia cum felle vac-
cino et distillentur in aurem cum oleo rute vel de amig-
dalis amaris post evaporacionem predictam vel cum vino
potenti. Confert preterea oleum balsami calidum auribus
instillatum frequenter. Similiter et cauterium post aures per-
fundatum usque ad cerebrum. Item dicit quod pulex vel cimex
si aurem intraverit ponatur pilus vel filum serici duplica-
tum et applicabitur ei et extrahetur sine difficultate.
Item ad surditatem accidentalem quantumcumque Recipe ova for-
micarum et conterantur et succus qui egreditur stille-
tur in aurem et obturetur postea cum coto vel lana et dimittatur
per tres horas et reiteretur quia a proprietate confortat
virtutem auditivam et organa eius. Pronostica-
cio. Surditas superveniens in febre continua et propter dolorem colli
et in die cretica precedentibus signis digestionis et vir-
tute constante fit crisim bonam per fluxum sanguinis na-
rium. Si autem cum malis signis fuerit mortale. Unde est
particula amphorismorum, quibuscumque in febre aures sur-
descunt sanguinis narium etc. Item surditas facta propter
vetustatem raro curatur. Item surditas antiqua non recipit
curacionem. Item si vermis aurem intraverit neque extrahi
possit mortale est quia si vivus sit cerebrum corrodet, si vero
mortuus putrefaciet et corrumpet. Capitulum

Tercium de dolore auris et apostemate eius

Dolor auris aut fit a cau-
sa antecedente et intrinseca, aut fit a causa
primitiva extrinseca. Si fiat a causa antecedente
hoc est aliquo quatuor modorum, primus est repletio san-
guinis in loco extendens nervos auris. Secundus est effu-
sio colere vel materie acute ad locum, nam frigiditas non
causat dolorem omnino vel paucum, ut dicit Avicenna secundo
canonis fen 3a capitulo de causis doloris. Tercius est apostema
auris calidum aut frigidum. Quartus vero ventositas grossa
inflans poros et intrigans auris. Quintus est ulcus recens
vel antiquum in aure post apertionem apostematis saniosi vel
propter quodlibet apostema. Si vero fiat a causa primitiva
hoc est aliquo duorum modorum, primus est casu vel percussione
secundus vero a frigiditate et vento aeris nos continentis

Signa eius qui a repletione sanguinis sunt rubedo faciei cum grauitate frontis et vene eius reuoluunt se super faciem et pulsatio tymporum cum inflatione venarum et saliua dulcis. Signa eius qui a materia acuta sunt dolor acutus citrinitas faciei amaritudo oris vomitiuus. Signa eius qui ab apostemate sunt quia si apostema fuit calidum sequitur febris acuta et dolor acutus pulsatiuus et sitis et vigilie. Si autem materia sit frigida erit febris lenta et dolor cum grauedine capitis et ymaginatione corrupta. Signa eius qui a ventositate sunt extensio tymporum et multitudo sonitus et motionis cum leuitate capitis. Signa eius qui accidit post vlcus in aure sunt quando assidue vel prodite egreditur liquor vel sanguis absque febre sed cum plurima lateris grauitate. Signa eius qui a casu percussione ut vento frigido patent ex relatione pacientis.

Alchadus. Cura eius qui fit a repletione sanguinis est ut primo fiat flebotomia cephalice in manu aut brachio aut in fronte, vel ventosetur in spatulis, post flebotomiam mundificetur corpus cum decoctione mane tamarindorum et prunorum dicta capitulo de obtalmia calida. Inde aurem stille et cetera oleum tepidum mixtum cum aceto et semine iusquiami, vitet cibos et potus multiplicantes sanguinem ut sunt carnes et vinum, bibat aquam vel julep vel ydromel usque ad cessationem doloris et resolutionem materie prestatam. Emplastrum preterea ad hoc conueniens sic fit: Recipe florum camomille, semen aneti, farine fenugreci, seminis lini in aqua bulliantur usque ad spissitudinem et in fine addantur ʒ ij vel iij olei de aneto vel de camomilla. Cura autem ponatur oleum de aneto calidum in quo sit unum granum opii et duo iusquiami si dolor sit immensus. Cura eius qui fit a materia acuta ut purgetur cum cassia decoctione vel cum decoctione reubarbari, post flebotomiam cephalice prius quam (?) ponatur oleum rosarum calidum in aurem ita ut impleatur vel lac mulieris conquassatum cum albuginibus ouorum. Cibetur farre ordei cocto cucurbitis et similibus, bibat aquam vel julep. In aliis fiat ut supra. Cura eius qui fit ab apostemate calido ut statim fiat flebotomia si dolor non cessauit, vel fiat ventosatio in spatulis et collo. Purgetur cum decoctione manne et tamarindorum dicta capitulo de obtalmia, sepe stilletur in aurem oleum rosarum tepidum mixtum cum aceto in quo unum granum opii et duo grana iusquiami et si granum semen apii sint dissoluta et cetera aurem similiter. Quod si dolor cessauit et fluxus reperitur cessante autem dolore et post quam transierit 3a dies ponatur emplastrum resolutiuum super aurem: Recipe radices maluauisci numero xij coctarum et mundatarum a ligno interiori et cortice exteriori incisarum frustatim et pistatarum postea et incorporentur cum farina fenugreci fabarum ordei seminis lini seminis aneti florum camomille et butiro quod sufficit, dieta sit ut supra. Cura eius qui fit ab apostemate frigido est ut primo purgetur cum pillulis cochiis, et si corpus sit plectoricum fiat prius flebotomia cephalice gratia quantitatis non gratia qualitatis. Intra aurem ponatur oleum nardinum calidum, super aurem et cetera ponatur emplastrum calidum quod sic fit: Recipe capita allei numero iiij ceparum numero iiij coquantur postea in igne et prunis et pistentur postquam bene mundata sint et incorporentur cum quatuor vitellis ouorum ʒ ʒ (?) butiri vel axungie porcine. Bibat ydromel, comedat carnes edorum et pullorum. Cura eius qui fit a materia ventosa grossa est ut in aurem stilletur oleum de ruta vel aneto calidum in quo dissolutum sit castoreum aut euforbium ut supra. Cura autem ponatur sacculus de sale et milio mixtis et calefactis super lapide ignito aut de furfure et sale in modico. Fiat cibum et potum proposse et laboret in vendo (?), bibat vinum vetus clarum lymphatum, vitet olera et legumina. Vtatur dyapliris (?) arcoticon et aurea alexandrina. Cura eius qui fit in vlcere suo dicetur capitulo. Unum conueniens est ut stillet in aurem aqua decoctionis absinthii mirtillorum actu calidum vel actu in quo bulita sunt interiora granatorum vel lentis et bolus armenicus, quia omnia illa exsiccant vlcera et stringunt fluxum, si autem humiditas vel sanies coagulatus sit in aure distilletur in eo succus rute mixtus cum aceto aut succus porri aut dissoluatur mel et sarcocolla in aqua que dum est calida distilletur in aurem, quoniam est abstersiua et dissolutiua.

Nam hic ordo sapiens est in cura vlceris ut primo post eius mundificationem curetur ut est aqua mellis cum vino vel aceto mixta et vltra infusa quod post quoniam cum cannella, 2o abstersio cum radio inuoluto coto vel lana, 3o incarnatio cum eis que diximus capitulo de fistula lacrimali et que dicemus capitulo de vlcere in aure. Sciendum preterea quod in actu prouacacio (?) cautiua post aures et post purgationem semper in istis casibus est sublime. Cura eius qui fit a casu vel percussione est ut statim fiat flebotomia cephalice vel ventosatio in collo et spatulis, et vngatur auris intus et extra cum oleo rosarum in quo fiat granum opii, super aurem ponatur emplastrum repercussiuum factum ex rosarum mirtillorum farina ordei coctis et bulitis simul, vel ponatur puluis thuris minuti mixto cum lacte intra aurem similiter et super si dolor extiterit. Amplius abstineat a carnibus et vino usque ad cessationem doloris et senitatem (?) apostematis, bibat aquam prunorum et granatorum, comedat sepe farrem auene vel ordeum. Cura eius qui fit a vento vel aere frigido est ut capoctetur locus cum milio calefacto aut cum ruta et furfuribus mixtis et imbibitis cum vino et calefactis vel cum panno calido, et distilletur in aurem oleum de spica vel de ruta vel de costo calidum.

Canon. Sciatis quod medicamina opiata et stupefactiua valent ad omnem dolorem auris siue sit a causa calida siue frigida et propter cum fuit vetereatus, quia sensationem remouet que ponitur in diffinitione doloris cum dolor est sit grauium impressione sentire ut dicit Auicenna primo canonis fen 2a capitulo de causa doloris, sed in causa frigida non debent sic continere neque adeo audacter administrari velut in causa calida quia additur frigiditas frigiditati et prohibetur materia resolui et fiet fortasse spiritualium mortificatio ut dicit xij de ingenio sanitatis.

Pronosticacio. Dicit Auicenna 3 colliget quod dolores maximi sunt dolor articulorum dolor dentium dolor aurium et dolor vlcerum, quare illico est ei succurrendum cum dolor sit de maximis pertinentibus. Accidit ut dicit loco preallegato iacerem in dolore auris vehementi sudor frigidus aut sincopis aut alienatio, sequentis molestie.

Capitulum quadragesimum de vlcere auris

Vlcus auris est solutio continui saniosa frigida in aure ex qua continue vel prodite fluit virus aut sanies vel sit aliquando cum motu aut propter cruentationem apostematis quod apertum est aut propter materiam acutam vel salsam corrodentem aut propter casum et percussionem. Signa vlceris sunt dolor continuus in aure cum acuitate vel grauedine et quod sanies egreditur cum fetore et si fit propter apostema fuit velociter est cum febre continua acuta si a materia acuta est sine febre si a casu vel percussione paciens refert.

Alchadus. Cura eius quod

est propter apostema uel propter maiorem acuitatem est ut si ulcus sit
recedens ponatur cum tenta aliquid de oleo rosarum mixto
cum vngento albo usitato, uel cum vngento albo quod sic fit
Rp olei rosarum ℥ iiii cere ℥ s cerusse ℥ i fiat vngentum
in quo in fine ponantur duo albugines ouorum, purgetur
caput a principio cum pillulis cochijs uel ierapigra, bibat
vinum album debile lymphatum Si autem ulcus fuit antiquum
abstergatur primo sanies cum oximelle uel oximelle
squillitico uel cum urina pueri mixta cum melle uel cum
vino et melle mixtis cum modico florum eius iniciendo
ex eis quod post horam per syringam Deinde consolidetur cum
medicamine quod sic fit Rp aloes sandaraze spume
maris uste mirre sarcocolle sanguinis draconis thuris olibani
ana ℥ ii terantur subtilissime deinde inuoluatur licinium
in melle et picea in isto puluere et sic mittatur in aurem
hoc namque mundificat ulcera antiqua exiccat et finaliter ea con-
solidat Si uero ulcus fuit infirmo dissoluatur iste puluis cum
aqua mellis et instilletur Confert etiam ulceri antiquo
ut infundatur scoria ferri in aceto mense vno vel plu-
ribus postea coletur et distilletur in aurem Cura eius si
est a casu uel percussione est ut statim fiat flobotomia cephalice
in parte contraria uel uentosatio in collo et spatulis super
aurem et circa ponatur emplastrum repercussiuum et confor-
tatiuum boli et bolo armeni puluerizatis et incorporatis
cum oleo rosarum uel aqua rosarum, abstineat a vino et a carni-
bus usque ad quartum diem donec securus sit ab apostemate Deinde
post ponatur emplastrum emolliens dictum capitulo precedenti **Experimentum**
In cura ulceris in aure primo in cura ueterum ulcerum uel
uulnerum saniosorum experimentum est et approbatum vngentum apostolorum
sine sit recens sine corrosiuum quia mundificat omne ulcus
et rectificat fistulas et scrofulas prauas cum facilitate
ut est ei aliquid simile et mundificat uulnera et carnem
mortuam et post consolidat, cuius descriptio est talis Rp cere
albe resine ana ℥ xiiii opopanacis floris eris ana ℥ ii armo-
niaci ℥ iiii aristologie longe thuris masculi ana ℥ vi mirre
galbani ana ℥ iiii bdellij ℥ vi litargiri ℥ i lb olei lb ii
infundatur bdellium in aceto vini per noctem postea statim massa
fiat et dissoluantur omnes gummae cum bdellio et oleo et
cera adiungantur et cum dissoluta fuerint postea coletur et ad-
dantur pulueres eis et agitetur cum spatula continue donec
infrigidatum fuit postea tunc reponatur, Et dicitur vnge-
ntum apostolorum quia est xii medicinarum quemadmodum xii
sunt apostoli et dicuntur a quibusdam vngentum veneris **Canon**
Scias quod nullus fluxus humoralis uel eius saniosus est
subito restringendus ymmo gradatim donec medicus experiatur
an sit naturalis uel sinthomaticus Vigilia Si namque liquor uel sa-
nies effluxerit ab aure prodit cum alleuiatione capitis
restringi non debet quia expurgatio est naturalis ymmo prouocetur
cum infusione fellis et aceti calidi si restringatur, postea uero
purgetur caput et ducatur fumus ad nares uel ad collatorium
palati cum masticatione piretri uel piperis, et ulceri
apponantur vngenta et emplastra confortatiua stiptica
donec locus postea securetur **Pronosticacio** Ulcus
auris nisi rectificatum fuit corrosionem auris et mirigam
eius minatur Deinde fistulam mala parit et fetidam et
demum surditatem propter organorum corruptionem et uiarum oppi-
lationem, Dicit preterea Rasis in diuisionibus capitulo de dolore
in aure quod quicumque egreditur sanies aut liquor aquosus ex
aure non propter passionem aut apostema aut ulcus, sed preterea
quod natura expellit ipsum per orificia venarum assidue uel periodi-
ce et cerebrum mundificat quemadmodum per fluxum sanguinis
narium sputum quare in talibus nullatenus restringatur nisi
superfluxerit et est cum talis sanguis coagulatur et opilat
et auditum prohibet, cui succurrendum erit sine mora postea
cum calidis incisiuis post quod cum ceperit absque sinus fuit
iam doctrina similiter et talis de dolore in aure ne forte ma-
neat uel putrescat et faciat egritudinem tinnitum et mordicationem etc.

Incipit tractatus quintus de pas-
sionibus nasi cuius sunt tria capitula

Nasi passiones famose sunt tres prima est
fluxus sanguinis secunda fetor sub qua com-
prehenditur apostema et ulcus Tercia destructio odorandi
de coriza uero dicemus capitulo de cathararo etc.

Capitulum primum de fluxu sanguinis narium

Fluxus sanguinis narium quamquam per dictam morbum quamquam
accidens licet eciam sit semper accidens cum sit
de genere exitus a corpore immoti. ut dicitur tracto de
accidente, dicitur quidem morbus cum est sine se, dicatur
autem accidens cum sit in se uel secunda propter pulsatiua,
fluxus sanguinis narium cum est morbus uel fit
ab acuitate sanguinis ut a multitudine sanguinis uel a casu
uel percussione Si sit propter acuitatem sanguinis significat
ipsum claritas et subtilitas sanguinis et debilitas
virtutis ex ipsa pluuma et quia paulatim stillat et ca-
put sentit calidum Si uero sit a multitudine sentit rubedo
faciei ipsum repletione corporis et quia fuit multum
et subito quod etiam quamquam sequitur sincopis et antecessio
ciborum pinguem generantium et abstinencia superflua a
flobotomia et coitu post plenitudinem et antecessio doloris capitis
vehementis Et utrum duorum fluxuum uel est ex arteria,
uel ex vena quorum hec distinctiua sunt, quia sanguis
arterialis egreditur motu tortuoso et est subtilis rub-
eus valde et ad eius exitum sequitur sincopis magis subi-
to et difficulter restringitur sed et conferunt in eo magis
posita super cor magis quam posita super epar In sanguine al-
venali contrarium est Si uero sit a casu uel percussione ex
re ipsa fiet manifestum fluxus sanguinis cum est accidens
consequens febrem acutam uel non acutam, uel est bonus et naturalis
uel est malus et sinthomaticus Si sit naturalis et creticus,
sentit quis ipsum quia fit in die cretica et copiose et
quem precessit fluxus prius in die indicatiua et quia
fit post signa digestionis complete et antecessit dolor frontis
et grauitudo carnosa aut colica et vrina subruffa et
rubea uel intense citrina et ante oculos apparuerunt y-
maginaciones uel rubee uel ignee, et signum certissimum
est cum post ipsum sequitur alleuiacio egri Si uero sit sin-
thomaticus totum erit econtrario **Methodus** Cura eius
qui fit ex acuitate sanguinis est ut aspergatur facies cum aqua
rosarum frigida et ponatur totum inuolutum in aceto
mixto cum albugine oui inter nares, et ligentur extrema
et testiculi virorum et mamille mulierum et ponantur
ventose sicce super epar et splenem et si non sufficiat po-
natur inter nasum et super puluis boli armeni mixtus cum
tela aranee et albugine oui, super spatulas et su-
mine ventris ponatur ventose sicce et emplastrum pa-
ni infusi in aceto infrigidato in rime super epar te-
sticulos et extrema Detur cibus stipticus ingrossa-
tibus et infrigidantibus sanguinem, bibat aqua frigidum
uel vinum berberis uel granatorum Et si adhuc restringi non
potest et precipue cum fluxus est arterialis ponatur inter nasum
et super fronte et tempora camphora ypocisdos,
thuris sanguinis draconis acacie ana ℥ s incorporatis cum al-
bugine oui et succo solatri et tela aranea et uolati-
ca molendini ita ut fiat sicut mel turrebus et cum

licinio imponat et totu caput embrocet cu aq frigida uel cu aqua ros in qua dissoluta sit campfora et psilliu. Cura eius qui fit ex vel multie san et ideo ut plurimu venalis ut fiat illico flebotomia de basilica cum sit latus et extra sanguis plurimus fe u sopz ad sincopim uel saltim fiat flebotomia basilice in manu dextre si uirtus sit debilis. Deinde ponantur ventose sup epar et splene. In aliis fiat sicut prius. Cura eius qui fit ex casu uel percussione e pone int nasu et sup pulueres stipticum ex bolo ar ut dictu e, et si fuer fit de apertione nasi uel faciei fiat flebotomia statim basilice uel cephalice in parte lesa. Cura eius qui fit in febre uel sodo e ut si fluxus sit naturalis et acutus no restringat ymo prouocetur cu setis porcinis positis int nares nisi sup fluxit et uirtutem deiecerit tu restringat cu epithimatibus et embrocis et ventosis et ligationibus iam dictis

Empirica

Stercus asini siccu aut recens naribus inflatu confert, ul testa oui combusta uel pili leporis triti uel combusti. Similiter stercus porcinu siccu ul thus uel san dra aut terra sigilla uel filtrum combustu uel cambex adustus uel galle seu glandes aduste. Similiter et lasua pergamenu puluerizata incorporata cu albumine oui confert et pannus lineus infusus in aq frigida et inuolutus circa gulam confert et gipsum uel cinis papiri confert combusta et emplm ex gipso et aq ro positu sup frontem et tympora confert

Canon Fluxus san narium fit ex ruptura natiue uel vene in fronte infra cerebru uel in radice nasi et iste no curatur ut dicitur. Hapio Rasi. Aliter fluxus predca omnibus quinq modis tollitur a parte qm. cu euacuationibus diuisionibus repercussionibus stipticatibus nectiuo et san ingrossatiuis et dietam

Pronosticacio Cum san quiescit a naribus in febre continua no exit in die critica nec post signa digestionis et exit paulatim et diminute et e niger morte Item san niger etia si exierit in die critica no e bonus Item si in die indicatiua vel etia superuenit in febre continua fluxus sanguinis narium paruus aut diminutus fit crisim in vii per fluxum eiusdem et tunc si corpus sit sanguineu ul colericum et an oculos appareat ymagines cum supradicte. Quapropter hoc modo fiat indicandum in vii quia si fluxus cum superuenit copiosus et cu virtute forti salute indicat si uo diminutus et et paruus et cu uirtute debili et signis digestionis diminute mortem indicatur eadem die quia fit quia na attemptabat pugnare cum morbu in die indicatiua quod perficere non potuit in die critica Item dicit ypo etiam particula amphorismorum quibuscumq in febre san. fluit multo vndecumq hiis in resumptionibus ventris humectantur vel incurrit lienteriam cum conualescere Item in eadem particula quibuscumq in febre aures surdescunt san ex naribus fluens aut venter turbatus soluit egritudinem Item vii particula in sanguinis fluxu per nares ul per os uel per emorroidas ul per vomitum ul per dissenteriam desipientia aut spasmus malum Item in tal. parti mulieri menstruis deficientibus sanguine fluere naribus bonum est siue per se uel per artem et in plurima quantitate.

Capitulum secundum de fetore narium

Fetor narium quandoque fit vicio stomachi transmittentis fumos et vapores fetidos ad os et nares eleuatos a materia maracida corrupta in stomacho contenta. Quandoque fit vicio nasi et proprium pinguiarum, quod e duplicat quia uel fit vicio humoris corrupti putridi in radice nasi collecti, ul fit vicio vlceris narium uel emorroidarum nasi uel polippi uel cancri in cartilagine nasi. Est aut emorroidis nasi tu in naribus caro mollis ex flate oritur ex qua humores fetidi stillant. Est uo polippus caro in naribus caro compacta oritur ex flate et melancolia per viam assationis et putrefactionis propter quod nasus accipit duriciem et fetorem et illa caro que sic dicitur quia capit grossam stipitem et subtilem. Cancer tamen nasi e apostema durum calidum ex materia per viam adustionis delegata per venas et arterias a cerebro generatum et in carne consistens duram et infiltratam in substantia nasi et e habens radicem venas plurimas nigras repletas sanguine intito. Et quidem signa completa cancri in quocumque membro accidit scribemus capitulo de apostemate in inferiore similiter et curam qualiter est possibile per artem. Signa eius qui fit vicio stomachi sunt quia fetor minoratur post cibum ymo cu sentitur fetor mixtus cu odore cibi et si nares in ieiuno constringantur ita ut anhelitus egreditur per os sentitur fetor ab ore vehementer. Signa eius qui fit vicio materie existente in venis nasi uel in partibus propinquis sunt opilato nasi et quia fetor sentitur equaliter ante cibum et post et quia post non egreditur fetor cum nares stringuntur. Signa eius qui fit vicio vlceris in naso ul emorroidis uel polippo uel cancro patet ex intuitu intra nares patientis

Medicacio Cura eius qui fit vicio stomachi e ut digeratur materia frigida adusta uel salsa. Similiter et colica cum sir. de mellilotis qui sic fit ℞ scolopendrie politrici adianti capilli ve. fu tre pollipodii ticorie ana m. j seme epithimi ana ʒ j cuscute ʒ j mellilotis viridis ʒ j et si uel succi eius ʒ iii prunorum citrorum nuo xxx. pistentur omnia preter pruna et buliat in lb iiij aqua uel plus donec medietas consumatur post ea coletur et in collatura addatur tm de succo quantum est de colatura et itm reducatur ad ignem et syropisetur Hic sirupus de proprietate sue compositionis digerit omnem materiam adustam salsam et acutam et ad purgatorem parat et ipsum educit paulatiue quaque die, quapropter est conferens pruriginosis omni quaque dentur ex eo in aurora ʒ ii cu triplo eius uel quadruplo aque decoctionis prunorum citrorum uel viridium usque ad dies x Et post ea purgetur cu benedicta laxatiua ul pa. pur. ul cu decoctione que sic fit ℞ tamarindorum mane ana ʒ j et s. dissoluatur ista cum aqua decoctionis prunorum siue epithimi et polipodii et sint aque ʒ iiij ul v quia educit humores adustos cu facilitate. Fiat etiam vomitus qui sic fit ℞ modicum raphani aceti maris siue ftin ʒ j s. aneti atriplicis sinapis ceparum ana ʒ j ebuli al ʒ j pistentur et buliat in lb j aque donec medietas consumatur colet et in colatura addantur ʒ iiij oximell compositi. Modus aut administrandi et ad quodcumq sit iste prim oz ut primo repleat stomachus ex piscibus salitis uel siccis conditis cu sinapi et radice raphani acuti uel cepe et porris crudis, similiter et pastinacis et pisis et ciceribus et similibus et quiescat sic per vnam horam ut cibus parte cu flate misceatur Post illud uo sumat predictum vomitiuum totu simul et quiescat per quartam partem vnius hore. Deinde moueat et agitetur vehementer ut totus cibus et materia conquassentur. Deinde ponat uentre suum sup ceruical ul lignum et fortiter

ipm comprimat et excitetur vomitus cum digitis vel penna
inuncta oleo missa in profundum gule donec ysophagus sub-
gerat, post vomitum autem gargarizet dyamoron vel vinum
granatorum vel citoniorum vel berberis vel vinum rub ponat
ut stomachus et meri confortentur, et abstineat post illud
a cibo per reliquum diem, et tunc sumat cibum sicut pulle cum qu-
titatis sicut est milium fractum panicum zisum cum caro assa et
similia, et bibat vinum optimum in parva tamen quantitate ne flu-
ctuet omnino fiat iste vomitus duobus diebus continue sese
sequentibus ut reliquie prime dicte superfluitate educantur Et si fit
iste vomitus omni mense semel melius confert in corpo-
ribus autem debilibus non debet poni cibus, alia vero omnia ponat
et est levior et nobilior inferiorum in evacuatione omnium humidi-
tatum in stomacho contentarum, Verum tamen sciendum quod omnis vo-
mitus est timorosus in habentibus pectus strictum vel caput et
oculos debiles propter quod non debet dari patientibus scotomiam
seu vel saniem vel habentibus oculos eminentes, vel tene-
brosos vel lacrimosos, quia inde diverteret sursum conse-
tudo neque difficillime vomentibus ne debiles vene rum-
pantur in pectore sive pulmone et sequatur ptisis, sed pur-
gentur talia corpora per deorsum In causa vero solita reple-
atur stomachus cibis sed oleta stomachus ampliore aneto
et pisibus et inde vomitum fiat ex aqua decoctionis
rapharum se amplius cum syrupo acetoso vel cum oxizaccara
In eadem fiunt prius Abstineat patiens a cibis genera-
tibus sanguinem humores adustos et utatur dicta dieta
talo de inlia post remedia igitur vilia fiant localia pro-
pinqua quae sugat omni die bis per nares vinum de-
coctionis maiorane sive aut dissolvitur ʒ s. tiace bone
in vino odorifero quod etiam per nares Aliud ad idem
potentius Recipe aloes ʒ iii mirre croci masticis xilobalsa-
mi alias xiloaloes galliae ana ʒ ii fiant pille cum
vino odorifero quarum transglutiatur ʒ s. in nocte et die
in aurora quoniam putrefactioni humorum in stomacho et intestinis
et venis potenter resistunt et eos educunt cum levitate
et odorem oris bonum faciunt quapropter conferunt plurimum in
febre epidimali et aere pestilenti si recipiatur omni die ii
vel ʒ s. transglutiatur in recto os aut ut aloe x viabe
vel pluribus abluatur in aqua dulci donec prius ipsius acu-
te resolvantur et propter cum amaritudo tunc neque soluto
quitur sed sola superficies aromatizans et modo confirm-
li dicendum est de mirra Cura eius qui fit propter ulcus in
naso vel polipum sive cancrum manuali attractione operatori
verum si tibi studium in hoc sapuit ad cassum surdus et
ad eam veteris in auc flat recurrendo ubi plene do-
cuimus artem ulcera et super excrescentias mundificandi
et cum zipticis et consolidandi, post hoc cum incarnativis, simi-
liter et talo de fissura labiorum oris Cura vero eius qui fit
vitio humoris putridi contenti in radice nasi sicut co-
tingit habentibus nasum simum et quorum collatoria sunt ex
natura stricta opilata ita ut libere non possint expurgari
per os neque per nares cerevisiamis per noctem collectus est ut
fiat localia omnia nunc dicta, et provocetur sternutatio cum
condisi piretro vel euforbio vel pipere atrahendo pulverem istorum
per nares omni die vehementer in recto quoniam confert
educendo materias retentas **Emperica** Ad omnem
fetorem oris vel nasi confert tenere in ore et per nares
tractare vinum melius quod reperiri possit in quo decocta
sint nux muscata macis cinamomum calamus aromaticus costus
et similia et similia propter vinum calidum in quo
galia muscata sunt dissoluta **Pronosticatio**
fetor nasi propter cancrum ciclus non recipit nisi blanditiva

Item fetor et putredine humorum in stomacho et pul-
mone si fuit per duos annos antiquatus raro curatur in blandiuc

Capitulum tercium de actione lesa in odore

Actio lesa virtutis odorative est triplex,
Una quidem ablata cum nichil percipitur ex o-
doribus bonis neque malis, 2a diminuta cum
non percipitur nisi ex odoribus fortibus acutis, 3a
corrupta cum percipiuntur odores alienorum odorabilium vel
nullo odorabili presente fit autem a mala complexione cerebri
calida vel frigida vel umata et propter in parte eius, aut
propter opilationem narium et collatoriorum quod est in pallato
ex materia flectica ventosa aut propter casum vel passionem
inducentem tortuositate in ossibus et colatoriis nasi
Methadus Signa eius propter malam comp-
lexionem calidam sunt siccitas narium cum ardore et quod non
sentiat odores calidos sed frigidos Et cura eius est suctio
per nares assidua aque rosarum et aceti in quibus dissoluta
sit camphora, similiter et evaporatio aceti asperi super
lapide ignitum est cum ultima Signa eius propter mala
complexionem frigidam quod sepius contingit sunt frigiditas nasi et
quod non sentit nisi odores fetidos vel calidos acutos Et
cura eius est suctio vini veteris vel aque decoctionis sal-
vie calamenti senisii calami aromatici rute costi et febr-
camomille Signa eius propter opilationem sunt gravitas ca-
pitis et quod nichil egreditur ex naribus vel pallato et
difficultas attrahendi aerem per nares et cura eius est
digestio materie cum syrupo de sticados posito talo de debi-
tis vel purgatio cum pillulis cochiis et sternutatio cum
condisi vel pipere vel castoreo vel piretro vel quod fortius
est omnibus cum euforbio et suctio frequens aque deco-
ctionis ysopi sticados azari furfure maiorane
quod si non sufficiat sugat forti attractione inter nares aquam
decoctionis colloquintide aut bdellii aut urinam pueri
non dum polluti aut aquam decoctionis rute et castorei
ebuli sabine et nigelle **Emperica** Caput pur-
gatum expertum ad defectum odoratus propter opilationem
et hoc est quod accidit ut plurimum sit sit 2m eben cye-
sue prius talo Recipe nigelle infuse in aceto forti per
noctem et post hoc exiccate rute sicce castorei ana ʒ i
terantur subtilissime et incorporetur cum oleo veteri
vel cum oleo camomille vel cum urina pueri donec fiat in
forma mellis currentis et ex eo omni die in iciunio attrahantur
v vel vii gutte per nares cum forti attractione et capite
inclinato ad posteriora quoniam plus fuit probe et ore reple-
to aqua et hoc faciat tribus diebus vel pluribus donec
cepit odorare, Et si volueris acuere euforbii collaquin-
tide ana ʒ s, si autem patiens sensit ex hoc ardorem et dolorem
intra nares extrahat vicissim oleum rosarum vel aquam rosarum
vel aquam tepidam ne locus ulceretur Confert pre-
terea in omni causa frigida odor assiduus rute
vel nigelle vel castorei prout sicut sunt, vel facto
ex eis pomo vel laudeo additis gariofilis spica ca-
lamo aromatico et similibus Confert etiam suffumigatio
ex thure aliptha muscata micella xiloaloe positis
super carbones et propter post potationem **Canon** Defectus
in odorando vel fit ex generatione et tunc fit ut plurimum
a mala complexione sine materia et adest magis fri-
gida quam calida, vel fit adventitie et tunc fit ut plu-
rimum a mala complexione cum materia et item maxime
frigida opilante raro vero a calida adurente nisi
in frenesi, Item si fit adventitia est quoque contin-
ta perdurans et signa eius sunt contritio et la-

crimositas oculorum et privatio odoris unius et non alius
sed gratia fetidi sicut non aromatici vel eius vel calidi non fri-
gidi vel eius **Pronosticatio** de privatio odorandi
si est generata ex curationis impossibilis si vero acquisita sit
et antiquata curationis difficilis est si vero recens neque
perdurans curationis est facilis Item si est ex casu et percus-
sione et remansit post consolidationem fracture vel apostematis
amplius non curatur **Incipit Tractatus**
Sextus de passionibus oris et lingue

Passiones de quibus oportet loqui physicum sunt
quinque prima est scissura labiorum secunda fetor tertia sa-
livositas quarta casus uvule atque eius elongatio
quinta gravitas lingue pertractabimus De glandu-
la vero sub lingua ad cirurgicum pertinet que dicitur ranula non
loquemur **Capitulum primum de fissura labiorum oris**

Fissura labiorum oris propter alteram causarum
duarum prima est cattarus calidus acutus
de capite vel stante salso descendente a cerebro ad
partes inferiores ulcerans ipsas et corrodens Secunda est contractio
musculi transversalis ipsius labii et maxillaris inne accidit
in loco quia accidit ut scindat ipsum scissione profundata
Methodus Signa eius propter catarrum sunt intercessio
coryze cum sentimento pluvia et rubor pulpe nasi et
labiorum et sit quoque in eis color rubeus aliqua pruritus et quasi
crispe et fissure cum asperitate Et cura eius est digestio
materie cum sirupo de mellicrato dicto capitulo de fetore nasi et
eius purgatio cum pillulis cochiis vel ierapigra Secunda sto-
mia temperata si fatiet est cum carnosa et ventositas
in collo duritie maris cum scarificatione ultimo vero
fiat loci rectificatio cum vaporatione ex aqua et aceto in
quibus decocta sunt viole rosarum solatri semina platago
mirta rubeus et similia et si non sufficiat addantur
ex resolutivis et mollificativis sicut sunt camomilla
mellilotum malva altea ungula caballina et similia
et fiant omnia dicta capitulo de catarro Signa eius propter
contractionem musculi transversalis sunt privatio signorum
catarri omnino et quod plurimum fit in labio inferiori tantum
et difficultas curationis profundata secundum quantitatem fissure
et consolidatio cum pulvere [illegible] gallarum et cinamomi
subtilissime cribellato et mittatur scissionem pretio donec
sanetur vel mundificetur primo locus cum unguento viridi
et post hoc consolidetur cum unguento albo vel unguento
apostolorum que omnia diximus capitulo de surditate
Experimenta Unguentum consolidans omne ulcus
in quocumque loco corporis et ipse post mundificationem sit se-
cundum Johannem Mesue primi capitulo Recipe gallarum ceruse
ana partem unam amidi draganti ana partem semis confice cum
adipe galline quod sufficiat Item ad idem Recipe fusuris
pillorum caude equine ana partes equales comburere super
lamina ferri et pulverisa et confice cum melle sufficienti
Item ad idem Recipe terebentine masticis pipi sanguinis draconis
mellis ana partes equales et fiat unguentum vel exten-
datur super corio albo molli et fiat cerotum Item Recipe
gallarum pulverizatarum ut alcohol et confice cum
melle vel adipe galline vel anetis et fiat unguentum
et si addideris terebentinam et masticem fiat cerotum
Item unguentum sublime Recipe ceruse litargiri thuris
masticis plumbi usti gummi arabici draganti medulle
cruris vacce ana partes equales in squinanti al parte se-
rve cum oleo rosarum sufficienti et cera et fiat unguentum
et si addideris aliquid mumie melius fiet et si sit
ex causa calida et cum odore plurimo multiplicata muci-

amidi et dragantum et adde aliquid aque rosarum et aceti et
scia curatione ulceris cum panno calido asspero donec sanguis
fluat cum inunctione desuper et ipse post balneum videbis mi-
rabile **Canon** Cura ulceris duabus intentionibus per-
ficitur prima quidem mundificandi secunda consolidandi que
dicta capitulo de surditate capitulo de ulcere in aure et capitulo
de fissuris ani sibi invicem suffragantur **Pronosti-
catio** Fissura labiorum superiorum est ut plurimum a catarro
neque perdurat Inferiorum vero est continue et perdurat Item fissura
secunda ex catarro facilis est curationis ex contractione vero difficilis
Capitulum Secundum de fetore oris

Fetor oris duobus fit modis in genere vel vitio sto-
machi vel vitio proprio si fiat vitio stomachi
hoc est dupliciter vel en ratione humorum calidorum
corruptorum contentorum in ore stomachi vel ratione humorum
frigidorum sedatorum marcidorum ibidem Si vero vitio proprio hoc
etiam est dupliciter quia vel fit propter dentem putridum seu
corrosum in cuius concavitate continentur humiditates feti-
de vel fit ex gingivis putridis et fetentibus Signa eius
qui fit vitio humorum calidorum in stomacho sunt quod alleviatur post
comestionem et eius fetor est acutus adustus in ieiunio et
cum eructatione fumosa Signa eius qui fit ratione humorum
frigidorum in stomacho sunt quod non minoratur post cibum et
est cum eructatione acetosa Signa eius qui fit ex dente
marcido vel gingivis sunt manifesta ex visu et relatione
infirmi **Methodus** Cura eius qui fit vitio humorum calido-
rum in stomacho est ut digeratur materia cum sirupo de mellicrato posito in
capitulo de fetore nasi de quo detur paciendi omni die bis semel
in aurora et semel ante cenam cum aqua decoctionis epi-
timi et mellis et sit quantitas sirupi omni vice ʒ i ß et aque
ʒ iiii et detur usque ad x dies vel circa id postea purgetur
cum medicinis dictis capitulo de perturbatione sensuum passio
de melia et utatur dieta dicta illic fiat etiam vomitus
modo et ordine dicto capitulo fetore nasi semel in ebdoma-
da sumat ʒ i tiriace veteris bone cum vino odorifero Sci-
as etiam quod masticare omni die in ieiunio nucem mus-
catam mirabile prodest in hoc casu et expertum est et ipse
si super illud bibatur aliquid vini granatorum Item fiat
masticatio ex lemsticia vel apii vel anisi ita ut inglutiatur
mane et sero Cura eius qui fit vitio humorum frigidorum
in stomacho est ut digeratur materia cum oximelle composito
vel squillitico et aqua decoctionis epithimi postea purgetur
getur cum pillulis ~~cochiis~~ fetidis vel benedicta laxativa
ungatur sepe stomachus cum oleo masticis et nardino
mixtis et calefactis cum aqua fluente et nullo sit id
oleum tepidum vel calidum valde quia tepida resolvit
robur ventris ut dicit Galienus in vii° de ingenio sanitatis
fiat vomitus sepe dictus capitulo de fetore nasi sumat ʒ i se-
mel in ebdomada tiriace bone cum vino odorifero masti-
cet omni die demane vii grana piperis cum una vel duabus
nucibus muscatis et post illud bibat vinum odoriferum potens vetus
utatur omni mane diaxilon pipion diagalangum et diaam-
bra Confert preterea omni fetori pillule de aloes et mirra
posite capitulo de fetore nasi similiter et dyanthos Cura eius
qui fit vitio dentium est ut mundificetur omni die dens et ab-
luatur cum aceto sepius in die et in concavitate eius ponatur
mastix vel semen grani musti et si possibile fuerit extrahatur dens
omnino Cura eius qui fit vitio gingivarum est ut gin-
give marcide mundificentur cum unguento viridi posito
capitulo de surditate vel cum pillulis subtilissimo scilicet cribellato facto
ex tartaro vini albi optimi fricando cum eo omni die dentes
marcidos et gingivas putridas corruptas et postea fricatos

abluantur cum calido vino in yeme et frigido in esta-
te post mundificationem ponatur super locum corrosivum pulvis stip-
ticus et consolidativus quod recipe mastic corall cum thuris
dragant litargi ana ʒ s. terantur et cribellentur optime et
abluantur quoque cum aqua mell in qua ysopus et rose fit
decocta et sic stiptica cum vinpticis alternentur Ca-

pitulum Tercium de multitudine salive

Multitudo salive et sputi fiunt ex equiditate pluri-
ginata in stomacho per viciam indigestionis et propter fumum
equidorum ciborum qui sursum per mei resoluunt et
evaporant ad os et radicem lingwe et accidit ut plurimum
pueris gulosis mulieribus et corporibus flaticis per naturam
Methadus Cura huius passionis est ut digeratur ma-
teria cum oximelle composito vel squillitico et aqua decoctionis
capilli capparis acori vel dyagalangis dyaciron pipion
dyacardino rosata novella mixtis vel per se suppositis pur-
getur cum yerapigra vel benedicta laxativa / nutriatur cibis
calidis siccis actu et virtute Caveat a vaporosis ut sunt
mala piperata provocetur sepe vomitus dictus calido defectione na-
si et gargarismata deinde utitur fame et siti et vigili-
is tollerare posse / masticet piper et piretrum in ieiunio **Pro-
nosticacio** Dicit ypocras cuius ptisula angustior clauditur
a dyarria pretime capiuntur longa re **Sequitur**

Capitulum Quartum de casu uvule

Casus uvule est elongacio et ingrossacio uvu-
le ut partem inferiorem oris tangat et epiglo-
ttum opilet et anhelitum impediat quoquomodo
accidit aut natura currente a cerebro sanguinea vel flatica in
modum catarri Signa casus uvule sunt quia paciens
sentit semper quasi bolum carnis in radice oris cum impe-
dimento anhelitus et suffocatione Si vero sit ex materia sangwi-
nea cum ipsis apparet tumor et rubedo loci et saliva dul-
cis et repletio venarum faciei cum rubore et est quoque cum se li-
tet caro Si vero sit a flate apparet cum predictis multitudo
salive et raucedo vocis et color uvule albus et fa-
cies alba vel super palida et elongacio uvule velud modo
Methadus Si sit a sangwine fiat a principio flo-
mia cephalica in brachio dextro vel ventosacio in spa-
tulis et in collo / et post illud gargarisma repercussivum ex
dyameron dissolutum cum aqua rosarum et aceto vel cum aqua
decoctionis gallarum balausticarum rosarum et aceto Deinde in sta-
tu fiat gargarisma similiter et in augmento resolutivum
et repercussivum ex melle et aceto rosarum In fine vero status
et declinacionis resolutivum et repercussivum tantum ex oximell
composito et aqua calida Si vero sit a flate purgetur
primo cum pillulis fetidis vel cochiis Deinde fiant gar-
garismata repercussiva predicta Deinde resolutiva et re-
percussiva cum oximelle simplici et aqua decoctionis balaustiarum
vel rosarum ultimo resolutiva tantum cum oximelle squillitico
vel cum mena [illegible] recipe aluminis camei salis armoniaci pi-
retri sinapis minoris ana ʒ s. oximell simplicis ʒ iij misceantur
et addantur aque decoctionis rosarum vel balaustiarum et fiat
gargarismus **Emperica** Communiter operantes in
cura casus uvule ex quacumque causa fiat primo fatiunt flo-
miam cephalicam forte propter diversionem / deinde abscidunt uvu-
lam cum filo argenteo vel serico immisso per cannulam
ligneam quam hec est securius quam si fiat cum ferro igni-
to Deinde faciunt gargarisma repercussivum ex dyamoron
et aqua tepida donec uvula massa securetur de apostemate
et est modus expertus et securus **Pronostica-
cio** uvule casus si vetinnetur prohibet anhelitum et in-
glutiorem cibi quare suffocabit pacientem re

Capitulum Quintum de magnitudine lingwe

Gravedo lingwe similiter et magnitudo quoque
est antiqua et continua / quae non curatur quoque
est adventicia et de ipsius cura loquemur Fit
aut gravedo lingwe quoque cum febre quoque sine febre / si fiat
cum febre tunc sit sit propter mariciorem siccitatem lingwe a ca-
lore febrili Si vero fiat sine febre sit sit propter alteram cau-
sarum / quia vel propter equiditatem flaticas imbibentes
nervos et lacertos lingwe / vel propter abreviacionem ligamenti
sub lingwa quo lingwa alligatur parti inferiori / vel sit
propter glandula .i. carnicula parvam ad modum fabe que
nascitur quoque sub lingwa quemadmodum in emunctoriis
et impedit eius motum Magnitudo vero lingwe vel
sit propter materiam flaticam vel sangwineam vel ventosam inflantem
lingwam aut etiam apostema / et cum fiunt sine apostemate fiet
quoque morbus per se quoque vero accidens paralisis vel litargie
propter tamen flegma est in causa Signa gravedinis lingwe cum fe-
bre sunt adustio et nigredo lingwe et diminucio loquele et
quod eger linguam extendere non potest extra os Signa eius cum
propter flegma est sunt impedimentum loquele et precipue in diccionibus
in quibus cadit l et r turbacio sermonis et emissio salive
cum incubit multa festinancia loquendi Signa eius
cum est propter abreviacionem ligamenti sunt quod lingwa adheret
parti inferiori et quod non potest extra os emitti et est sine febre Signa
eius propter glandulam sunt videtur caro dura similis
glandi quando os est aperitur et lingwa elevatur Signa
magnitudinis lingwe patent ex re ipsa quia diffi-
culter loquitur et pigre neque lingwa plicare potest et
emissio eius extra os quasi continue **Methadus**
Cura gravedinis lingwe cum febre est cura febris et ablucio li-
ngwe et mitigatio et tolli cotidie assidua cum aqua rosarum
instillagine psillii vel cum aqua calida mixta cum ju-
lep et mell rosarum / vel cum oleo rose vel cum oleo viol et
masticacio seminum frigidorum candi seminum et similium Cura
eius propter flegma est ut purgetur sepe cum pillulis cochiis vel
fetidis premissa digestione cum oximell composito vel squillitico
et flomia cephalica vel vene que sunt sub lingwa
si sangwis dominium apparet / et fiat ventosacio sub
mento si materia sit plurima / post ea fricetur lingwa cum
salgema vel sale armoniaco aut cum piretro et cas-
toreo / et precipue pipere et aliquando cum euforbio quod est fortius
predictis / aut cum alumine sicco / et post fricacionem et exspui-
cionem flatis abluatur lingwa cum aceto et aqua frigida
simul mixtis ut calor naturalis vinicatur et oportet dieta
cibis siccis actu et potencia / laboret in ieiunio sitim et
famem tollerare posse / utatur alleis et sinapi per condimentis
ciborum suarum et fiant omnia dicta de paralisi propter flegma
quando conferunt cum virtute Cura eius que fit propter abre-
viacionem ligamenti vel propter glandula non perficiatur sine
incisione cum ferro cirologi de lingwo Cura magnitudinis
lingwe est cura gravedinis ipsius cum est ex flate iam dicta
Deinde cum predictis fiat locabilia fortiora fricetur ergo se-
pe et fortiter lingwa cum dente allei et aceto tamdiu
donec saliva egrediatur / masticetur etiam piretrum
et abluatur lingwa cum aceto decoctionis castorei vel
rute piperis apii et gargarizet sepe oximell composito
vel squillitico cum aqua decoctionis castorei piperis sal
armoniaci ysopi mirre stafisagrie vel cum aqua
calida in qua dissoluta sit yerapigra / vel gargarizet
sinapim etiam et cum melle confectam / Nutriatur
sicut dictum est de paralisi **Emperica** Quidam
administrant gargarisma ex aqua frigida pura in

cura grauedinis et magnitudinis a flatu et propter in corpore carnoso sanguineo ut calor naturalis unitus confortetur et resoluat flatum et uentositates iuxta illud ypocratis 5ta particula amforismorum est autem ubi distentio sine in iuuene bene carnoso estate media infusio aque frigide tollit eam.
apostema propter materiam repellatur ad cor tali namque modo materia
non repellitur sed a cursu prohibetur In principio autem
principiato nullatenus competent propter causas predictas
et sic concordantur auctores Si vero queritur quomodo duorum
sit tutius medico cum operanda sunt uti repercussivis
vel non uti Dicendum quod non uti tutius est propter
quatuor primo quia difficile vel impossibile est me-
dico cognoscere principium principians 2o quia posito
quod cognosceret tunc quia illa hora brevis est non
potest apparere Tertio quia raro est quod humor corpus non sit
plectoricum et materia pauca Quarto quia raro est quod me-
dicus vocetur ad egrum in principio principiante Dubi-
tatur autem ultimus quare terminato pleuresis per sputum
vocatur apud auctores terminatio per resolutionem cum sit gros-
sa sensibilis et quis sit modus generationis sputi
in pleuresi Dicendum quod materia apostemosa contenta
in pleura subtilissime sudat et quasi insensibiliter
in concavum pectoris Deinde quod pulmo dilatatus ingreditur
parum orificium prima ramorum trachee arterie dispersarum
per totam substantiam pulmonis Deinde ab illis expellitur
trachee nascentibus ad largiora donec in aliqua quantitate
congregetur mediante qua est causativa pulmonis tunc
natura senciens nocumentum anhelitus expellit ad extra
corpus et tunc dicitur sputum Vel G. in commento illius
aforismi septime particule Ambustique interiores et
ventrem ... forti nature nichil repugnat educat
cum sanie de medio assumpta 3o de accidenti natura est sapiens
sapientissima cuius sapientie non est finis Cum si obiciatur
quare materia non egreditur orificia vene cordis arterialis et
arterie venalis et sic tandem pervenit ad cor cum hee
due vie procedant a corde prima quidem a dextro
ventriculo cordis 2a vero a sinistro et dispergunt
per totam substantiam pulmonis sicut et rami trachee pul-
monis Dicendum quod ille due vie molles clau-
duntur dum pulmo constringitur sed rami trachee pul-
monis sunt duri et omni tempore aperti aliter namque animal
suffocaretur vel dicendum quod ad est fuga natura
regulans sputum per vias magis salubres ut dictum est
Pronosticatio Antequam pronosticare possimus
sciendum quod signorum pleuresis sunt sex genera quedam
enim significant pleuresim quedam sunt interiorum eius spe-
cialia quedam sunt discretiora pleuresis ab apostematibus
consimilibus quedam sunt translationis materie ad membrum
aliud quedam vero sunt eius longitudinis vel brevitatis
quedam sunt salutis et mortis de quibus patet per ordinem
Signa pleuresis sunt quinque que sunt lateris dolor
pungitivus febris continua difficultas anhelitus pulsus
serrinus Signa vero ... ponuntur primo de ... ex
... nichil exspuit ... principium Cum vero tussis
humectatur et difficultas anhelitus mitigatur et ...
incipit digestionem quod exspuit tunc est augmentum
cum vero sputum est perfecte digestum et cum facilitate
egreditur est status Quando vero tota materia evacuatur vel
circa illud est vera declinatio Signa vero distinctiva
pleuresis a dolore lateris ventoso diximus in principio
capituli Est etiam apostema in gibbo epatis simile ple-
uresi in febre continua tussi et punctura lateris dextri sed
differt quia in apostemate epatis est pulsus undosus
et dolor sub dyafragmate et in dextra parte tamen neque

ascendit usque ad furculas superiores et est eius tussicula sicca semper et modica quia solum fit propter compressionem diafragmatis a gibbo epatis non propter materiam in pectore vel pulmone neque dolor est ita acutus et fit quoque tumor in ypocondrio dextro si magnum fuerit apostema sub figura nouacule seu medie lune et urina spissa ro- busta quod si sit in concauo epatis apostema fiat egestio sicut lotura carnis propter transmissionem materie per miseraicas ad in- testina Signa vero differencie inter pleureseim et peripleomoniam sunt quia in peripleumonia est pulsus undosus et do- lor non acutus sed grauatiuus quia substantia pulmonis non sentit sed panniculi eius inuoluentes et mediastinum similiter et difficultas anhelitus fiat maxima cum extremo timore suffocationis et dolor declinabit ad partes posteriores inter duas spatulas vel ad anteriores non autem ad latera et rubor apparebit in maxillis Item materia pleureseos quoque transmittitur ad cor et tunc fit syncopis et forte mors quoque ad ce- rebrum et tunc frenesis fit et nigredo lingue cum aridi- tate et urina remissa cum prius esset tincta valde et dolor lateris diminuitur vel aufertur quoque ad pulmonem et tunc dolor non est adeo acutus sicut prius sed anhelitus fit difficilior Unde ypocras vii particula aphorismorum in pleuresi venire peripleumonia malum quoque ad renes et tunc fit spas- mus quoque sub ascellas vel post aures vel ad aliam particulam exteriorem et tunc post adest tumor et alleui- atio infirmi Signa vero longitudinis pleureseos sunt que ducunt diu eius principium videlicet sputum indigestum vel grossum viscosum et similia vel tussis sicca difficilis quia quando principium est longum omnia tempora erunt longa ut dicit primo de crisi salvo quod virtus sit fortis vel alia ma- la signa appareant possunt abreuiari usque ad mortem Signa vero breuitatis ad salutem sunt signa contraria et propter breuitatem principii et cita apparitio digestionis in sputo scilicet infra primos tres dies et eius facilis e- ductio et ultra omnia signa salutis sine permixtione con- trariorum Signorum autem prognosticorum quatuor sunt modi Nam quedam sunt bonum absolute quedam malum absolute quedam salutem quedam mortem Signa bona absolute sunt si sputum cito a principio egritudinis est et in- fra primos dies tres euenerit et sit facile sine mul- to labore tussiendi vel screandi et sit subrubeum sano sputo admixtum a principio vel statim post neque perseueret in diem septimum in colore subrubeo super illud albescat et ultra omne sputum cum diminutione doloris eueniens est bonum Signa mala absolute ut dicit ypocras 2° prognosticorum si sputum sit citrinum in principio et sit rubeum post quando euenerit aut citrinum putridum cum laboriosa tussi neque sputo ad- mixtum vel si sit rubeum omnino velut sanguis quod rupturam vene significat vel si sit album viscosum globosum vel si sit viride et spumosum vel liuidum omnino sputum namque ru- beum putridum vel subrubeum magis sanguineum sit sputum vero viride vel citrinum vel subcitrinum colericum sed sputum album visco- sum globosum flaticum et sputum liuidum vel nigrum melancolicum demonstrat apostema igitur sanguineum est mala flaticum est peior colericum magis mala melancolicum pessima Item si tumitas supremitatis in principio et cum materia adhuc est in fluxu siue siccitas precesserit pleuresim siue co- equa sit malum est quia auget apostema siccitas vero supremitatis in declinatione et tunc tota fluxit atque di- gesta est bonum fit et virtutis corpulentiam fortitudinem et materie euacuationem Item omne sputum cum quo non diminui- tur dolor et malicia anhelitus est malum Item sputum subrubeum tenue in principio apparens et usque in diem septimum vel amplius perseuerans ita quod neque de albedine neque sano sputo permiscetur malum est Item si meditatis recte operatur neque eger ex hoc me- lius habeat est malum Item si est egestio liuida frequens et urina subtilis vel grossa valde et pulsus de- bilis mala Item si supremitate sputo vel solu- tione ventris exuberancia urine vel flebotomia ad- hibito vel alio competenti medicamine velut est sudor fluxus sanguinis narium et calefactorium et similia dolor nequaquam minoretur malum est quia signum est quod pleuresis non terminatur per sputum sed per aliam materiam Signa salutis sunt cum signis bonis predictis constancia virtutis bonitas pulsus anhelitus facilis excre- atio sine plurima tussi calor corporis equalis in toto membrorum flexibilitas sitis pauca et ut urina et egestio et sudor et sompnus bene se habe- ant hec enim omnia si usque ad septimum diem per- seuerauerint salutem promittunt in 14ª vel circa illud Signa mortalia sunt cum signis malis predictis de- bilitas virtutis malicia pulsus et anhelitus ita ut sit spissus debilis anxius dolor et extremus expu- itio laboriosa et parua cum tussi plurima sitis inten- sa calor inequalis ita quod vene et latera sint calida extremitates frigide si frons et extrema frigida similiter et urina et egestio et sudor et sompnus male se habeant et sputum fetidum vel nigrum vel grossum visco- sum cum strictione vel citrinum collericum purum sine omni albedine hec enim omnia si perseuerauerint usque ad septimam diem vel plurima eorum in die septima aduenerint mortem significant vel in nona vel xi vel ad plus in xiiij Si materia pleuresis ca- piatur ad pulmonem vel ad cor vel cerebrum mor- te si vero post aures vel sub ascellas vel ad alium locum ignobilem et tunc eger alleuiatus fuerit salubre Item si multum exspuitur deinde sequitur retentio et dolore remanente mortale est quia sit suffocatio a multitudine materie Signa salutis pleuresis cum terminatur per saniacionem sunt ut dicit ypocras 2° prognosticorum quia calor febrilis diminuitur vel ex toto recedit in die rupture et extunc redit appetitus cibi neque sitiunt et est egestio spissa vel liquida neque dura et sputum est sanies laudabilis scilicet ta- alba equalis leuis ut ypostasis exiens sine labore omni cum modica tussi hii namque in breui tempore sanantur et quia plurima eorum sunt sanatur circa illud secundum quod signa salutis plura vel pauciora Signa mortis in talibus sunt remanencia caloris febrilis post diem rupture et quod se redit quasi furtiue et affligunt siti et fastidio cibi et egestiones sunt liquide et sputum eorum est liuidum vel viride vel flaue viscosum permixtum et spumosum difficile exiens et cum multa tussi et laboriosa In quibus enim apparent omnia ista signa pereuntur non dubitatur Signa durationis predictorum sunt hec qui sunt quedam eorum sed non omnia hii moriuntur hii saluantur verumtamen difficilem sanitatem consequuntur

Capitulum quartum de peripleomonia

Peripleomonia est apostema pulmonis et velaminum eius que sunt duo scilicet velamen circumuoluens pulmonem totum et mediastinum pectoris quod est velamen diuidens pectus et pulmonem per medium secundum longum ita ut maior pars pulmonis

sit in late dextro· minor uo in sinistro ppt cor quia
sinistre pti extat alli(g)atum fit igitur ex omni gne quatuor
humorum quemadmodum et pleuresis· Vnde in hoc differt
quia sicut pleuresis ut plurimum fit a causa subtili
colica ita peripleumonia ut plurimum fit a materia grossa
flatica decurrente p venas et arterias in substantiam
pulmonis et non dubitat aliquis q fiat reuma
descendente a capite p cannam pulmonis quia sic
probatum est cao de pleuresi cita principium reuma(tis) lice(t)
pt causare catarrum et empimam sz no apud omnia lic(et)
aliquando accidentia apostematis quando non sunt consequint
que sunt sese comitantia asma tussis et similia· quando
peripleumonia fit ex pleuresi q materia stillat paulatim
ex pleura in concauitate pectoris Deinde ingreditur
orificia vene arterialis et arterie venalis que sunt
vene sparse p totam substantiam pulmonis et causat
ibi apostema quod putrescit Si enim ingreditur bra-
ramorum canne pulmonis non causaret peripleu-
moniam sz esset via terminationis pleuresis p resolu-
tionem ut dictum est cao de pleuresi Signa peripleu-
monie omnia sunt sese comitantia pulsus vndosus ru-
bor maxillarum tussis maliaa anhelitus magna
cum continuo timore suffocationis dolor pectoris
ponderosus declinans ad ante uel retro inter spa-
tulas et q no pt iacere supine neqz in ventre p
suffocatione cum dolor pleureticus ad lata declinet
Signa peripleumonie a sanguine sunt cum predictis
complexio carnosa humida rubicunda cum rubore fortissi-
mo maxillarum tussis valida cum sputo rubeo spumo-
so sese comitantia acuta ut plurimum etas iuuentutis
tempus veris ut plurimum et vrina rubea clara grossa et
antecessio potus vini plurimi et dolor pectoris cqua-
tiuus cum punctura multa pulsus vndosus .v.
velox cum mollitie arterie similiter et apparitio venarum
grossarum repletarum p membra corporis omniquaqz Si-
gna uo peripleumonie ex fleate sunt cum predictis
complexio flaetica similiter et etas senectutis fanctatis
antiquitate cum multe fluxus catarro sicut suc-
cessit tussis et difficultas anhelitus cum ortho-
pnoe et sese lenta sputum album spumosum visco-
sum vrina grossa remissa uel kalopos pulsus
rarior et mollior predicto et grauitas in pectore maior
sine grauatiui dolore pungitiuo plurimo lingua alba
mollis in principio egritudinis et sine asperitate uel
nigredine Signa eius que est a causa colica
sunt cum signis communibus sputum subtile citrinum spumo-
sum amaritudo saliue pulsus spissior et vrina
citrina subtilis valde et clara dolor pungitiuus acu-
tissimus similiter et complexio et complexio et etas et
tempus colericum asperitas lingue cum nigredine
et sese comitantia acutissima arsura Signa eius que
de causa contra sunt adulterio signorum predictorum Si-
gna eius que fit ex pleuresi sunt antecessio
signorum pleuresis quibus succedunt signa ista cel
cessantibus in toto uel in parte si enim ambo simul
appareant erunt pleuresim et peripleumonia simul
mixto uel inter multitudinem vbertatem **Medica-
mentum** Cura peripleumonie de causa calida est
ut primo fiat flebotomia de vena media fortis usqz
ad sincopim uel quamdiu virtus sufferat uel fiat
scarificatio flebotomia si eger constitutus sit pyca die
secundo uel 3o fiat clistere leniuum dictum in frenesi

uel suppositorium si uirtus sit debilis et huiusmodi continuetur
omni die neqz permittatur venter eius exsiccari quoquomodo
In emptis vngentis electuariis abs potius sim-
libus sicut in pleuresi de causa calida pt q in-
digemus fortioribus sanatiuis ut materia cum tussi e-
uacuetur cum in ea sit maior timor suffocationis
qz in illa Cura eius que fit a causa frigida est ut p-
rimo purgetur cum pillulis cochiis uel cum benedicta uel
cum mena de turbith dissoluta in sirupo viol uel in
aqua mellis uel in aqua decoctionis liquiricie et
ysopi pyca die iii uel 2o fiat flebotomia de vena media
In aliis aut fiat sicut in pleuresi de causa frigida
In causa uo contraria fiat compositio mediarum· similiter
et dieta **Emperica** Omnia que scripta sunt in
talis de reumate et asmate et tussi pleuresi uti-
lia ad educendum materias a pectore et pulmone cum screa-
tu sine tussi vtilia sunt pnti cao Subdam aut ad-
huc pt illa vnum loboc Mesue positum in libro suo
de affectis consenis vicio pectoris omniquaqz Re
sperimus al spondy se lini tota amigdalis dul ana 3 iii
amili draganti gummi arab se· atomorum se· cucurbite
ana 3 vi nasty se bombacis amigdalarum amararum fabarum
ana 3 i et s penidiorum 3 io dissoluant penidy in
aqua fontis et coquatur (et) Confitiant cum lb zuccari
albissimi lambat ex eo frequenter inglutiendo paulatim
Item electuarium ad idem Rx pinearum mundatarum am-
gdalarum dul ana 3 iii ysopi 3 s dragantum se· lini ana
ana 3 s cinamomi seminum amilli succi liquiricie ana 3
ii seminum 4 fructuum excorticatarum 3 i se bombacis excor-
ticati 3 ii terantur et confitiant cum lb i zuccari et
fiat electuarium ad modum dyapenidion Item si materia
sit frigida viscosa et sese lenta confert loboc de
squilla positum cao de tussi in empiricis **Canon**
Omnia scripta in canonibus pleuresis conferunt
pnti cao sz recordare peripleumonia terminatur alio
modorum sicut et pleuresis sz p resolutionem uel p sa-
nationem uel p mundationem exquo sicut potes sicut etiam
in pleuresi dictum est q si peripleumonia no terminetur
p fluxum sanguinis narium infra primos quatuor dies uel su-
dorem pectoris deficiente uel no purget p sputum xiiii di-
es a principio terminatur p saniationem et habet empimam
quare p curam eorum recurrat ad cam de empimate
Si uo a die xiiii usqz ad xl· diem no mundificetur
a sanie ptisim efficit· quare p curam eorum recurrat
ad cam de ptisi Recordare pterea q quando das sirupum dige-
stiuum in aurora uel in vesperis nequaqz debes dare aquam
ordei· sz ante uel post p ii uel p iii horas Similiter
neqz cum cibo dabis aquam ordei sz potum aliud utpote
iulep uel mellicratum aquosum cum siti necessitas aut spiri-
tuositas ad ipsum postulat **Pronosticatio** Omnia
dicta in pronosticatione pleuresis conferunt pnti capitulo
Verum dicamus in alia famosa· peripleumonia est
periculosior pleuresi ppt maius impedimentum qz in a-
helitu qz in pleuresi et raro Item peripleumonia fit
ut plurimum ex pleuresi et raro p se in complendo et sine
transeat pleuresis siue non hoc malum est quia inter
multitudinem uel venenositatem fit Vnde ypo vrina pulla
In plenitudine peripleumonia mala Item si in die 6ta
uel vii superuenit fluxus sanguinis narium plurimum uel su-
dor pectoris exuberans constante virtute et alleuia-
tione sequente salubre Item peripleumonia aut interficiat
infra vii dies aut transit in ptisim pus plurimum

Item si materia pipleronomie timetur ad vias urinales
uel faciet apostema uel tectum post aures uel inguinibus uel
in alia parte corporis et tunc post signa digestionis in
sputo et urina et alleuiatione infirmi salute fit
sin autem mortale. Item dicit ypocras 2° pronosticorum quod si in
pipleronomia anhelitus inspissetur sine manifesta causa
uel plus quam a causa pipleronomie conueniens sit et
ypocondria et partes inferiores sint omnino absque dolore
uel calore fit apostema creticum futurum post aures quia
materia rapitur ad superiora quod si apostema cum hoc matur-
etur et saniem laudabilem generet deinde rumpatur ad
exteriora fit salutem sin autem per mortale propter lesionem cerebri
et timorem frenesis ex dolore forti. Item dicit ypocras quod pi-
pleronomia maxime accidit gradientibus id est illis qui sunt
in 3a etate que senectus dicitur et est circa unum annum lxv
nam maxime pereunt ex ipsa quia timatur in eis per sa-
niatorem magis quam per sputum. Iuuenes uero magis pereunt
a plenitesi et aliis apostematibus interioribus tendentibus
ad saniatorem cuius causa creditur ex illo quia piple-
ronomia ut plurimum est a causa frigida, pleuresis vero et
alia apostemata a causa calida. Item dicit ypocras 6ta particula
afforismorum A pleuretide habito aut pipleronomia diarria
superueniens malum spasmus sic propter compassionem cerebri
uel multitudinem materie sed si sit propter euacuationem creticam
erit bonum. Item pipleronomia quandoque terminatur in subeth
uel litargia et est malum unde ypocras vii particula in pi-
pleronomia frenesis malum fit et omnis alienatio mentis ma-
Capitulum de empimate. La

E mpima dicitur collectio saniei in sulta pulo-
monis uel ramis tracheae artherie dispersis per to-
tam eius substantiam in multa quantitate que-
admodum in ptisi sub quantitate modica similiter et in pe-
ctore id est loco medio inter concauitatem costarum et conuexum
pulmonis. Fit autem ista passio aut post catarrum quod
non purgatur per sputum infra xiiii dies a sui principio
aut post pleuresim uel pipleronomiam quod non terminatur per sa-
niationem resolutionem sed saniationem. Signa eius quod fit
post catarrum sunt quia patiens sentit in gutture de-
scensum catarri sunt multotiens et post illud sequitur
tussis cum piccone sputi saniosi multi uel pauci
et difficultas anhelitus quandoque cum orthomoe et ac-
cidit ut plurimum senibus flaticis et humidis circa caput
et pectoralia et est ut plurimum cum febre propter caliditatem
saniei uel flatus cor et propter diminutam quietationem cum
naturale adducta. Signa eius que fit post pleuresim uel
pipleronomiam sunt antecessio signorum pleuresis uel pi-
pleronomie et post xiiii dies uel circa illud augmentatur
febris et dolor pungitiuus et aduenit egestio quandoque
rigor et anxietas et ulterius omnia signa dicta capitulo
de pleuresi passio de signis saniationis pleuresis
per saniationem. Fit etiam quandoque ista passio a casu uel vul-
nere penetrante in concauitatem pectoris quod sanie emundi-
ficata non fit adhuc sed ad intus neque statim purgata per
sputum sed per urinas quare generatur per saniem uel rem ve-
nenosam nisi forte illud subita suffocatio accedit
unde ypocras 6ta particula afforismorum Si sanies in uentrem effusa
fuerit necesse est in sanie gaudere et intellige per saniem virus
et omnem materiam corruptam. **Medicamentis** Cura istius
passionis fit per unguenta et emplastra maturatiua et
saniei generatiua posita super pectus et deinde per calorem
et syrupum sciratiuus et ellectuaria et omnia mundificatiua
spiritualia membra a sanie quorum quidem copia repe-
ries in capitulo de tussi et capitulo de catarro put passio

fit a catarro sicut in capitulo de pleuresi per ut fit post
pleuresim uel pipleronomiam. Sed preter dicta addemus
circa alia. Ungatur ergo pectus totum et spina cum
oleo de lilio uel aneto uel nardino uel mixtis
ex ipsis addendo aliquid butiri et cere et croci
hoc enim unguentum mitigat dolorem sui resolutione leni et
generat saniem sui caliditate et uiscositate quia
ut dicit G. xi° de ingenio sanitatis saniem generat
per medicinas calidas aequales et uiscosas opilantes
poros ita quod neque resoluatur subtile et remaneat
grossum neque calor naturalis euaporet. Debet in opilatio
esse non fortis ne fortassis calidum naturale suffocetur
quia tunc non generatur sanies laudabilis sed ultrius
et denigrare membrum et forte putresceret et corrum-
peret. Vel ungatur dialtea uel unguento mar-
ciaton si materia sit grossa viscosa et super unguentum
ponatur emplastrum istud maturatiuum calidum. Recipe ra-
dicum maluauisci cocti et mundati inter ... ana ... florum
camomille viol ana ℥ ii farine ordei ℥ v.
coquantur pariter et pistentur et incorporentur cum
oleo camomille et aneto quod sufficit uel cum
oleo viol si febris sit intensa et cum infrigidatum fuerit
illico renouetur. Sed si materia sit grossa et febris lenta adde
in emplastro farina fenugreci seminis lini dragaganti gumi a-
rabici amigdalarum dulcium et si materia sit adhuc grossior
fac emplastrum et seminis nasturcii seminis apii et melle despu-
mato. Utatur continue seratiuis scilicet dyapenidion dia-
dragancto in causa calida uel dyaysopo dyaireos
dyacalamento dyaprassio in materia viscosa frigida et
mixtis in materia mixta dissolutis cum syrupo viol uel
cum melle dispumato. Dieta eius consistit in pro-
hibitis et permissis. Prohibita quidem sunt omnia grossa
viscosa velut sunt carnes porcine bouine an-
tique caseus lac pasta cortelle similiter et omnes
pisces nisi sint petrosi et cibus omnis assus uel
frixus et omnis cibus acetosus uel ponticus uel
acerbus et omnia acuta ut sinapis allea cepe
nisi forte quandoque sinapi condita cum melle utetur
moderate lambendo propter screatum et omnis fructus
preter ficus siccas pingues nucibus dactillos v-
uas maturas aut auellanas. Permissa uero sunt
omnia screatiua aperitiua lenitiua ut panis fur-
furaceus bene fermentatus bene salitus bene coctus
unius uel duorum dierum et carnes edorum pullorum p-
dicum auium paruarum et vitelli ouorum sorbilium
et vinum dulce subtile et julep aut ydromel et
aqua decoctionis passularum liquiricie ysopi. Abstineat
a sompno superfluo grosse et propter diuturno uel illico
post cibum neque iaceat supine. Utatur in cibo spe-
ciebus non acutis ut est macis cinamomum cardamomum liqui-
ricia et similia. Sumat mane et sero de isto
electuario. Recipe succi liquiricie ysopi capilli veneris ana
℥ v. cardamomi piperis amigdalarum amararum aristologie rotun-
de seminis urtice ana ℥ ii. conficiatur cum melle dis-
pumato hoc enim superfluitates de pectore grossas
expellit. Item aliud ad idem Recipe liquiricie ℥ ... cina-
momi electi ana par. i. galange par. s. anisi ameos
ana pars 2a. passularum enucleatarum quantum de omnibus
mandant omnia grosso modo preter anisum et passu-
las ameos et misceantur **Emperica** Come-
dantes primo digerunt materiam antecedentem si corpus
sit pletoricum et virtus fortis cum oximelle syrupo
uel squillitico et melle rosato dando quandoque diebus

cu aqua decoctionis passe4 liquiricie yssopi vel ad
aliquo sirupo4 dicto4 capitulo de tussi et capitulo
de pleuresi respiciencia membra spiritualia ap-
petate, post hec educat vrinibus graduatis cu pillulis
de cochiis in fine vel cu pillulis de reubarbo in causa
calida dictis capitulo de catarro Remota u° causa
antecedente digerat coniuncta cu vngento dicto maturatiuis
dictis ibidem et sicut e istud Recipe ysopi
quadi ℥ xii cere albe ℥ x olei nardini vel cao-
millini ℥ xx medulle crurum vituli adipis a-
nete et galline ana ℥ viii mirre bdellii musti
lagiminis fenugreci et se lini ana ℥ vi terbentine ta-
sure ana ℥ vi musillaginis se altee ℥ viii redigatur
mirra et bdellium in puluerem subtile et ad musillaginem
lagimibus dissoluatur deinde omnia simul incor-
porentur cu oleo adipibus dissolutis ad ignem
in causa sola et fiat vngentum quod tepidum linia-
tur super pectus vel fiat ex eis cerotum si super corium al-
luctile distendatur post hec vero omnia ministrant
medicinas sicatiuas gradatim ad fortes ascendendo
ne educatur sanies subtilis et grossa inspissetur
donec sufficiat vel ptisim causet In fine vero rei to-
tius exsiccant pectus et pulmonem et cerebrum cum
suffumigiis ex thure mastice mirra et similibus
Item electuarium pectorale mirabile sic fit Recipe nun-
be sebesten ana cetera numero liquiricie mundate ℥ xx
decoquatur in sex lb aque donec medietas sit
consumpta coletur et addatur lb i penidiorum et iterum
coquatur usque ad spissitudinem deinde addatur iste pul-
uis Recipe draganti gummi arabici succi liquiricie amigdalarum
dulcium amili ana ℥ v se portulace citruli cucur-
bite melonis mundato4 ana ℥ iiii et fiat electuarium
confert omni passioni pectorali cu materia vel sine
materia et si sit cum sincopa si nichil predictorum remediorum
confert fiat cauterium cu ferro ignito in latere le-
so inter costam vi^tam et vii ubi est finis costarum ve-
rarum et principium mendosarum et diafragmatis neque ter-
gat sanies in vtroque latere oz si cauterium quia
materia non potest fluere de latere ad latus panniculo
mediastino prohibente et sit cauterium latum subtile et
equale Consulo tamen ut hec potius relinquatur
Canon Si empima fuit a pleuresi vel peripleo-
monia cura eius dupla intencione perficitur scilicet cum
maturacione saniei et mundificatione eius, si vero
sit a catarro eisdem indiget intencionibus cum prohibitione
predicta simul et confortatione partis mandantis usque
hunc ne transmittat superfluitates et partis recipientis
ne recipiat et hoc sit praecipua prima igitur intencione
oz ut primitur in ordine quia non fiet error debi-
te curationis Pronosticacio Empima et
emotoicis raro in senibus maturant primo suffo-
cant ante maturationem propter debilitatem caloris innatis
et multitudinem materie cu frigiditate Item empimia
cu orexinoe et difficultate anhelitus plurima et
sputo modico mortale Item empima si non mundi-
ficatur infra xl dies a die generationis saniei transit
in ptisim et post ea in mortem Sequitur

Capitulum Sextum de ptisi

Ptisis est vlcus pulmonis cu consumptione
corporis totius a calore febrili etico sine
calore accidentali oculto lento membris et humiditatibus
eorum in sto fiat aut a apostemate quod corrodit et
vlnerat substantiam pulmonis vel velamina eius sed

x mino, Primum est catarrus acutus de colera vel salsa fle-
gmate Secundum est apostema vel aposteme
volue quod facit rupturam et sanies descendit ad
pulmonem Tercium vero pleuresis vel peripleumonia quod
terminatur per saniacionem et sanies non purgatur infra
xl dies a die rupture Quartum est retentio menstruorum vel emor-
roidarum que diu retenta in corpore corrupit et in pes-
simas qualitates transmittunt fumos dimes et va-
pores ad pectus hec aut raro contingit Quintum est
frigiditas aeris inspirati constringentis membra spiritualia
ut accidit piscatoribus et viatoribus Sextum est caliditas
aeris exsiccantis et scindentis partes pulmonis sicut
accidit fabris et aratoribus Septimum est irregularis
caliditas diminuta cordis cuditatio sicut accidit habitantibus
in montibus metallaibus et cauernis, Octauum est
tussis assidua cronica que suo motu forti rupit
velamina pulmonis sicut accidit feminis dolere
non potentibus ex catarro et sicut accidit cantantibus
in acutis et leuantibus res ponderosas cu retentione
anhelitus vehementi Nonum est sputum sanguinis quod si
consolidari non potest conuertitur in saniem et sua intensitate
et calidite corrodit pulmonem cu omnibus saniebus generatur
ex quibus per viam assationis sicut cinis generatur ex lignis
viridibus per adustionem ut dicit G in commento illius
amphorismi 2^e particule Decima generacio saniei decimum
est vomitus laboriosus quia propter forte motum stomachi
et ysophagi et retentionem anhelitus et attractionem hu-
ad pectoralia rumpuntur vene debiliter contexte in
pectore et pulmone et propter in habentibus pectus strictum
et difficulter vomentibus et habentibus membra spiritua-
lia rara et debiliter contexta Et ex quacumque causa
proueniat ptisis eadem sunt signa eius et cura et
pronosticatio Signa ptisis trahuntur ex quinque rebus
Prima quarum est tussis que fit in ea tussis frequens
et precipue per noctem cu precatione sputa saniosi et sangui-
nolenti Secunda ab habitudine corporis quia fit in ipsa
collum longum gracile et corpus macrum quod de die in
diem diminuitur et epiglotus eminet Tercia a calore
qui est enim sic lenta ad tactum primitus sed acuta et
vistica vehemens qui manus diu ponitur super pectus
et ista precipue inflamatur magis solito post sumptionem cibi
per i vel per ii horas qui instinctu spargitur super membra
sicut aqua frigida super calcem viuam que sunt
ipsa signa etice ut dicit G x^o de ingenio sanitatis
Quarta est a pulsu qui fit vndosus subtilis paruus debil.
strictus Quinta ab vrina quia est subtilis non
tincta valde alcaginea in superficie hec enim omnia
cu fuerint aggregata ptisim certificant penitus Secunda
pecia quod vlcus pulmonis vel est recens non confirmatum
cuius signa sunt quia non exspuitur sanies pura
sed sanguine permixta similiter et est modica quare
recipit curationem et consolidationem perfectam, vel est largum
et confirmatum et antiquum cuius signa sunt quia sputum
est saniosum putridum vel liuidum fetidum plurime quantitatis
quare recipit curationem non perfectam sed blanditiuam
solum que consistit in prolongatione vite quod quidem accidit
propter assiduum motum et sordem pulmonis quare eius
vlcus consolidari non potest cu adhuc requirat quietem
diuturnam Vnde refert Auicenna 3° canonis fen x capitulo
de ptisi quod consuerbat quandam vetem mulierem ptisi-
cam xiiii annis et dabat ei zuccarum rosarum recentissimum
ad manducandum omni die quantum sumere potuit et loco
panis et aliorum ciborum cibi Methadius

Cura ptisis put fit a catarro gtinet in se omes cau-
telas et medicinas valles atque necessarias p cura ptisis cuiq;
cunque quapropter de ipsius cura loquemur principaliter que-
admodum ypo in libro regiminis acutorum assumit p ero
pleuresim vnde intelligit curam omnium egritudinum acuta-
rum tam cum apostemate quam sine apostemate uel in cura pleuresis
gtinent omnia necessaria in cura ffe acute cuiuscunque
Cura igitur istius ptisis gsistit in duobus. Dieta
scz et medicina. Dieta est ordinatio sex rerum nõ
naturalium ad temperamentum declinando tamen aliquantu-
lum ad frigidum et humidum Aer igitur eius sit co-
opertus ab omni vento et maxime meridionali et septentrionali
et occidentali Camera suffumigetur in yeme ligno et alo-
es uel mirra sed in estate sternatur cum rosis sandal
uel nenufaris menta folys salicis et vitium et salicis pa-
nis eius sit simila siligineus non valde fermentatus
Vtatur riso uel farre gdito cum butiro sicut et pul-
tibus de ordeo et decoctione ordei excorticati cocti usque ad spis-
situdinem granorum quod deinde coletur et in colatura deco-
quatur amilum et condiatur cum lacte uel butiro et si
debilem habeat stomachum addatur quid modicum de pul-
uere cinamomi sed caueat a rebus acutis omnino et maxime
a pipere et sinapi quia sanguinem acuunt et vlcus faciunt
clarum Vtatur preterea carnibus pullorum edorum perdicum
et magis assis quam elixis nisi debilitas stomachi contra-
dicat similiter vtatur bonis piscibus de aqua currente pe-
trosa preparatis cum aceto et sale uel piscibus mari-
nis similiter et cancris p ingrossatis multis cum lacte abla-
tis primo extremitatibus et ablutis cum lixiuio postea item
vtatur lacte asinino uel caprino cum mica panis uel cum
melle uel zuccaro et modico salis nisi fuerit venter solutus
superflue timet enim nõ ponatur sal sed proiciantur in eo lapi-
des igniti uel calibes igniti uel tom summo proz seri
coagulo et cum ipso non vtatur dulsitate aborum dudum
quia corrumpet omnino et decoquatur medium carnes
leues in lacte sicut perdicum et caponum et pullorum Ve-
rum tamen oportet ut sint elixe primumque ponatur in lacte et item
vtatur pultibus ex farre simile uel auene gditis cum
lacte et item ex lacte cum vitellis ouorum fiat sorbitio
delicata licet aut mulier sit maxime conforme cor-
rio tamen propter abhominationem ipsum pponimus In potibus vtatur
vino dulci et suaui vina aut fortia et calida vapo-
rosa uel stiptica et acerba omnino deuitet quia fortia
corpus iis exsiccant. sed acerba sputum prohibent misceat
aut vinum suum cum aqua pluuiali zuccarata cum qua co-
uenit ut cum coquatur aliqua sima uel cum aqua fontis
uel fluuis currentis. De oleribus vtatur parum et raro De
fructibus vuis nucibus auellanis sed piris nequaquam et
fortassis post cibum cum zuccaro conditis et assatis Gau-
deat vbio tripudiis solaciis et omnino quiete quia omnis
motus exacuit pru sitis et clamor et vociferatio que-
cunque Dormiat non super cibum sed quasi facta prima
digestione et iaceat erectus quasi sedens propter facul-
tatem anhelandi et expuendi non dormiat in die
nisi sompnum perdiderit nocturnum Caueat ab ira tristicia
et animi passione prosse A coitu vero abstineat ocio
vtatur tisana que sic fit Rx passularum enucleatarum partes
iiii liquiricie minutatim scissi semen gummi fructuum inuda-
torum ana p i Cura aut p medicinas gsistit in tribus
in remotione cause reume et cura vlceris et remotione
accidentium que gmitantur Causa igitur reumatica cura duplex
Primo quidem cum prohibitione rerum nocentium 2o cum ap-
proximatione iuuantium Res aut nocentes sunt repletio
cibi et potus et vsus vini quapropter oportet ut nõ detur nisi
parum et adaquatum valde cum aqua mellis uel zuccari
similiter et vigilie nocturne et sompnus diuturnus maxime
super cibum aut capite depresso similiter et sternutatio
cum cruditate materie post maturationem vero est optima et fri-
giditas aeris et omnis vomitus et balneum post co-
mestionem et similiter post ablutionem capitis non bene cauere
a fetore aeris gtinetur tamen oportet quoque volneal propter extenu-
ationem corporis superflua ut infra dicemus Nocent
preterea motus membrorum in florum Res uero iuuantes
sunt quatuor. prima est euacuatio materie a cerebro.
2a diuersio eius ad nares. 3a est adequatio materie
et a prohibitio fluxus ad pectus Euacuatio fit cum
pillulis cochiis famosis quas dicemus cum de debilitate
stomachi cum de empiicis loquemur Verum nõ humor e-
uacuatio propter ptisim sed propter catarrum et propter premissa digestione
materie cum melle ro colato et sirupo acetoso composito
quodcumque ex eis posito fuerit uel plura ipsorum et oportet
ut potetur humor sirupo septem diebus assiduis in aurora
dando ʒ ij cum aqua decoctionis ysopi liquiricie cubebarum
inter fimustitate et similium ducentur ulterius ad caput
et hiis diebus calefiat omni mane caput eius
cum pannis calidis usque senciat penetrare caliditatem
ad interiora facta vero purgatione fiat omni septima
semel euacuatio cum clisteri attractiuo et ierapigra
dissoluto cum in melicrato et decoctione ruthe et maio-
rane nisi venter esset per se solutus Diuersio aut materie
ad nares et ad alias partes corporis sic fiat fiat p-
mo caputpurgium cum hoc sit clarius et expertius cum
pillulis de castoreo dissolutum in succo rute que sic
fiunt Rx castorei opii croci ʒ ʒ piretri eufor by el-
lab; inabatematis leuco piperis inguisse stasi-
sage epithi spica ana ʒ i conficie cum succo blete et
redigatur in formam piperis et oportet ut corpore iacente
supino naribus sugant vehementer et post hoc ore ap-
to et facie conuersa dimittatur sic egredi omnino post
illud ro. sternutatio omni die in ieiunio cum sterni st-
mutatio Rx castorei condisi cubebarum ros masticis
piperis longi ana partem i musci p x et item super
caput ponantur pilis abrasis rubificatiua sic
emplastrum de sinapi et melle et stercore columbino
et sale quod teneat omni nocte. primo tamen calefa-
ciendo caput cum pannis calidis antequam emplastrum
apponatur Cum aut vadit dormitum fiat ligatura-
ras fortes circa brachia et crura Quod si omnia ista
contulerint fiat cauterium in capite commissuram Ad-
equatio materie fit cum odorationibus euaporabilibus
et inunctionibus Odoramenta sic fiunt Rx storacis
calamite laudani ana partem i ligni aloes vmcf
ingelle cubebarum nucis ana p iiii fiat pomum cum
cera et pice sufficientibus ad conglutinationem E-
uaporationes fiunt cum milio et sale et stercore colu-
bino facte circa caput propter frigido. si vero cum eua-
poratio vigilias induxerit fiat sompnum cum ligno aloes
et ~~stercore~~ storace et calaminta et cum predicta me-
dicina Vnctiones aut fiat circa tempora et testiculos
cum oleo camomille et oleo de lilio et consimilibus
desiccantibus et caput eius epithime cum cocto
spica mirra et pauco castorei cum subtiliter et olo
ro. dissolutis. Prohibitio aut fluxus completur sic
rebus sed gargarismate suffumigatio retinetur in ore
odoratis gglutinatis et hiis que labuntur Gargaris-
mata fiunt cum vino decoctionis olibani aut sanda-
race aut masticis aut draganti fiant etc formice
prout auellane ex eis cum quibus fiat suffumigatio

Vel fiat suffumigatio ex storace sicca et olibano et xilo
aloe et sandaraca simul mixtis Retenta in ore sunt
℞ olibani draganti mirre croci spice storacis mastici
ana ptem vnam opij tantum vni ex ptibus fiat ex eis for-
me similes lupinis et teneant in ore per quod distillat
saliua catarri Odoramenta sunt ℞ ligni aloes boni
et electi ptes vj gallie muscate ptes 3ª ambre bo-
ne ptes ij musci parte j fiat ex eis pomum cum
glutino draganti et odoret Unc lambitiui et deglu-
tiant sunt ℞ thuris mastici ptem j mirre opij
croci ana ptes vnius tercia storacis liquide ℥ j fiat
pille et administrentur et hec omnia sufficiant de prima
pte cure catarri principalis que fuit circa remotionem
cause catarri Videamus consequenter de sca que
est vlceris curatio non pt fieri nisi sanies mundificata
Opz primo mundificatiua catarrum et saniem pmittere
ad saniem aut et catarrum educendum ex pectore inter
sunt medicine sequentes syrupi electuaria trociscj et pille Syrup
sit huiusmodi ℞ liquiricie ʒ ij capill ve ʒ j ysopi sicce
ʒ j ℥ pice sup illud quartas iii aque et mitte per diem
et noctem Deinde coquatur ad medium et pcolatur
sup illud mel zuccarum et penidiorum omnium ana ℥ viij
lique rosarum ℥ vj et ℥ Et cum aqua zucca uel aqua
fenicul administretur Electuarium huiusmodi ℞ pinus al spodij
sem lini torrefacti croci amigdalarum dul ana ℥ iij amidi
draganti gumi arab sem citoniorum sem citrullorum ana
ʒ v cucumerorum nastorum sem bombacis amigdalarum amararum fa-
barum ana ʒ j ℥ penidiorum ʒ xxx dissoluantur penidi-
dij in aqua fortiter et coquatur et confitiantur cum eis
res pdicte dosis ʒ ij cum aqua mellis Pille sunt
pillule bikikie dempto addito ysopo in eis quas inf-
dicemus Ad ulceris aut consolidationem cum tempus af-
fuit quod erit mundificato ipso a sanie pnt fieri qua-
remedia scilicet mellicratum potibus confectio et suffumigium
Potibus fit ex pulmentis supradictis Mellicratum fit
ex sem draboli ar et terre sigillate amidi draganti
ana ptes equales bulliat cum aqua et melle et
fiat ex eis inficiatur Dosis ʒ ij cum aqua decoctionis
passularum Confectio sic fit sic dracontium mixtum
cum atanasia Suffumigium cum traiectorio huiusmodi
℞ arsenici pipis ana ptes equales ex eis fore
sint auellane cum albugine oui Restat modo
modo de 3ª principali s. de remotione accidentium possi-
bilium concomitantium hanc egritudinem et sunt multa
s. febris consumptio corporis totius fluxus sanguinis per
sputum fluxus ventris constrictio ventris difficul-
tas anhelitus debilitas digestiue et appetitiue
febris aut si superuenit et consumptio corporis totius
curatur cum dieta humida et cum exhibitione lactis asinini
uel caprini Modus aut traditur a G vij de inge-
nio sanitatis et ab Auic 3º can fen 1ª tract ca 6
de cura vlcerum pectoris et pulmonis quem plene
scribemus cap de febre ethica si deus voluit ut in
put mine sufficiat premittatur balneum aque dulcis
Deinde cum exierit detur lac ad potandum usque ad
v uel 6 ʒ Et vngatur totum pectus et dorsum cum
huiusmodi vngento ℞ populeon ptes ij butiri recen-
tis ptem vnam incorporentur simul cum oleo ro uel aq
ro uel oleo viol aut inungatur aliquo solo ex eis
si pdicta singula non habeantur uel fomentetur cap-
ut pannis mollibus infusis in lacte recenti et
cum huiusmodi ℞ mucilaginis psilij mucilaginis dra-
ganti et sem citoniorum olei viol lactis ana ptes equales
et pr cum calucerit item cum videtur lac esse digestum quod

forte potest esse transactis iij uel iiij horis post assumptionem
lactis Aliquando tamen si vellemus augere stricturam cum lacte
oportet miscere puluerem tamarindorum adustorum et ysopum
Et ne febris augeatur per exhibitionem lactis tunc non detur
lac nisi ex quo detractum est butirum fiat epithima
sup epar ℞ sandalorum ro absinthij salax jam ptes
ij spodij ptem vnam camphore pte ℥ bulliat hoc totum
in tribus ptibus aque et pte vna aceti et epithime epar
cum pecijs infusis et aliquantulum expressis tepidis Caueat
tamen ne tangat diafragma quia propter frigiditatem inducerent
maliciam anhelitus spasmosam et epithima aliud fiat sup
cor ℞ sem ro buglosse borage ana ptem vnam marga-
ritarum ptes ij bulliat semina pmo in xij ptibus aque ro
et pte vna aceti et post hoc addantur margarite et in
ipso tepido pecie intincte de sindone uel scarleto stre-
que ponatur sup cor Cauendum tamen semper ne fortissime
maliciam anhelitus inducant sup causam dictam tunc
cum remoueatur et fiat inunctio cum croco et butiro et
detur pdictus syrupus sicatiuus Detur pterea electuarium confortatiuum
vatiuum de testudinibus quod sic fit ℞ liquir ros zucca
ana ʒ ij draganti gumi arab ana ʒ j floris vue agresti
ʒ ℥ spodij ʒ ℥ succi liquir amidi sem portulace sem lactuce
sem scariole ana ʒ ℥ gariofili ʒ x cinamomi ʒ j ℥ storacis
ana ʒ ij croci ʒ j penidij ʒ ij ℥ melonis cucur citrulli cucu-
ana ʒ j sem citoniorum ʒ iij amigdalarum pinearum sebesten ana ʒ j
sem malue fistularum ʒ ij confitiatur cum syrupo ro et vtatur
qui voluit hoc modo Si aut vis ponere testudinem
decoquatur testudo bene et proiciatur piste et exprimatur
et ponatur colatura sup rebus pdictis et potetur syrupus
ro si venter sit solutus sed syrupus viol si fuerit constipatus
Item pt fieri vestis quedam de cuio subtilissimo albo
continens pectus et dorsum que tota pungatur cum mu-
cillaginibus pdictis et eam ipsum teneat in dorso post
exitum balnei pdicti Ad tumorem aut pedum si super-
venit fiat ablutio de nocte cum vadit dormitum ex a-
qua decoctionis salue et camomille Ad fluxum au-
tem per sputum uel aliam regionem fiat trocisci huiusmodi
℞ terre sigillate ʒ iij boli ar ro ana ʒ x carabe cucumerorum
mirti ana ʒ xv coralli spodij sang dra lapidis emathitis
ana ʒ v gumi arab succi liquir ana ʒ vij confitiatur
cum succo portulace et aq ro et fiat ex eis trocisci
ʒ j de quibus bibat vnus cum aqua tritici uel aq plan
Caue tamen ne per stipticitatem prohibeatur sputum omne uel
fiat difficultas sicandi superflua ymo quod si hoc vides
statim redi ad sicatiua pcedat ut sic fiat vtilissima
vlceris mundificatio et sanguis restrictus Ad flu-
xum aut ventris si contingat fiat trocisci qui restringes
ipsum ℞ gumi arab spodij boli ar sem mirti ana ʒ j detur
in die de ipso ʒ iij de syrupo de papaue uel syrupo ro uel
ros mirtino pona in lacte eius zuccarum modicum ex tu
epis pori quia siccissimum est Si aut uel non lenitur
sed est stipticus tunc multiplicatur sal in lacte uel lenia-
tur syrupo viol in quo dissoluatur manne uel cassie ʒ ℥
Ad difficultatem anhelitus fiat inunctio cum butiro
circa pectus in quo si uis poteris adde aliquid croci pre
confortationem cordis uel inungatur pannus subtilis et
lana cum butiro et pectori supponatur et vtatur ambobus
medicinis supradictis sicatiuis pponendo ptinet stipti-
cas et vtatur sic te decet ex quotienscumque aduenerint simul duo
accidentia contraria ut fluxus sanguinis et difficultas anhelitus
tunc oportet ptinere intendere fortiori et quod magis timetur
relinquendo negligendo donec primum mitigetur Item si
contingeret ambo simul equaliter augmentari tunc eger in
termino mortis est quare pnostice relinquatur Ad debili-

digestione stomachi fiat suffumigatio panniorum cum ligno
aloes et mastice vel thure combustis super carbones et
supponatur stomacho actu calide et deferat assidue pulvi-
nar parvum de plumis super ventrem Ad confortationem
appetitus fiat aliquod epithima stomacho ex rosis mastice et
absinthio et vino citoniorum bulitis in aqua et modi-
co aceti vel ungatur stomachus ex oleo citoniorum et o-
leo masticis et modico pulvere gariofilorum mixtis et ca-
lefactis posite in vase duplici **Experimenta** Licet
intentiones in cura ptisis sint diverse prout in canonibus di-
cemus precipue tamen est intendendum cum catarrum constringendo
cum stipticis et cum ulcus mundificationem cum siccativis
Pille bechici ad siccandum sic fiunt ℞ succi liquiricie
zucari ana ʒ x amili draganti amigdalarum excorticatarum
ana ʒ v informentur pille et teneat una sub lingua
et deglutiat eius saliva quia siccare faciunt Pille
siccative ad catarrum sic fiunt ℞ mirabolanorum storacis
draganti olibani masticis seminis rose cinnamomi granatorum et
balaustie opii ana partes equales informentur pille ad mo-
dum lupinorum ex quibus una vel due patienti dentur
et assumantur cum musilagine seminis citoniorum in sero quando est
vadit dormitum quia catarrum stringunt Electuarium
preterea sublime ad consolidationem cuiuslibet ulceris pectoris
et pulmonis et ad eius mundificationem sic fit ℞ suc-
ci liquiricie ʒ x ysopi sicce capilli veneris siliquorum seminis urtice
yreos ana ʒ v seminis feni ʒ iiii pulveris pulmonis vulpis
sicci pulveris plantaginis sicce ana ʒ x rosarum rubearum siccarum
℥ i pulveris cancrorum adustorum ʒ x v coralli spodii
ana ʒ v mellis rosarum quod sufficiat conficiatur et fiat e-
lectuarium mel aut cole teneatur in ore ut lambendo
descendat Confectio trociscorum de pinee qui sunt
valentes ad mundificandum ulcus a sanie et ad conso-
lidandum talis ℞ seminis pinearum al medulle seminis cu-
et citrulli ana ʒ x amili draganti gummi arabici succi li-
quiricie ana ʒ ii mirre cinamomi opii ʒ i fiat trocisci
cum rob de vino et sit uniusquisque ʒ ii sumatur unus
mane et sero cum rob de mirtis Ex confectionibus preterea
similibus ad mundificandum ulcus per siccativum similiter et
consolidandum atque catarrum restringentibus est dyadra-
gantum famosum usitatum quod est lenitivum caliditatem
infrigidativum cum stiptice acacia infixa Sed ex mundifi-
cativis et delectabilibus et precipue in corporibus debilibus
delicatis est dyapenidion queadmodum ex siccativis
fortibus acutis et precipue cum accidit asma ex sputo re-
tento est dyaprassium et dyacalamentum et dyaireos ex
quibus lambat frequenter quod si quoque per huiusmodi sputum
superfluit vel sanies exierit cum sputo absidendum est
aceris penitus et intendendum restrictivis Suffumigium sub-
tilians sputum grossum in pulmone sic fit ℞ aristologie
ro mirre storacis thuris ana ℥ i arsenici rubei ʒ iii fiat
pille cum butiro vaccino ad modum avellane et cum
tussis fuerit difficilis et sine sputo ponatur una super
carbones et fumus ore capiatur In ptisi preterea medica-
et cuius ulcus est recens ita quod adhuc expuunt saniem sicut
fit flebotomia incidens a principio de vena media vel basilica
si virtus et etas consenserit vel ventosatio in natibus sed
non in spatulis ne fortassis pectus attrahatur similiter
et super adiutorio circa cubitum sive scarificatione In ptisi
similiter si venter restringatur sicut fit clistere lenitivum dandum
est de frenesi et si nimis fuerit potest laxari cum ℥ i ma-
ne vel ℥ i medulle cassiefistule dissolutis in aqua de-
coctionis ordei vel prunorum sed non dentur medicine acute
quoniam attraherent saniem et augmentaret ulcus nisi forte
cum predictis duobus ponere recubat ʒ s in sirupo vel
ʒ ii in infusione quia licet recubat attrahat sanguinem
propter vim infrigidat per accidens ut coloniam educendo
Cibus mundificativus et consolidativus est sumendus se-
per in ieiunio hora maioris quietis et precipue si non sit ibi
complicatio febris putride lac recens asine vel capre
cum zucaro in quo sit aliquid thuris vel sandali rubei
vel zucaro rosaceo veteris Sed cibus nutritivus et consolidativus
conficitur si ponantur pisces vivi de aqua bona ca-
pti vel pisces parvi petrosi in lacte recenti caprino
vel in aqua ordei donec repleantur deinde in eodem
lacte coquantur et comedantur vel si potest lac re-
cens coagulatum cum calibe ignito Similiter et si pul-
tes ex farina ordei vel rizi vel simile cum amili
conficiantur cum eodem Sed cibus nutritivus mundifi-
cativus et consolidativus est lac capre pascentis herbas
frigidas et ferrum bonum cum bibitur recedendo atque calidum
ex mamilla per se sine omni addito et precipue in ieiunio vel
hora maioris quietis si stomachus in ipso delectetur
neque febris putrida complicetur quod in lacte sicut sua
reperitur forma quidem ferre frigida humida de natura aque
quare mundificat et abstergit et licet aliqui dicant quod
sit calida et sicca intelligunt potest ei comisceri coa-
gulum sicut accidit in sero ex quo caseus est ex-
tractus Sed calida vero butirum sed calida et humida quapropter
incarnat et tertia casiola facta sicca quapropter consolidat
predicte Ex confectionibus similibus est zucarum rosaceum
est mixtum ℞ succi rosati ℥ i carabe margaritarum
non perforatarum ossis de corde cervi sandali rubei ana ʒ ii masti-
cis croci opii ana ʒ s misceantur et de ipso sumat omni
sunt abhominatio cibi et reiectio ipsius cum cachinno et conturbatio faciei et oculorum cum cibus presentatur et si cogatur ad eius sumptionem forte advenit ei vomitus. Signa fastidii sunt signa nausee sed differunt quia in nausea est acrior difficultas in retinendo quam ingluviendo, sed in fastidio est econverso. **Methadus**. Cura prostrationis appetitus a causa calida est ut utatur oxizaccara vel sirupo rosato ante cibum cum aqua frigida vel vino granatorum vel berberis vel agresta vel aceto cum cibo. Bibat vinum ponticum limphatum. Utatur sompno et quiete post cibum et ante sumat sepe zuccarum rosarum vel diaprunis si venter sit obediens; si autem sit stipticus sumat sirupum violarum vel zuccarum violarum. Vini superfluus usus sirupi violarum prosternit appetitum. Si autem sit cum quolibet vicio digeratur et evacuetur colera et fiat vomitus si sit possibile sicut diximus capitulo de debilitate digestionis patiens de causa calida cum materia. Et fiat ceratum quod super os stomachi. Recipe masticis ℥ iii cere ʒ s. olei rosarum ℥ ii dissolvantur simul et extendantur super corigio albo molli et aspergatur cum aceto et ponatur super os stomachi. Et potest addi mirra quia valde excitat appetitum et penetrare facit. Cura prostrationis appetitus a causa frigida est ut sumat omni die in ieiunio et sero cum vadit dormitum diatrionpipereon, diagalanga, diazinziber, diacitoniton cum melle et speciebus. Comedat carnes pullorum vel avium parvarum silvestrium assatas potius vel elixas conditas cum speciebus calidis acutis. Utatur saporibus vel sinapi vel condita vel melle vel alleis et cepis. Bibat vinum purum et optimum. Excitetur semper in ieiunio nec dormiat in die. Et si sit cum aliquo vicio digeratur flegma et evacuetur sicut diximus capitulo de debilitate digestionis patiens de causa frigida cum materia. Et post purgationem fiat ceratum super os stomachi istud. Recipe mirre bdellii masticis ana ʒ ii terantur subtiliter et misceantur in cassola cum ʒ ii olei mastichini vel nardini et ʒ s. cere et extendatur super corigio albo molli et aspergatur cum aceto acutissimo cum infrigidatum fuerit et ponatur super os stomachi. Balneetur in aquis calidis stipticis sicut sunt aque ciatarum vel aque decoctionis absinthii calamenti origani et potius in ieiunio. Cura prostrationis appetitus propter lesionem virtutis venientis a cerebro est ut confortetur cerebrum cum electuariis aromaticis ut est dyanthos cum musco, dyamuscum, dyamargariton, dyaplis, arthocodo et abluatur caput cum lixivio vel aqua decoctionis absinthii salvie mellilotii florum camomille rosarum et capillorum. Odoret confectione pomum confectum ex mirra laudano et musco. Comedat testes assatos [illegible], bibat vinum rubeum stipticum limphatum. Desedeat super scutum totum calidum dictum in causa frigida, suffumigetur cum storace, stacte vel thure, si est sine materia. Cura prostrationis appetitus propterea quod epar non attrahit rem pluvinam est ut fiant omnia operientia epar et cibum penetrare facientia. Sed est potus vini albi subtilis potentissimum de quo modicum detur in ieiunio. Et balneetur ante cibum sed cum fricatione levi et exercitium similiter. Et omnia que calefaciant et aperiunt eius opilationem, ex quibus oximel compositum vel dyacalamentum vel dyatrionpipereon, vel decoctio que sic fit. Recipe seminis radicis ameos anisi apii ana ʒ s. pistentur et bulliantur in lib. ii aque donec ad unam redeat. Coletur et in colatura ponantur ℥ iiii zuccari et bulliantur iterum aliquantulum et iterum coletur et detur de isto omni mane ℥ i cum vino albo subtili quia aperit opilationes epatis

et splenis et confortat eorum virtutem attractivam vel cum mixto tali si epar sit calidum. Quare confert hictericiis et epaticis de calida causa cum opilatione. Recipe cicere sandali ℥ s. reubarbi pulverizati ʒ i vel ʒ ii incorporentur insimul cum sirupo violarum vel sirupo acetoso quod sufficiat et detur calidum ante diem quia purgat coleram. Exopilat epar calidum. Vel fiat sic: Recipe oximellis squillitici quantum volueris et da cum aqua decoctionis endivie lactuce absinthii cicoree spodii squinanti omni mane ante diem et sit de sirupo ℥ i et de aqua ℥ iii vel ℥ iiii; si volueris acuatur de ʒ s. in ʒ iii cum ʒ i reubarbi pulverizati. Istud enim medicamen aperit epar et infrigidat potenter. Vel cum mixtura tali in causa frigida. Recipe cicere mathe ℥ s. distemperetur cum vino calido vel aqua decoctionis anisi feniculi masticis. Et ad hoc etiam valet diacurcuma quam dicemus capitulo de ydropisi data cum oximelle vel melle rosato. In causa autem frigida misceatur predicta cum sirupo quam electuaria sicut est ista mixtura. Recipe camfandani rosate novelle diarodon abbatis ana ℥ s. diacitoniton diatrionpipereon dyacalamentum ana ℥ s. misce. Super epar fiat emplastrum appetitum procurans. Recipe sandali rubei ℥ i, spice, calami aromatici, rosarum ana ℥ s. olei masticini, olei rosarum ana ℥ ii aceti ℥ s. farine ordei quod sufficiat ad inspissandum. Pulverizata et cribellata misceantur insimul et fiat emplastrum calidum super epar. Sumat sepe in ieiunio drachma de tyriaca veteri cum vino calido. Fiat etiam post evacuationes epithima super epar quod fit sic. Recipe endivie absinthii plantaginis rubee tincture rosarum sandali spodii squinanti berberis cappares ana partes equales. Bulliant omnia in aceto citoniorum et in decocto illo infundatur filtrum recens vel pannus lineus triplicatus et ponatur super epar. Actu calida aperit eius opilationes in omni causa. Utatur cibis subtilibus, in ferculis conditis cum speciebus calidis acutis si caliditas epatis non prohibeat. Bibat vinum album forte vel vinum album limphatum cum aqua decoctionis seminum calidorum vel frigidorum secundum quod oportet. Cura nausee et fastidii propter materiam frigidam est ut digeratur et evacuetur flegma grossum cum medicinis dictis cum vino calido et potius diagalanga et diacitoniton cum melle et speciebus. Super stomachum ponatur ceratum tale. Recipe masticis thuris boli armenici ana ℥ i terantur et misceantur cum aceto acutissimo penetrativo et incisivo et bulliant tamdiu donec totum spissum fiat tunc extendatur super corigium album molle. Cura nausee propter debilitatem virtutis stomachi et eius retentive est eadem cum illa que dicta est capitulo de cura male digestionis patiens de debilitate stomachi. Parum et sepe comedat et cibos calidos urgentes ad situm conditos cum speciebus calidis non acutis. Bibat vinum rubeum dulce vel stipticum sed parum pro vice et sepe. Utatur diacitonito cum melle et speciebus ante cibum. Sed sine speciebus vel zuccaro rosato post cibum, et in saporibus suis ponat vinum granatorum vel berberis vel acetum ut provocent appetitum sed ponantur raro vel in parva quantitate ne stimulando os stomachi provocent vomitum. **Emperica**. Scias quod sicut experimentum et ratio testantur preter causas quatuor prostrationis appetitus predictas sunt adhuc tres alie. Prima est totius corporis repletio velut accidit gulosis et ociosis. Et cura eius est flebotomia basilice et moderatio cibi et potus et motus et exercitium in ieiunio. Secunda est densitas porositatis propter quod parum resolvitur a corporibus eorum. Et signum eius sunt duricies cutis eorum et longitudo tollerantie famis sine multa lesione. Et cura eius est balneum in aqua decoctionis florum camomille furfuris lavatis cum fricatione levi diuturna et sudore plurimo ante cibum

et exercitium et labor in ieiunio. Similiter et usus ciborum
subtilium de facili resolubilium sicut sunt uva et olera
et pulmenta de farina avene. farri vel ordei Tertia
est opilatio vene procedentis a splene ad os stomachi
defendentis micam gutture perfluente et appetitum excitante
per totum et signa eius sunt quia non sentit famem quan-
tumcumque cibum differat. et est in eo privatio omnium alia-
rum causarum inducentium prostratorum appetitus. et si come-
dat bene digerit cibum licet non famescat Et cura eius
est confortatio splenis et exopilatio eius ut dicemus suo
capitulo et assiduatio ciborum acetosorum sumptiorum ut multi
conveniunt sicut sunt lentes agresta acetum sumach pedes por-
cellorum et conditi cum aceto sale et speciebus actu frigidis
et quandoque usus calidorum acutorum ut sunt cepe allea sinap
porrum piper. quia malitia non naturalis fit quandoque per adustionem
quandoque per congelationem Sed malitia naturalis fit solum per cibum
grossum chimum generantem sine excessu vel defectu caloris
digestive quae est fex masse sanguinis ut dicit primo can-
sen primo capitulo inveniens masticatione et vix omnia que
excitant appetitum cum morditatione pauca sunt convenientia
in hoc ut sunt carnes asse condite cum acetosa succo
vel trifolio vel berberis vel vino granatorum et ad omnem
prostrationem appetitus cum febre vel sine febre confert cibus
factus ex extremitatibus porcellorum et castratorum vel vitu-
lorum decoctis perfecte in aqua pluvia vel modico addita
menta et raphano et petrosilio faciendo ex ipsis gelati-
nam de quo detur ii boli vel iii actu frigidi ante cibum Simi-
liter et sapor factus ex succo acetose vel trifolio conditus cum
aceto et pulvere cinamomi inspissatus cum vitello ovi assi
addito succo porri vel petrosilini si febris vel dolor capitis
vel tussis id concedat Similiter et succus granatorum et
specialiter acetosorum conditus cum pulvere cinamomi sumptus
ante cibum cum mica panis Similiter et succus piri sapidi
parum acetosi de quo parum comedat ante cibum omnem et
ipsum mordeat cum inglutitione salive Similiter et coctanum
assum et infrigidatum in vino pontico vel succo berberis
vel succo granatorum Item emplastrum ad idem Recipe thuris ma-
stice ana ℥ ii boli ar ℥ i dragaganti ℥ ii succi mente
℥ iiii conficiantur cum pane asso et pone super os stomachi Item in cibo
addatur menta et in potu succus mente Recipe unguentum os stomachi
cum oleo masticino et oleo rosarum et oleo violarum et oleo mirtillorum
actu calido Item epithima ad idem Recipe aroma metagrana
mirti coquatur in aqua rosarum et aceto perfecte et pecie li-
nee imbibantur in illo calido et ponatur sepe in ieiunio super
os stomachi. et si sit cum causa calida. adde rosarum et plan-
taginis et pira pontica et mala maciana Item sacculus
ad idem. ponatur menta absinthium rosa salvia plantago
in sacculo lineo subtili et fervent in vino et aceto
vehementer et calide ponatur super stomachum in ieiunio reite-
rando frequenter cum infrigidatum fuerit. vel si fuerit cum plu-
rima caliditate possunt addi balaustie et cortices gra-
natorum et cupule glandium quae cum sit confert in vo-
mitu Item spongia infusa in vino forti decoctionis
ana cardui mastice ana actu calidis confert ad prostra-
tionem vomitum et in digestione. et in capitulo de debilitate diges-
tionis passio de empiricis descripsimus sufficienter ampla ele-
ctuaria recepta sublimia ad prostrationem appetitus quo-
quomodo Confert preterea pone ventosam amplam sine sca-
rificatione super os stomachi sine vehementi attractione
quia retentiva stomachi confortatur et specialiter cum alie medicine
non conferunt omnino et premisse evacuatione et specialiter
ne sit timor attractionis apostematis in loco Cotum ibi

sublimine Recipe laudani ℥ ii cinamomi capi folii calami
aromatici foliorum mirte ana ℥ iii rosarum ℥ ii cere ℥ s
olei masticini ℥ i teratur tereda et commisceantur
cum laudano oleo et gummis dissolutis in vino re-
sumpto et incorporentur perfecte ad ignem et extendantur
super corigio et tegatur cum panno lineo subtili et po-
natur super os stomachi Item confert limphae vini
cum aqua sumpta sicut est aqua pluvialis vel aqua
decoctionis mirtillorum et plantaginis et rose Ca-
non Multos canones scripsimus capitulo de debilitate
digestionis convenientes presenti capitulo quia omnis mala digestio-
num antiquata et perdurat perducit ad prostrationem appetitus
et nauseam ut in cachexia plectoria et discrasia et sto-
thomia Item omnis prostratio appetitus subito veniens
et cito recedens est ut plurimum a causa calida, sed mo-
rosa perdurans est a frigida Item que est a causa frigida
est ut plurimum cum materia, sed que a calida est ut plurimum
sine materia frequentius i veniens non generatur in stomacho materia
specialiter diminuendo diete grossitiem et crapulam. quando preter
mediocritatem nisi sit cum febre **Pronosticatio**
Prostratio appetitus proveniens ex lesione membri a cerebro
venientis difficile curatur ut dicit Rasis nisi forte a principio
et ante confirmationem Similiter et si proveniat ab opila-
tione vene procedentis a splene nisi forte a principio
et cum adhuc est dispositio sine confirmatione Item prostra-
tio appetitus a causa frigida periculosior est quam a
calida quia sit fortiorem fit atque magis perdurante
Item si in egritudine aliqua fuit appetitus prostratus
et subito post quam eger plurimum cibum sumpserit sine
animi subversione vel nausea omnino non precedente eti
alleviatione que fit per sudorem exuberantem vel vo-
mitum vel egestionem. mortale. quia cerebri lesionem
et virtutis sensitive mortificationem demonstrat Unde ypo-
crates 2a particula amforismorum Quicumque dolentes aliqua
corporis dolorem corporis non sentiunt his mens egrotat
Sic namque videmus quandoque freneticos gulosos Item
prostratio appetitus remanens post crisim fit recidivam
et convalescentia non venit. redi igitur ad digestiones
et evacuationes illi materie convenientes Item prostratio appe-
titus remanens in omni egritudine et specialiter cronica mor-
tem fit quia virtus non potest longa pugna tolerare sine
cibo Unde ypocrates 2a particula afforismorum in omni egritudine con-
fortare mentem et ad oblationes bene se habere bonum contra-
rium malum Item si quis convalescens ab egritudine mul-
tum cibum cum appetitu sumat in principio convalescentie
et corpus post eum non confortatur recidiva fit et indigestionem
et stomachum fecit cum materia acetosa, sed si in principio conva-
lescentie habuit appetitum modicum et in processu gra-
datim augmentatum veram salutem permittit Unde ypo-
crates ibidem plerumque omnes male egritudines secundum principia quod re
Item melius est egrum refici pauco et aliquantulum
peiori cibo cum appetitu et delectatione quam plurimo
et optimo preter appetitum Unde ypocrates ibidem paulo deterio-
ribus et potus et cetera Et in tractatu regiminis acutorum mala
namque dieta cibi vel potus que secundum simile fit et cetera Ca-
dit stomachum delectatio in cibo corrugatur super ipsum et velut
amicus super amicum ut ibidem ait Et in commento quod si
cibus eschoruerit distendit atque delectatio velut fugiens
quae surgit vomitum fastidium et ructus inflammatio
ventris quod que indigestorum elevat maligna **Capitulum 3m**
De appetitu extremo
Cum quis appetit cibum ultra modum post quam saturetur

post comestionem nisi forte brevitate diei hore appetitu caninu a canibus qui nunquam saciantur donec cibum vomere cogantur. Fit quoque de causis: aut propter multitudinem melancolie confluentis a splene ad os stomachi cum materia vel sine materia, propter tamen sine materia et que non fuit ultimata. aut propter raritatem corporis. aut propter exercitium et laborem resolucionem. aut propter consumpcionem humiditatum nutrimentalium corporis totius. sicut fit per ethicis cronicis vel solutorum ventris vel fame diuturnam

Cetadius Signa eius propter melancoliam sunt quod cum in hora comestionis est multitudo egestionis et hec egestio ut plurimum est livida vel plumbea et si non habuerit omni die egestiones copiosas illico generatur et quia fit mordicatio vehemens in stomacho ante cibum ita ut non vallet quin comedat. Et cura eius difficilis quia ut plurimum hec causa est ex generatione. curatur tamen secundum quod melancoliam digerendo et aperiendo vias splenis cum oximelle composito et aqua decoctionis prunorum sene epithimi per xi dies post ea purgetur cum aliqua medicina dicta capitulo de perturbatione virtutum sensitivarum paragrafo de melancolia et melancolia naturali et propter cum pillulis et fiat vomitus si est possibile et si sollicitudo sit carnosa sanguinetur basilica lateris sinistri in brachio vel manu. alias non nequaquam et comedat cibos pingues unctuosos sorbiles et propter carnes porcinas recentes. similiter et malvas et brodia ex eis et atplice et sclarum coctas et conditas cum lardo et butiro similiter pultes ex amilo. bibat vinum album dulce subtile et sepe in principio cibi quia potus conferunt appetitui. Unde ypocras 2a particula afforismorum: Potus indigentia solvit consensu cibus secundum indigentiam non secundum appetitum. post quoque ventosas super splenem propter dolorem. Evitet cibos generantes melancoliam ut est vinum rubeum carnes salsa dura bovina vel ferina aceto agresta acetosa lentes et similia. Signa eius propter frigiditatem stomachi sunt quod egestio est maior vel equalis cibo liquida flatica et singultus et eructuatio et rugitus et sitis modica propter frigiditas oris stomachi et quod iuvatur a calidis cibis nocetur a frigidis. et si fit cum materia est multitudo salive et sputi et defugiat cibos aspros [?] salsos duros licet eos digerere non possit quoque et fit nausea vel vomitus flaticus si materia extrenit et cum consumitur appetitus. Et cura eius est dicta capitulo de debilitate digestionis paragrafo de causa frigida. et oportet ut confortetur stomachus et relevetur cuius [?] privus quam accidat bolismus. Signa eius propter raritatem corporis sunt quod egestio est modica licet comestio sit plurima et est ut plurimum sicca adusta et mollicies cutis corporis cum subtilitate et multitudo sudoris tempore estudinis et quia cibo leditur ab aere frigido vel calido et balneo in vento. Et cura eius est ut habitet in aere frigido et balneetur in aqua frigida in estate frequenter et ungatur corpus cum aqua rosarum vel oleo rosarum cum cera inspissato. Utatur cibis grossis acu humidis ut penetrare possint velut sunt carnes vaccine castrative arietine asse vel elixe condite cum agresta vel vino granatorum vel sumach et quoque cibis viscosis si non timeat opilatio epatis et mesaraicarum ut est caseus recens extrema porcellorum panis de simila vel azimus et pulmenta de farina frumenti condita cum lacte vitulato. bibat vinum rubeum grossum dulce. Signa eius propter laborem et resolucionem sunt antecessio laborum et exercitii. et quia si non datur cibus post famem vehementem advenit ei sincopis. Et cura eius

est ocium et quies omnino et usus nutrimentorum bonorum conditum cum speciebus aromaticis non acutis et oportet ut prohibeatur a sompno omnino ante cibum similiter et a balneo quoniam hec sompnus facit [?] quemadmodum balneum virtutem debilitat et corpus calefacit [?]. postea fiat omnia dicta de raritate. Signa eius propter consumpcionem quorum et humiditatum nutrimentalium sunt extenuatio corporis et antecessio egritudinis cronice sicut est febris ethica vel febris de flate [?] et multitudo evacuationum sive fuit per sudorem vel stomachum vel fluxum ventris vel vomitum vel menstrua vel emorroides vel apostema curatum [?] vel similium [illegible] efficientur laxativus. Et cura eius est eadem cum illa que fit propter exercitium et laborem. Sed oportet ut detur cibus sepe et parum donec corpus restauratur et vinum dulce rubeum bibat vel claretum vel metatur cibis boni chimi ut sunt carnes pullorum et edorum et avium parvarum silvestrium vel aquaticarum et ova sorbilia recentia similiter et vina aromatica ut bona massa sanguinis regeneretur. devitet fructus et olera et omnia similia putrescentia. **Pronosticacio** Appetitus caninus in convalescencia cum bonitate [?] confortationem virtutis et resumpcionem corporis significat. sed in convalescentibus convalescentia non cum statim frigidum cum materia vel sine materia recadiva fit. Per hoc igitur ad digestionem et evacuationem flatus acetosi et calefactionem stomachi. Item appetitus caninus in corporibus crapulosis ad indigestionem et lienteriam et ydropisim et colicam finaliter perducit. Item dicit ypocras 2a particula afforismorum: Si ex egritudine cibum accipiens non convalescit significat quod corpus ampliori cibo utitur. si vero cibum non accipienti hoc fit scias quod corpus evacuacione indiget. Idem in eodem: Ex egritudine [illegible] virtutis [illegible] vel adde corpus malum [illegible] virtutis nutritive [illegible] cum appetitu sinthomatico durat

Capitulum quartum de bolismo

Bolismus est fames sive inanitio membrorum cum fastidio et prostratione appetitus propterea quod stomachus et membra sunt in contraria dispositione. Quapropter manifestum quod bolismus et appetitus caninus passiones sunt omnino contrarie. Fit autem tribus de causis. Prima est nauseativa sacietas stomachi cronica cum indigestione propter quod repletur stomachus superfluitatibus crudis flaticis non potentibus nutrire corpus neque rectificatis ab epate quare marcescunt membra et vene sicut accidit bibulis et gulosis [illegible] corpus extenuatum et ventre inflatum cum subtilitate [illegible]. Secunda est frigiditas ambiens corporis et constringens vias a venis et membris ad stomachum et intestina sive frigiditas sit a causa extrinseca velut accidit ambulantibus in aere frigido. sive intrinseca ut in complexione flatica et ydropisi et huiusmodi quidem bolismum quoque antecedit appetitus caninus donec frigiditas fuit ultimata. Tertia est caliditas circa ambitum corporis colliquans vias et fluere faciens per epar et mesaraicas ad stomachum et intestina sicut accidit acutis et itineratibus in sole calido. Signa bolismi in quo sunt [illegible] venarum et extenuatio corporis cum prostratione appetitus sine causa manifesta et debilitas virtutis ita quod quoque fit sincopis tempore calido vel ante cibum. Si autem fit propter crapulam patet ex narratione infirmi. Si propter causam frigidam precesserit vel sunt febres cronice vel itinerario per nivem et fit quoque vomitus viscosus insipidus vel acetosus et multitudo sputi et salive et [illegible] albe in principio super linguam et color corporis pallidus albus et lividus et urina alba grossa

et egestio alba liquida ventosa et dura si venter sit stipti-
cus cum rugitu ventris et tensione pulsus rarus mollis
parvus debilis nisi fuerit per longum pressum sed et mani-
festum membrorum quando tunc fit spissus durus et sed plerum-
que minorum indignatio propter frigiditatem insultrata. Si-
gna propter causam calidam cum accessit iter in aere calido vel
febre acuta et fit sitis et amaritudo lingue cum siccitate
labiorum et adustione sive nigredine super linguam et
vomitus rei citrine vel viridis amare subtilis liquide
non viscose et sensatio caliditatis circa os stomachi et quod
iuvatur a frigidis nocetur a calidis et eructuatio fumosa
sicca fetida urina citrina subtilis pulsus spissus du-
rus a principio egestio sicca citrina vel nigra nisi ven-
ter sit obediens tunc fit liquida citrina sicut vitellum
ovi. Cura bolismi qui propter gulositatem diuturna est
abstinentia et moderatio cibi et potus et motus et ex-
ercitium in ieiunio non superflue ne membra resolvantur
fiat igitur a principio digestio et evacuatio fecalis et hu-
morum crudorum cum medicinis dictis capitulo de indigestione
paragrapho de causa frigida et dietetur dieta subtili in substantia
vel urgente quantitate ad calidum penetrativum parum
et sepe comedat donec stomachus reconfortetur fiat ce-
rota et unguenta dicta illic. Cura bolismi a causa frigida
est eadem cum ista quod si sit cum febre curetur febris cum digestione
et evacuatione predicta et si virtute ceperint sentire lassi-
tudinem et debilitatem ungatur semel valde cum oleo ro. ca-
lido sine fricatione ne membra attrahantur super membrum debile
non potens eorum cursui resistere et fortassis arthetica indu-
cant. In fine vero confortetur cum unguento marciaton et
agrippa et adipe castorei vel canis vel vulpis ad solem
calidum aut ignem frequenter linendo. Cura bolismi a causa
calida est eadem cum cura indigestionis a causa calida
mali quam supradiximus capitulo de indigestione et ... in ae-
stivo. gaudeat otio et sompno prolixo roret facies et cor-
pus totum cum aqua ro. et ex oleo ro. et cera fiat ungen-
tum super dorsum et pectus bibat sepe in ieiunio oxizac-
carum vel syrupum ro. vel viol. cum aqua frigida utatur pro sapore
vino granatorum vel berberis vel aceto vel agresta quocum-
que modo in causa frigida convenit ut sinapi cum melle et vi-
no acuto veteri puro balneetur post evacuationem in aqua
decoctionis ro. endivie lactuce mirtillorum et post balneum
ungatur cum populeon vel cum aqua ro. vel oleo ro. mi-
xtis cum aceto bibat aquam frigidam vel vinum album ponticum
lymphatum pro medietate et si sit cum febre curetur febris ut
diximus **Experta** Scias quod in cura bolismi nil
melius est quam tenere ventrem omni die laxum per se vel
per artem cum suppositorio vel clisteri lenitivo vel
medicina levi quia purgando tamen curat bolismum et
confortare membra cum unguentis et balneis supradictis
et electuariis confortativis et odoramentis aromaticis
et otio et gaudio Sed nichil nocivus est quam coitus et mul-
titudo repletionis ciborum diversorum et comestio lactis coa-
gulati cum in ventre non mutatur receptum fuerit illico corrum-
pitur in colerico quidem ad fumositatem in flegmatico vero ad a-
cetositatem quapropter fortificat bolismum. Ars aut retinendi
omni die ventrem lubricum cum clisteri lenitivo in febre
et sine febre est hec R. malve bismalve ana m. I furfuris
partem I blete centauree ana m. I bulliantur in aqua
... vel cum lb. I ... illius aque colate et cum ʒ III
... vel olei viol. et ʒ I mellis vel cassie vel tama-
rindorum et ʒ I salis simul mixtis et iterum bulliat et
colatis fiat clistere quod totum iniciatur ante cibum tepide

et si sit cum febre acuta adde viol. lactucas et se-
mina papaveris diminuendo centaureas sed si sit multitudo fla-
tus in ventre adde hermodactilorum colloquintide et agarici
in decoctione vel yerapigre vel benedicte in colatura
sed si sit cum multitudine colere adde cassiam fistulam viol. et
diagridii simplicis vel laxativi in colatura sed si sit
cum multitudine melancolie adde sene epithimi esule
in decoctione vel diapalogon vel diasene in cola-
tura sed si sit cum multitudine ventositatis adde cuthe
cartami polipodii ana ... carvi cimini in decoctione vel
olei rutacei in colatura sumendo in quolibet eorum prout
tibi videbitur. Ars retinendi ventrem solutum omni die
cum suppositorio est ut fiat suppositorium ex sapone vel
lardo inunctum et oleo vel butiro calido et aspersum sa-
le modico. Vel fiat suppositorium fortius et agarico
colloquintida esula ana partem I salgemme vel sal gemme
partem ... mellis quod sufficiat ad contemperandum postquam bene
pulverizata fuerint. Vel fiat suppositorium ex salegemma
et ... ante cibum vel ex farina siliginis vel
furfuris et sale cum ... cum melle quod sufficiat
et si addideris ... vel bovinum per se vel cum melle
melius erit. Ars non tenendi ventrem solutum omni
die sine periculo per medicinas leves solvet similiter
et per cibos laxativos dictos capitulo sequenti de stipticitate ven-
tris paragrapho de empiricis si deus voluerit. **Canon**
Sciendum quod medicine et cibi laxative non debent
omni die frequentari sed cum necesse fuerit ne natura fiat con-
suetudinaria et expulsiva sompnolenta. Item cibum
laxativum dare ... a principio comestionis cum volueris
ut laxet et stipticum post cibum quia natura primo cibi
sapit tota dietatio ut dicit G. 2o alimentorum capitulo
de pomis **Pronosticatio** Bolismus si perdura-
verit ... perducit ad ethicam propter membrorum arefactionem
vel ydropisim et propter tympanitem propter stomachi debilitatem
Item bolismus in egritudinibus cronicis ut est febris
... vel quottidiana vel ydropisis mortale propter
defectum virtutis in via longa **Capitulum**
Quintum de appetitu corrupto

Corruptio appetitus dicitur malitia ...
et est cum aliquis appetit res malas nullo
convenientes nutrimento corporis humani velut sunt
carbones et argilla. Fit autem propter repletionem stomachi
ex malis humoribus diversis quorum quilibet inducit
stomachum ad appetitum rei contrarie humidi in qualitate
et sapore ... et propter grossis ... vel
... acetosis. Ista repletio stomachi
quandoque fit propter gulositatem et indigestionem stomachi quare
fit congestio diversarum materiarum in stomacho ut in pueris et
hominibus gulosis. Quandoque propter regurgitationem menstruorum
vel emorroidarum ad stomachum quandoque propter opilationem epatis
et splenis quae melancoliam non purgat sed redit ad stomachum
quandoque propter frigiditatem in ambitu corporis totius con-
stringente materiam a venis ad stomachum sive hec frigiditas
sit ab extra ut accidit infrigidatis in aere sive ab
intra ut contingit ydropicis quandoque propter caliditatem
colliquantem materias et fluere facientem ad stomachum ut
contingit balneatis vel existentibus in sole calido
vel febrientibus febre acuta quandoque propter corruptionem
omnium humorum corporis ad genus melancolicum vel flaticum ut
in febre ... vel quottidiana. Signa omnia patent
ad sensum sed quod eger desiderat terram vel carbones
vel aliud humidum. Signa autem ... sunt quia accessit

gulositas diutina vel retentio menstruorum vel emorroidarum vel sentitur gravitas et tensio in ypocundriis utrisque et precipue sinistro ubi est situatus splen vel passiones sue vel calide et egritudines cronice precesserint.

Methodus. Cura istius passionis ex quacumque causa fiat una est et eadem omnino quia non respicitur tamen nisi secundum complexionem peccantem in muliere pregnante in qua oportet habere considerationem ad fetum et dare medicinas leniores. Si igitur sit pregnans fiat si est possibile vomitus levis cum oximelle et aqua calida premissa saturitate ciborum et potuum et precipue de tepidis et allicientibus sinapi in modica quantitate effectum aliorum vomentium. Post vomitum utatur diacitoniton cum speciebus vel diagalanga non purgetur cum medicina laxativa quia levius non sufficit ad evacuationem humorum grossorum frigidorum sed forte ministrare non oportet medicinas ne fiat aborsus nam ille corruptus non advenit mulieribus pregnantibus nisi in principio primo 2o et 3o mense ut dicit Avicenna in quarto de accidente capitulo de causa faminis et sitis quia illis mensibus fetus indiget modico nutrimento et ideo multa menstrua superfluunt in ventre mulieris cum post primum vel secundum mensem incipiunt retinere menstrua ut dicit ibidem. Sed mulieres pregnantes purgare non convenit ante principium quarti mensis neque post sextum mensem et adhuc illis tribus mensibus convenit uti purgationibus levioribus si necesse fuerit vel purgationis. Unde ypocras tertia particula amphorismorum pregnantes purgare si convenit a quarto usque ad septimum mensem convenit minus vero has minora vero et seniora vereri oportet. Comedat carnes galline et ... edi et aletis assi bibat vinum odoriferum ungatur os stomachi cum oleo mastricino et nardino mixtis addito modico aceti calefactis in vase duplici. Et regatur usque ad quartum mensem quia tunc cessabit iste appetitus ex corpore postquam materia evacuata est per vomitum postquam transit ad fetum et pars per abstinentiam qua percutitur est ad benivolum reducta ut dicit Avicenna ibidem et non negligatur quia est magna pars sanitatis et debilitas fetus. Cura eius in non pregnante est ut si sit puer cohibeatur a sua gulositate et minore cibus sine tamen plurima abstinentia que ledit ipsos quamdiu crescunt et calor naturalis in eis est fortis. Si autem adultus fiat primo vomitus et postea duobus diebus continuis modo et ordine quo diximus capitulo de fetore nasi. Post vomitum utatur diacitoniton calido non laxativo vel isto electuario: Recipe specierum rosate vel rosate novelle ʒ j, limature calibis ablute cum vino et aceto ʒ semis, misceatur et detur ad modum nucis omni mane cum modico vini optimi quia excitat stomachum et confortat splenem. Si autem vomere non potest digeratur materia cum oximelle composito vel squillitico et aqua calida decoctionis cardamomi vel galange vel apii et purgetur cum pillulis cochiis vel fetidis vel cum decoctione mirabolanorum emblicorum et indorum. Nutriatur carnibus bonis et vino. Mitigetur appetitus gradatim cum corrosione esium pullorum vel columborum vel perdicum assatorum vel cum carne salita frita condita cum ameos spodio cardamomo. Intercipiatur quia a potestate removet talem appetitum.

Pronosticatio. Appetitus stomachi est via ad cibationem, cibatio vero ad digestionem, digestio ad nutrimentum, quare non tardetur cura eius ratificato ne forte membra multa nutrimento corrupto et pessimo repleantur vel fiat cancrena vel apostemata cancrosa vel passiones splenetitas et epaticas incurrat. Qualitas namque cibi remanet in membro et precipue similia ut dicit Avicenna vj de accidente. Et Aristoteles in libro de generatione quod patet et probo quia homines remanent videns per estatem quando mutuit gramine et frondibus flavescunt aut autumno et yeme similiter et fructus alteratur in sapore propter transitationem plantarum.

Sequitur capitulum sextum de siti etc.

Sitis est dispositio calida sicca nervis stomachi faciens frigidum cum humiditate quemadmodum appetitus sive fames est dispositio frigida et sicca propter causas facientes appetere calidum cum humiditate ut dicit Aristoteles 2o de anima circa finem et Avicenna quarto de accidente capitulo de causa faminis et sitis. Dicebat quod fames sit cum os stomachi sentit propter consumptionem sue humiditatis substantifice propter continuam suctionem sue humiditatis madefactive vel caustificative propter adustionem vel arefactionem. Fit igitur a causa primitiva aut coniuncta; si a primitiva sit fit quinque modis. Primo quidem a comestione cibi saliti plurimum vel calidi vehementer siti. Secundo a potu vini veteris acutissimi vel aque salse ut nitrose vel sulfuree post cuius consumptionem aliqui non cessant bibere donec solutionem ventris et mordicationem moriantur ut dicit Avicenna ibidem exemplificans de nautis marinis et de febricitantibus aquam frigidam potantibus aliter quia oportet vinum si in se acutissima qualis est synocha vel causon bibat ex ipsa per partem magis et magis inflammatur quia exhaustus primus maximus et totus simul eius competet et qui ipsos resolvat et precipue post signa digestionis et cum est sine appetitu et cum desiderio aque sue vehemente de quo Iohannes latius dicit libro 2o et capitulo de appetitu stomachi epatis intestinorum et splenis. Tertio vero propter mora plurima sub sole calido vel balneo estuoso. Quarto propter plurium ventris superfluam per se vel per arte vel fluxum menstruorum superfluum vel emorroidarum. Quinto propter sumptionem medicine calide sicce laxative vel non laxative. Si vero fiat a causa coniuncta sit fit sex modis. Primo quidem propter indigestionem et crapulam quia natura cum temptat digerere et dissolvere cibum indigestibilem vel potum superfluum ut accidit ebriosis tunc resistendo calescit et ignitur et fumos siccos transmittit ad os stomachi. 2o propter vapores flatus salsi vel viscosi vel comestionem piscium quos natura desiderat abluere concordat. Tertio modo propter superfluitatem urine ut contingit in dyabete. Quarto propter opilationes epatis et vicinorum quarum fit ebulitio et calor ut in ydropisi, ydropici enim sitiunt etiam propter secundam causam iam dictam scilicet propter fleuma aquosum salsum contentum in ventre et stomacho propter quod et senes sitiunt quia male cibos digerunt et in fleuma salsum convertunt et precipue scabiosi et pruriginosi. Quinto propter caliditatem et siccitatem intestinorum quare continue surgit a stomacho. Sexto propter caliditatem et siccitatem stomachi cum materia vel sine materia sicut contingit in febre et precipue de ea ut ethica continua vel interpolata similiter et de sinoquoe ut est sinochus et sinocha. Signa sitis vehementis propter causam primitivam patent ex relatione patientis. Signa sitis propter crapulam et indigestionem sunt nauseativa saniatas cum eructuatione fumosa fetida quam si foret acetosa sitim tollet omnino similiter et dolor capitis obumbratio oculorum et sompnus stupidus cum pluribus ymaginationibus, urina alba subtilis sine ypostasi et glossa digestionis inspissatur anhelitus et commovetur inflatio et rugitus in ventre

et fortassis subsequetur febris effimera maligna Signa
eius propter humores salsos et viscosos uel esum piscium
sunt grauitas post comestionem et angustia cum reuolutione
de latere ad latus et eructuatio salsa uel fumosa et quod
fortificatur sitis hora digestionis eius et si bibat aliquid
sedatur sitis non longo tempore et post hoc redit iterum et sputum
salsum plurimum uel viscosum ampulosum et potus
dulcis ipsam augmentat sed potus aque frigide mixte cum ace-
to manifesta in ipso facit alleuiationem et ardor vehe-
mens cum punctura sentitur in ore stomachi Signa
sitis propter dyabete sunt maxima emissio vrine
alba subtilis aquose sine ypostasi quia sicut potus
assumitur ita illico per meatus et epar et vena chilis
ad renes attrahitur propter ipsarum caliditatem et siccita-
tem antequam digeratur et debilitas circa locum renum et exte-
nuatio corporis de die in die Signa sitis propter opilationem
epatis et splenis sunt tensio et duricies in ypocundrio
altero uel utroque et egestio alba sicut egestio canis propter
si epar sit opilatum et lesio sit ex tactu ypocundrii op-
ilati et vrina ignita subtilis cum perseuerat opilatio de
grossa cum incipit uel desinat opilatio et facies citrina et
eructuatio amara fetida et inflammatio stomachi post comestionem
Signa sitis propter caliditatem et siccitatem intestinorum sunt
ventris stipticitas et cum egerit est eius egestio sicca adu-
sta nigra sicut fabe caprarum et dolor circa vmbilicum et
alleuiatio post potum plurimum vrit lacertos eius Signa
sitis propter caliditatem et siccitatem stomachi sine materia sunt
amaritudo oris cum siccitate labiorum et adustione et
nigredine lingue statim a principio et eructuatio
fumosa et prostratio appetitus omnino et fit propter in febre ethi-
ca uel febre effimera vera propter eam que fit ex nauseatiua
satietate Si autem sit cum materia apparet cum predictis quamquam
vomitus rei subtilis amare citrine uel viridis sine
omni petrositate et pauca valde et fit propter in febre de co-
uel sanguine uel flate salso uel febre effimera de
nauseatiua satietate quibus cibus corrupti in fumosum

Methadus Cura sitis vehementis propter causam
primitiuam est vna et eadem in omnibus predictis scilicet
abstinencia a cibus et alteratio stomachi cum aliquibus ut
est potus aque dulcis uel cum aceto modico mixto et
usus oleorum frigidorum ut lactucarum cucurbitarum peponum et
similium et saporum frigidorum ut primorum recentium uel siccorum
infusorum in aqua frigida uel ceruisarum et persicarum similiter
et syrupi frigidorum ut est syrupus rosarum uel violarum uel oxizacra bi-
bita cum aqua frigida uel aqua decoctionis lactuce endiuie
uel seminum frigidorum similiter et electuariorum frigidorum ut est
dyaprunis zuccarum rosarum violarum rosarum nouella dyarodon
abbatis et tapsandali Cura sitis propter solucionem ventris
superfluam uel fluxum menstruorum cromentum uel cursum emor-
roidarum perduranterem est cura fluxuum eorundem quoniam accidens
curatur cura sui morbi ut ait G xij de ingenio sanitatis
cum accidens sequitur morbum sicut morbus suam causam
continuatam et sicut vmbra corpus ut dictum est 3o de accidente
Et si fluxus ventris fuit propter assumpcionem medicine effi-
cacis laxatiue restringitur venter et frangatur virtus medicine
proposse modo et ordine quem dicemus capitulo de fluxu ventris
Cura eius propter indigestionem et crapulam est ut tolleret
sitim proposse nisi fortassis vinum vetus sumpserit propter
indigestionem et vtatur electuariis calidis ut est dyagalanga
dyacimini et similia quod si cibus sit in stomacho nec
sit corruptus corruptus quod scies quia eructuatio non est
fumosa fetida uel non valde tunc inducatur sompnus

proposse ut ipsum digerat quod si dormire non potest ambulet
assidue per diem integram uel quantum potest post eam dormi-
tionem tegat cum plumaceolo calido molli donec
cibi digestio compleatur Si uero cibus corruptus sit
in stomacho fiat vomitus proposse ut diximus capitulo de fetore
nasi Si uero cibus descendit ad intestina quod scies
quia superiora ventris sunt alleuiata et grauitas
remanet circa vmbilicum tunc euacuetur cum benedicta
laxatiua uel electuario de succo rosarum laxatiuo dando
ex eis ʒ j cum aqua calida in aurora uel bibat plu-
rimum aque calide salite quoniam ventrem stimulat et se-
cessum stimulat prouocat et vngat stomachus cum
oleo mastiçino addito modico aceti actu calido et
vtatur electuariis calidis dictis et intendatur esse et ne-
gligat accidens quoniam illico sedabitur post euacuationes
sufficientes Cura sitis propter humores viscosos
uel salsos uel esum piscium corruptorum est ut sumat syrupum
acetosum uel oximel compositum uel squilliticum uel aqua
calida uel aqua decoctionis berberis cicoree lactuce
uel acetose cum cibus postea purgetur cum pillulis cochiis
uel benedicta vtatur electuariis calidis predictis et vn-
ctione predicta comedat cibos digestibiles conditos cum
aceto uel agresta uel sinapi bibat vinum calidum
subtile precipue in cura salsi quoniam in illa quecumque vinum
aquosum uel lympatum ad medietatem et abstine-
at ab acutis ut sunt allea sinapi sal et piper
uel electuaria predicta Cura sitis propter dyabeten
est ut cura dyabetis et non negligatur quoniam perducit
ad ethicam bibat ergo syrupum rosarum uel violarum cum aqua
frigida vtatur fructibus primis oleribus frigidis ut lubri-
ficet ventrem et stringat vrinam vngat renes
cum populeon uel oleo rosarum et cera uel violarum oleo et
aliquantulo aceti uel succo plantaginis uel spinie uel
plantaginis et aceti bibat vinum cum potum mi-
xtum cum aqua pluuiali uel aqua decoctionis mir-
tillorum uel plantaginis uel rosarum vtatur cibis nutri-
tiuis facile digestibilibus ut sunt carnes auium paruarum
siluestrium uel pullorum et iuribus eorum Cura sitis
propter opilationem epatis et splenis est ut utatur cibis et
potibus et medicinis deopilatiuis et aperientibus
vena ut sunt diuretica calida fumosa herbarum syrupus
acetosus compositus cum oximelle composito uel
squillitico et vinum album purum potens et aqua semi-
num calidorum et aqua decoctionis reubarbari endiuie api
cappari et electuaria calida predicta et purget cum pillulis
cochiis nisi fortassis epar sit inflamatum tunc ut
eum cum dulcibus calidis oportet adde diuretica frigida sicut
sunt semina quatuor frigidorum et cum electuariis pre-
dictis tapsandali misceantur sed emplastra et epithimata
deopilatiua epatis et splenis scripsimus capitulo de sinco-
pi passio de empimati et emplastrum bonum ad sple-
nem scripsimus capitulo de perturbatione virtutum sensitiuarum
passionibus de empimati et plura scribemus talis de opi-
latione epatis et splenis et suspendatur blandiciis donec
causa sitis fuit remota quoniam tunc desinet sitire quod
si sit tum febre uel ydropisi curetur ut dicemus Cura
sitis propter caliditatem et siccitatem intestinorum est ut
sepe clisterizetur cum clisteri leuitiuo quod Guido lubri-
ficatiuo sicut illud Recipe maluarum herbe violarum et florum
lactuce vitis ana coquatur perfecte in aqua coletur
et de colatura lb ij et olei violarum ʒ iiij et syrupi violarum
ʒ vj fiat clistere uel fiat clistere cum aqua sola tepida

decoctionis ordei primorum uel cucurbite cortices papaueris
neufar et psillij et dissoluatur in ea aliquid camphore
re uel addatur aliquid sirupi viol uel aliquid olei viol
et frequenter mutatur in remedio et plura diximus capitulo de
stipticitate ventris et semper in principio cibi utatur aliquibus
lubrificatiuis ut sunt pruna recentia et magis caulium
uel lenonum et cerusa et olus confectum ex sicla et mal-
ua conditis cum oleo uel butiro recenti et panis furfura-
ceus conditus cum butiro recenti et in fine cibi sumatur
stiptica ut sunt caseus antiquus pira assa coctana
et panis de simila uel azimus Que sitis propter ma-
lam complexionem calida sicca cum materia uel sine materia
est illa quam diximus capitulo de indigestione passio de causa
calida et si sit cum fe auctum fe ut dicetur **Emp-
erica** Medici distinxerunt sitim in veram et
non veram appellantes veram que est passio stomachi et de
hac locuti sumus hucusque et ista magis extinguitur
aqua frigida uel aceto Sitim autem non veram appellates
caliditatem et siccitatem pulmonis et gutturis propter
caumata et adustionem spiritualium membrorum sicut accidit
in fe et hec magis tollitur in aere frigido qui est in super-
ficie aque frigide retentus uel gargarismata facto ex aqua
et aceto uel epithimate pectoris et aqua rosacea uel
succo endiuie in quibus dissoluta sint camphora et
puluis sandalorum quam cum potu liquoris cuiuscumque quapropter
et si quis bibat in hac siti donec extinguatur senaret
potus fluctuaret in stomacho preuisque sedetur sitis quapropter grauabitur
stomachus et infrigidabit propter errorem Item
ad sitim quamcumque confert ponere super linguam frustra
lata subtilia pomi citoniorum uel cucumeris infusata in aqua
frigida frequenter id reiterando quando calefacta fuerint cum
ingluuie saliue Similiter et prunum siccata imbibita
in aqua frigida donec liquefiat similiter pomorum granatorum
rosarum uel viol atque dragantis Item semina psillij uel se-
mina citoniorum excorticata ligentur in sacculo lineo
albo molli ad figuram digiti auricularis et infudatur
in aqua frigida donec mucillaginem per poros emittit
et ponatur super linguam donec sacculus exsiccetur
cum retentionem Item confert ad illud non modicum
inspiracio aeris frigidissimi infrigidati cum roratione
aque frigide per cameram inferiorem uel cum aqua rosacea similiter
et euentatio faciei cum flabello Item pille bilikie
descriptioni dubitarum ad hoc conferunt dicte capitulo de passione
Similiter et pille de camphora et pille de spodio
posite ibidem Item trocisci sic fiunt Recipe portulace
draganti ana ʒ iij seminum quatuor frigidorum excorticatorum
semen lactuce ana ʒ ij sandali camphore gummi arabici
ana ʒ j terantur et cribellentur et distemperentur cum aqua
rosacea uel mucilagine psillij et informentur trocisci parui
sicut ciceris fingue late subtilis et teneatur continue
sub lingua donec paulatim inglutiatur Valent enim
maxime in febre acutis et causonibus Item portulaca
recens uel semen eius infrigidatum in aqua frigida
teneatur in ore **Canon** Scias quod post exhibitionem
medicine laxatiue cuiuscumque que soluit attrahendo
plura bona considerari possunt ex siti nam sicut dicit
Mesue in libro suo de consolatione medicinarum
capitulo de siti triplex est sitis prima quidem superocu-
pans et cito festinans sicut fit cum exhibetur farma-
cia stomacho colerico propter naturam et similiter in illo enim fit sit
antequam medicina sufficienter operetur Quapropter tali siti non
est credendum secunda uero subocupans id est valde tardans
sicut fit cum exhibetur medicina stomacho naturaliter humido frigido talis
enim non sitit post perfectam purgationem sed tunc solum quando
superfluit purgatio et isti siti etiam non est credendum ymmo
virtus medicine frangenda est et venter restringendus ne for-
te virtus deficiat per solutionem Tertia est succedens id est conue-
nibilis et prospere eueniens sed quando post perfectam purgationem
aduenit sitis propter mundificationem stomachi bona et co-
sumptionem humidi corrodi quod est circa os eius et huic est cre-
dendum Sunt tamen quedam corpora que sitim patiuntur
ante purgationem sed non post et si debite purgentur velut
accidit cum purgatur colera uel flegma salsa Signa
igitur distinctiua spetiei predictarum sitis sunt quia si post
pauca euacuationem et medicine non proporcionatam sitis superue-
nit tunc est superocupans et mendosa quare non fran-
gatur vetere sed preparatur egro ut vigilet et moueatur
gradatim et ieiunet gratia vitiorum laxationis Unde
ypocras etiam particula an(?) Quicumque in farmaciis non
sitiunt cum purgantur non quiescat donec siciat et ibidem cum vo-
lueris magis ducere oportet mouere corpus cum vero statuere sup-
primi facito et noli mouere Si vero post plurimam euacuationem
et dosim excedentem sitis superuenit ipsam non expecta
sed egri prius restringe sicut diximus capitulo de fluxu ventris
omnibus modis et sompnum et quietem prepare cibum et potum
exhibe ne virtus prosternatur Si autem post euacuationem me-
diocrem et dosim proporcionatam superuenit sitis illico
ventrem restringe sed post non restringat Signa autem euacua-
tionis superfluentis certissima sunt duo primo quod debilis
eger plurima propter rationem cum multitudine et magnitudine
assellationum propter quod ait ypocras 2a particula aphorismorum In pertur-
bationibus ventris et vomitus que sponte fiunt Secundo uero
mutatio humoris purgandi in alia diuisa vi Si in-
tendisti purgare coleram et post eius eductionem exierit
flegma uel melancolia uel aliquid preter ea tunc excessit purgatio
Similiter et alij quodestis quapropter dixit Mesue in suo
de consolatione medicinarum quod quelibet medicina solutiua
cum effectum eduxit primo quod sibi proprium quod est proprium
ut puta coleram deinde si virtus eius superfluit educit
humorem subtilem sequalem et mobilem post illum utputa
flegma deinde si maxime superfluxerit educat sanguinem et licet
sanguis sit sequalis mobilis quam flegma uel melancolia tamen natura ipsum
retinet in thezaurum et ex hoc patet quam periculosa sit solu-
tio cum medicina est effrenata ut per ipsum sanguinem educatur quia
significat maximam inanitionem humidi et virtutis retentiue
defectionem et ideo dixit G. 7o de simplicibus medicinis Qua-
lis sceamus medicinas educentes coleram uel melancoliam puram
tamen sanguinem nequaquam quia adeo superfluat flegma ut fit
multum periculosa quam farmacia quia cuilibet patet illico
cum quis vult et qui recepit eam fuit illico a rege
suo morti condempnatus Dubitatur de siti utrum potus
debeat dari solummodo cum cibo uel ante cibum uel post cibum
et cetera an aliter tempore consuetudinis quam sanitatis Videtur enim
quod post cibum aucte Auicenna primo canonis fen 3o capitulo de regimine
quod comeditur et bibitur per totum similiter et 3o canonis fen
xiiij capitulo de cura ydropisis ascitis ubi docet nos prohibere
egrum a potu per duas horas uel 3es post cibum Secundo quia
potus propter suam subtilitatem facit cibum cadere extra sto-
machum quapropter veniens ad epar multum virtus in sanguinem insi-
fortasse aquosum augmentantem morbum quem si venas op-
pilauerit et putruerit febrem efficiet cum ydropisi mortalem
Item G. vij de ingenio sanitatis docet nos in calida ma-
le complexionis sicce stomachi potum omnem prohibere denegare usque
ad perfectam digestionem cibi in stomacho tunc namque dabitur ut

chilum traducat per mesaraicas strictas ad epar Nam
proprium officium potus est traducere chilum per vias angustas
In omni autem casu quoniam quod faciat bonam commixtionem cibi in stomacho debet
dari simul cum cibo. sed potus est illud item omnes omnes
homines qui comedunt etiam bibunt. sed firma quam
omnes famant in toto non perditur. et viii ethicorum Sciendum
autem credendum quod potus est triplex species sive modo quoniam est
permixtivus. extinctivus. delativus. qui differunt in quatuor. scilicet
qualitate modo et hora sumendi Nam potus permixtivus debet
ut sit vinum purum vetus confortans digestionem. sed primus quantitate
ne cibum inundare faciet et frequens modo ut fiat bona
commixtio potum Quapropter convenit ut aput commestionem de-
perdites plures Sed potus delativus debet ut sit vinum lim-
phatum quia melius penetrabit. aqua namque subtiliabit
substantiam vini sed vinum calefaciet qualitatem aque que duo
conveniunt penetrationi / debet etiam ut sit plurimus sumptus
una vice quoniam chilum liquidum perducet. debet similiter ut mi-
stret non nisi completa digestione prima causa non est vinum
certum tempus in omnibus hominibus sed in quibusdam due hore
ut in calidis et exercitantibus In aliis vero quatuor vel
sex secundum diversitatem complexionum stomachi et ciborum
in quali et quanto Sed potus extinctivus debet ut sit aqua
pura frigida vel cum aceto modico permixto quia fiet ma-
gis extinctivus / debet etiam ut sit modicus quantitate ne per
ipsum stomachus ledatur. quapropter convenit ut traiciatur
potius sugendo quam ingurgitando ne fortassis cibi digestio
interrumpatur et potus quidem humor non habet certum tempus supponere
primo cum necesse fuit potetur et aput digestionem et in ieiunio
velut accidit in febre Sed queritur ultimus an potus dela-
tivus sumi debeat cum adhuc cibus est in stomacho. vel postquam
descendit ad intestina / videtur quod quando est in stomacho. quia
non potest exire pileron propter spissitudinem et vie strictaram
Sed contra videtur quod postquam descendit ad intestina quia
tunc cibus primo attrahitur per mesaraicas ad epar Dicen-
dum autem credimus quod dari debet cum adhuc est in stomacho
quia reddet totum chilum liquidum et toti commiscebitur per-
fecte / quod si quis obiceret quoniam talis potus transibit indigestus
ad epar cum chilo perfecte digesto / Dicendum quod vinum indiget
modicissima digestione. tamen quia est natura convenientis cum quodam
calidum subtile / et ideo sufficit sibi pro digestione hora qua
commiscetur chilo in stomacho et hora qua descendit ad intesti-
na et hora que transit per mesaraicas sic enim veniet digestum
ad epar Ex hiis solvuntur rationes utriusque partis preter quod hora
quod debet addi quia substantia potus cuiuscumque non semper est vi-
num vel aqua sed solum tempore sanitatis, nam tempore egritudinis
convenit alia et alia substantia potus prout ordinatur ex causa egri-
tudinis cuius est potus sive sit permixtivus sive delativus
sive extinctivus **Pronosticacio** Sitis superveniens
post evacuationem cognitam sanitatis cum constantia virtutis
et levitatis corporis perfectam purgationem significat et propter hoc si calor
egritudinis mutetur ab humore purgando ad alium dicimus
ut dicit Mesue in suo libro de consolatione medicinarum
Item sitim superfluam tollerare in febre quibuscumque et
propter acutis affinis est perducere egrum ad aesthesiam et ma-
rasmum, quod et nos credimus in ydropisi ascite quia
inclinet videtur ut per Avicenna loco preallegato. detur ergo po-
tus in substantia que conveniat egritudini similiter et modo
et quantitate convenienti. sub cautione iam scripta / Vnde Galienus viii
de ingenio sanitatis capitulo de febre effimera et nauseativa
sacietate. docebat. sitim tollerare in febre est mortalium
sine iuvamento licet in egro sepius cerent convenit opitantes
Item sitis intensa superveniens post comestionem vel potum
superfluum sine manifesta causa certissima indigestionem
vel indigestionis corruptionem certificat Item sitis nocte
superveniens post repletionem crapula vel ebrietate melius
certificatur sompno quam potu extinctum vnde ypo(crates) tertia par-
ticula afforismorum. quibuscumque desiderium bibere nocte val-
de sitientibus si dormierint bonum **Capitu-**
lum septimum de Eructuacione

Eructuacio sive ructus est expulsio ventositatis
superfluitatis a stomacho inflantis et extendentis
ipsum quemadmodum et crulla dicitur expulsio vento-
sitatis per inferius ab intestinis, sed cum ventositate causa
non sit alia quam caliditas diminuta cum frigiditas potest
appellari ut ait Galienus vi de accidente debet ut eructuacio contrarie
stomachi frigiditatem testetur / Hec igitur ventositas aut
multiplicatur in ieiunio quare fit a mala complexione
diversa frigida stomachi cum materia flatica viscosa aquosa in
qua calor agit naturalis Et signa eius sunt multitu-
do sputi et salive insipide vel viscose vel inflatio
ventris cum rugitu ante cibum et quod hora digestionis
accidit commotio fortis in ventre et urina videtur alba
grossa et paciens iuvatur a calidis nocetur a frigidis Aut
multiplicatur post comestionem et propter superfluam quantitatem
vel frigidam qualitatem. quare fit a mala complexione
frigida sine materia tunc accidit propter calorem naturalem diminutum
stomachi agentis in cibum potentis quidem elevare ventosi-
tates ab ipso sed non consumere, et signa eius sunt
quia nulla sentitur gravitas aut modica in stomacho
ante cibum. sed post cibum / et tunc fit rugitus et inflatio
cui succedunt omnia signa stomachi frigidi sine materia que
diximus capitulo de indigestione / fit et quandoque propter assumptionem
cibi ventosi naturaliter ut sunt fabe rappe fructus
crudi et tunc non fit super dispositionem continentis sed
contenti **Methodus** Cura eructuacionis
frequentate ante cibum est cura male complexionis
frigide cum materia flatica dicta capitulo eodem in digestionibus
evacuativis ungentis electuariis et decotis propter
illam aut fiat tragea ex mastice ciperi ana ʒ i cimini
passularum ana ʒ i qua masticet sepius in ieiunio
cum inglutione fit etiam tragea ex semine carvi ani
feniculi petrosilini cardamomi partibus equalibus qua masticet
omni die / Valent post evacuationes dyaton piperion dya-
cimino dyazinziber dyaniso et omnibus electuariis
calidis in ieiunio bibendo post ipsa aut aliquid vini
veteris potentissimi puri Balneetur in aquis calidis
stipticis sicut sunt aque thermarum et aque decoctionis
absinthii mente ruthe pulegii alumis et sulfuris
et propter hoc post evacuationem Cura eius que post cibum fit
est eadem cum ista propter hoc quod non est opus evacuatione sed
alterationibus in ieiunio nec multiplicet cibum in
quanto continuo vel districto Evitet legumina omnia
et propter hoc fabas cicera et pise Non utatur fructibus
nisi fortassis coctis ante cibum et piris assis vel
coctis post cibum cum tragea predicta addendo ʒ unam
propter delectationem Exercitetur semper in ieiunio neque sumat
cibum nisi verus accesserit appetitus tunc satisfaciet
nature non appetitui quocumque, quia stomachus saus
est appetere quidem bonus digerere vero non bonus ut
dicit Galienus in tegni **Canon** Scias quod multitudo
ventositatum in stomacho impedit corrugationem ipsius
super cibum sed cum digestio sit alteratio naturalis. et alteratio
naturalis non perficitur nisi agens et paciens secundum extre-
ma se contingant ideo necessario impeditur digestio.

prima ut tollit ex viii particularum tercia principium et sexto de accidente Item sicut dicit G ibidem ventositas non multiplicatur in stomacho calido neque in stomacho frigido vehementer quia calidum excellens dissipat et carminat eas postquam elevate sunt, sed frigidum excellens non sufficit ad elevacionem earum. Causa eciam ponit ibidem de ventis in aere qui neque multiplicantur in diebus canicularibus neque in media yeme sed pocius vere et autumpno

Pronosticacio Dicit Rasis in divisionibus quod eructuacio multiplicata superflue corrumpit digestionem sed diminuta in corpore consueto indicat inflacionem Item eructuacio per se significat indigestionem sed si sit fetida significat tibi et humoris corrupcionem ad calidum quidem si sit fumosa adusta sed ad frigidum si sit acetosa vel insipida vel saporem cibi assumpta retinens et precipue post duas vel 3es horas a cibi sumpcione Item excessive eructuantes cum cibum dispositi sunt ad colicam Et eructuantes post cibum ad ydropisim et precipue tympaniten Item dicit ypocras 6ta particula anforismorum In diuturna lienteria exterrima .i. eructuacio superveniens acetosa est signum salutis quia principium digestionis prime fit et retentive confortacionem et fluxus diversorum Sapor namque acetositas fit a calido diminuto nequaquam aut a frigido per se velut ponticus et stipticus/ unde in hoc refert quia quandoque fit a calido exalante et diminuto ut in aceto vini ut ait G quarto de simplicibus et Avicenna 2o canonis tractatu primo capitulo de cognicione medicinarum per racionem/ et intellige quod ista exercicia superveniens non dicitur pervenisse si namque a principio fuisset vel aliud adiunctum significaret lienterie future vel fortificacionem prius vel precipue indigestionem et chili liquiditatem Item ex hoc sequitur quod eructuantes frequenter super cibum primi sunt ad lienteriam et diarream pluram Item eructuacio in corpore sano semel vel bis facta ante cibum vel post et precipue in corpore consueto vel super replecionem bonitatem virtutis expulsive quod possibile non creditur ut aliqua natura cibum digerat talem ut ex ipso nulle permittat superfluitates generentur cum omne paciens naturale resistat equaliter agenti **Capitulum viii de singultu**

Singultus est disposicio stomachi similis spasmo adeo quod si stomachus foret membrum musculosum singultus foret spasmus ut dicitur quarto de accidenti efficit aut quatuor de causis aut propter rem mordicantem os stomachi sui qualitate acuta sicut fit post comestionem piperis et sinapis sumpto vino desuper ut in villos penetrat similiter et post vomitum colericum velut in se tiriaca sive multum sicut in se externa aut propter replecionem stomachi a cibis vel humoribus a quibus elevatur ventositas grossa extendens ipsum velut post nauseativa saciacione cibi vel potus et precipue in fastidiis et flammas naturam aut propter inanicionem superfluam quam stomachus cupit expellere sicut fit post fluxum ventris plurimum vel fluxum menstruorum vel emorroidarum vel vomitum vel eciam crocitas cum quibus fuit multitudo sudoris vel fluxus sanguinis narium vel eructuacio insensibilis cum lassitudine extenuata aut propter apostema epatis cui compatitur stomachus Nam si apostematur stomachus in se ipso fortassis debilitaretur eius virtus ut etiam motum facere non posset Et huius quidem singultus est cum febre acuta et nausea et dolor plurimus in ypocundrio dextro ubi positum est epar

Mechadius Cura singultus propter rem mordicantem est ut sit cibus bibat aquam calidam vel lac amigdalarum dulcium vel comedat butirum recens cum buccella panis et non bibat aquam quia vomitiva est sicut calida et secundum absolutiva et frigida stiptica oppilativa quod si sit humor colericus vel mixtus fiat vomitus prout possit cum sirupo acetoso vel oximelle et aqua tepida vel cum aqua decoccionis aneti rapharum et atriplicis premissa replecione ciborum et post vomitum confortetur stomachus cum orizato vel sirupo ro vel zucaro rosato et comedat pulmentum factum ex farina ordei vel simile conditum cum butiro vel ex amido conditum cum lacte amigdalarum et zucaro vel ex pemdiis coctis et bibat aquam ordei et julep. et si videbitur necesse digeratur to vel mixta et evacuetur cum medicinis naturalibus Cura eius propter replecionem et ventositatem grossam est ut fiat primus vomitus iam dictus quod si sit difficile digeratur frigida tum oximelle composito vel squillitico, et evacuetur cum pillulis cochiis et yerapigra per evacuacionem vel mastiaalibus et tragetis dictis capitulo de eructuacione Similiter et pulvis qui sit fit cum vino calido potenta Recipe viol zinziberis siccati rute secundum caliditati an ys ameos ʒ carui an cimini an ʒ ii masticis olibani an ʒ i terantur omnia et quedam ipsorum subtiliter et cribellentur vel fiat ex eis tragea si grossi modo terantur et zucarum vel passule addantur vel fiat ex eis electuarium vel melle Detur eciam diacimino diaton piperion dyagalanga comedat cibos calidos factos conditos cum speciebus acutis bibat vinum vetus purum amarum exercitetur et sudet in ieiunio In fine vero quarta ut balnietur in aquis calidis vel aqua decoccionis rute absinthii carui cimini. sitim et famem tollet prout possit fomentetur eciam stomachus cum vino veteri in quo carui cimini rute metastri salvia fuerint bulita Catellet plena cum furfure milio et sale aut cum calidibus ignitis et post hoc aceto acutissimo confusis Cura eius propter inanicionem est restauracio evacuacionem et impinguacio corporis prout possit et confortetur cum lacte recenti dulci et sorbicionibus pulmentorum dictorum et mixtis carnium bonarum et vino rubeo dulci si febre vinum non prohibeat aut fluxus ventris lac/ quod tunc limphetur vinum plurimum et lac instilletur similiter et cum ovis sorbilibus et carnibus recentibus et precipue ex avibus parvis silvestribus cum facile digeruntur et ad illud confert balneum aque decoccionis malve psillii malvavisci foliorum populi et salicis sine mora longa Cura eius propter apostema epatis est cura illius **Emperica** Ad singultum ex re calida mordicante nil melius reperies quam potum aque calide in qua butirum fuit dissolutum vel oleum aut lac amigdalarum Ad illum vero qui fit ex ventositate grossa confert potus vini veteris in quo pulvis olibani carui cimini baccarum lauri fuit bulitus similiter et fomentatio cum spongia vel panno lineo molli infuso in eodem aceto calido Deinde paruper expresso et sepius super stomachum refricato cum infrigidatur Calefiet et sinapo vehementer cum ventosa magna ignita et precipue post vomitum vel purgacionem similiter et illud Recipe rute recentis thuris mastic cimini an an partes equales coquatur in aqua pistate et detur de illa in ieiunio ʒ i cum calida quod carminat ventositates **Canon** Singultus aut fit ex sola qualitate et est primus modus aut ex materia quod est duplex quia vel illud accidit per eius abstinenciam sic est 3us modus. vel in eo epatis sive alicuius membri vicinantis sic est ...

modus et similes quidem modos diximus capitulo de spasmo **Pronosticatio** Singultus de inanitione ut plurimum est mortalis neque curam recipit nisi forte casus in principio cum evacuatio nondum ultima et magis in pueris quam senibus vel adultis. Unde ypocras 7a particula afforismorum spasmus aut singultus post multa vomitorum malum. Item singultus de repletione advenit subito et cum forti motu et assiduo conamine vomendi, si singultus de inanitione advenit gradatim et post plurimum fluxum humorum et corporis consumptionem et virtutis deiectionem quamque est cum motu debili et sine conamine vomendi. Et aut pro tanto scire quod ut in quibuscunque esse singultus cum accidit distinguas an sit de repletione vel de inanitione et ergo futura predicamus. Item si sit continua venit singultus in die tertia et quarta signis digestionis possunt pasturetibus et acute constante et qua precessit indicatio in die indicativa sibi ipsi cum singultu vel vomitu diminuto sit enim per vomitum bona fidem et completa. Si vero non precesserit digestio sed evacuatio plurima per sudores vel fluxus qualescunque et virtus sit debilis sit ristum simile et morbus per spasmum de inanitione veniente supra corpus qua primo sentit os stomachi pro toto. Et si post vomitum singultus non desinat aut minore malum est quia significat sic esse per apostemationem epatis vel maniorum. Item dicit ypocras ... particula afforismorum In ylceos singultus malum. Item in volvulo casu ul percussione singultus malum quia significat ...ores curare ... forte lesam que consolidari non potest. Per humiditatem fluida chilosam et ... qua ... est in nostrum cui compatitur cerebrum quare fortassis sequitur spasmus ... sicut in particula ... Item si singultum supervenit spasmus aut alienatio mortale. Et si ... purgatio supervenit singultus malum quia inanitio superfluum sit cum debili virtute. Item singultus de repletione curatur multotiens per sternutationem fortiter inductam quia materiam deorsum pellit. Unde ypocras 6ta particula afforismorum de singultu ... stimulatio supveniens solvit egritudinem. Item quinta particula sanie multo fluente singultus superveniens ... sit per supinus est insuius vel per vomitus spasmus innatus aut singultus malum.

Capitulum de vomitu vel nausea subversione

Vomitus est motus fortis stomachi cum materia expellitur per supinus quemadmodum egestio per infinitus. Sed animi subversione quando movens movet et mobile non movetur cum effectu ut ait Avicenna sunt quando animi subversio conatus vomendi continuus sine complemento et patet quod non differunt in causa neque cura. Sed solo gradu. Fiunt iste passiones quatuor de causis. Prima quarum est aggregatio rei talis de subtilis acute in stomacho mordicantis os eius sive sit cibus ut allea sinape et piper, sive sit humor ut ypocte co... vel sicca salsum quemadmodum apparet in febre terciana. 2a vero repletio stomachi a cibo penetrante in quantum ... vel in quali fluctuante sua digestione. Tertia est collectio crudorum humorum in stomacho per indigestionem et crapulam diuturnam debilitate eius virtutes. Etia vero mandatio sive decursus medirnacorum ab epate et venis tempore ad intestina et stomachum. Sicut enim bono motu epar et vene exsugunt mas a stomacho ita malo motu regurgitare faciunt ad ipsum ut dicit G. 2o pronosticorum de digestione. Signa prime cause sunt antecessio ciborum acutorum vel si sit ab humoribus unius tunc illud quod eiciatur apparet citrinum vel viride subtile liquidum amarum

vel album fluidum salsum sine plurima viscositate vel crocum spissum sicut vitellum ovi et forte est cum fe et hoc potissime et urina citrina subtilis vehementer et sitis intensa cum prostratione appetitus. Signa 2e cause sunt antecessio nauseative sacietatis in stomacho ex cibo vel potu vel utroque et quod post ipsum paciens sentit mundationem et agitationem in ipso. Signa 3e cause sunt antecessio signorum indigestionis et debilitatis stomachi que longo post quam supervenit vomitus humoralis vel mixtus et quare et cibo assueto primo si fortificetur quod passio non dimittetur cibus omnino nec paucus et tempore non longo et licet quare congestus in stomacho sit quasi nec sicca nec co... nec multa qua illa sunt solum generati in epate ubi generatur et sanguis cum idem sit locus generationis rei et superfluitatum eius ut ait Avicenna 3o sui colliget tractatu de cura passionum stomachi. Vomitus est aliquid viride simile flavi vel colere vel melancolie. Item quod in stomacho materia remanet cruda vel in flauma quo ad eius subtilitatem et ad ... ulterior gelatur quo ad eius grossitiem sicut in epate contingit. Si igitur sit sicca sit eius sicca alba viscosa sine multa sicca et aliquando sit viridis viscosa cum antecessit simptomatum et olerum crudorum quare sit eius sapor non amarus sed insipidus vel acetosus et urina ipsa alba et pulsus eius mollis. Si vero sit co... sit eius sicca citrina vel viridis amara valde liquida sine viscositate et quandoque grossa sicut vitellum ovi et sitis vehemens cum prostratione appetitus et urina ignita subtilis et pulsus durus spissus. Si vero sit multa sit eius sicca nigra vel plumbea ... cruda ... in qua videtur residentia grossa in modum fecis ... cuius sapor est ponticus permixtus cum acido vel amaro vel salso secundum quod est ex congelatione vel adustione et urina subtilis radiosa glauca vel subcitrina. Si aut sit san... tunc non potest si nisi per ... vene quare sentit dolor in stomacho vel in epate vel splene et illud quod sentitur egreditur sit sanguis magis fluidus subtilis sicut ultus recens quod si sit fistula longum sit grossus filtrosus vel ... talis sine sanguine cum sanie fluido permixtum quemadmodum in dissinteria sanguine erit permixtum cum mixtura carnis albe viscosa velut rasura pergameni propter ulcus intestinorum. Signa quarte cause sunt dolor in profunditate dextro sursum ad spatulas sicut ab epate vel in sinistro sit a splene vel inanitione venarum totius corporis et membrorum si materia expellitur ab ambitu corporis totius et forte sicut egerit cruciatu in membro a quo materia fluit et forte antecessit debilitas epatis ... que non generavit sanguinem potentem nutrire membra et ipsum membra despiciunt et repellunt et tunc sit dolor corporis pallidus fedus alteratus habitudo extenuata propter inanitionem. Nam si san... ille fluens staret in membris et venis induceret cachexiam et ydropisim, ypostaticam. Si vero descenderet ad intestina produceret fluxum ventris sicut lientericus ... et differentia signum huius etiam modi est ut vomitus sit maior re que assumpta est in cibo et potu cum debilitate et inanitione corporis gradativa, ... aut materia delegata sit sicca vel co vel multa vel sanguis ... et signis predictis **Methodus**

Cura vomitus propter primam causam est ut paciens abstineat a rebus acutis omnino ... fiat ut est

lactuca portulaca cucurbite vinum granatorum uel berbe-
ris zuccarum rosatum uel iulep rosata nouella. quod si sit ab
humore putrido vomitus cum forti aceto composito
ex aqua tepida uel aqua decoctionis seminis atriplicis
aneti premissa subtiliatione stomachi et oleribus humidis ut sunt
lactuca blicte malua et similibus conditis cum butiro
sale et tepidis. uel mundificetur eo cum decoctione rubarbari et
mirabolanorum citrinorum sicut dictum est capitulo de indigestione. vngatur stomachus
cum oleo rosato uel mirtino. emplastretur cum emplastro quod sic fit
Recipe mirtillorum cortic(is) granatorum acacie ana ℥ ij te-
rantur et cum albuginibus duorum ouorum misceantur
℥ iiij farine ordei ℥ ℥ ij olei rosati et aceti quod suf-
ficiat ad emplastrum faciendum et ponatur super os stomachi cum
facia. quod si fortificationem volumus addamus gumi arabici dragaganti
boli ar(meni) et terram sigillatam si magis. terre sigillate balaustiarum cu-
pularum glandium corticis quercus et rubi et si sentit
puncturam in stomacho bibat oxizuccarum uel syrupum rosatum uel viola-
tum aqua frigida. Cura vomitus propter secundam causam
est minoratio cibi et potus et exercitium in ieiuno et
uti calidis sicut aromaticis ut est caro pullorum et
auium paruarum siluestrium uel edorum assa super prunas
condita cum sinapi. similiter et oua pparum condita cum
sinapi pipere et galanga. bibat vinum vetus purum
famem et sitim tollere et posse. et fiant omnia
dicta capitulo de indigestione paragrapho de stomacho frigido quando
per naturam. Cura vomitus propter 3am causam est ut ex-
citetur stomachus cum vomitu frigido et oximelle glauco uel squil-
litico et aqua tepida uel aqua decoctionis raphani
in se atriplicis alleguibus coctis et conditis cum bu-
tiro et sale et alleis et tepidis sicut dicemus capitulo
de fetore nasi. Purgetur cum benedicta laxatiua uel decoc-
tione mirabolanorum quam diximus capitulo de indigestione
paragrapho de canone per euacuationes. vtatur dyagalanga
uel diaciminum uel zuccaro rosato uel rosata nouel-
la prout materia calida uel frigida requirit. Si materia sit san-
guis fiant omnia que dicentur capitulo de vlcere stomachi et
propter confortetur stomachus et consolidetur ulcus per-
posse cum trociscis de bolo dictis capitulo de sputo sanguinis
paragrapho de methodo dando ex ipsis aliquid sepius
omni die cum aqua decoctionis mirtillorum uel berberis
uel citoniorum et dicitur fiat cum flebotomia basilice uel
saphene in manu dextra et ligatione extremorum do-
lorosa et caueat omnibus a cibis acutis sanguinem
generantibus ut sunt piper allea et sinapis. et utatur
pulmento ex farina simile uel auene uel milio
uel rizo uel amido uel farre condito cum butiro
modico cum lacte amigdalarum bibat vinum dulce rubeum uel
stipticum limphatum cum aqua decoctionis mirtillorum
et plantaginis. vtatur carnibus pullorum assis uel
frixis cum butiro. Cura vomitus propter quartam causam
que omnium est periculosissima est ut ut si materia sit san-
guis et euacuatio non sit ultima fiat secundum iam
dicta quod si sit aliud humor a sanguine purgetur cum
medicina propria sepius iam dicta. Si vero debilitas
et marcor cordis vehementer processerint et ultimata
sunt anguistie vocatis non quid euacuatur quia ut dicitur
ypocras 2a particula amforismorum ubi indigentia non est laborare
sed intende solis alterantibus confortatiuis restrictiuis
diuersis fiat ergo emplastrum super epar quod sic fit. Recipe san-
dali rubei rose rubee spici mirtillorum calami aromatici
mastices ana ℥ s. spice ℥ j cere ℥ s olei mastichini
℥ j olei rosati ℥ iiij liquefiat cera cum oleis ad ignem

Deinde remoueatur ab igne et incorporentur puluis aliarum
rerum predictarum et extendatur super petiam et aspergatur aceto for-
ti et ponatur super epar cum fascia omni hora. Confortat
enim epar sui stipticitate et caliditate. Si sanguinem repri-
mit sui frigiditate et plura medicamina diximus capitulo de
sincopi similiter et alia capitulo de debilitate epatis et eius
opilatione. Super splenem ponatur aliud emplastrum confortatiuum
eius et exopilatiuum quod sic fit. Recipe capparis coriandri
mirre cipressi calami aromatici ana ℥ s. succi absin-
thii succi eupatorii ana ℥ ij armoniaci ℥ ij cere ℥ ij olei
nardini ℥ iiij confice sic dissoluatur armoniacum in aceto
forti et cum dissolutum fuerit ponatur ad ignem in cazola
cum aceto colato et cum tepidum dissolutum addatur cera et oleum
et cum bene dissoluta sunt omnia addantur succi et incor-
porentur res predicte puluerizate cum eis in vase mundo
vitreo quod si non sufficerent predicti liquores addatur de oleo
donec sufficienter videatur. et si non habentur succi. sumatur
pro eis vinum decoctionis herbarum earundem et extendatur
super corium al molli uel petia et ponatur cum fascia
super splenem omni hora et propter ante cibum et alia extra
diximus capitulo de uilia paragrapho de emplastris et capitulo de sin-
copi. et plura dicemus capitulo de debilitate splenis et eius
opilatione. Super stomachum ponatur tale emplastrum quod confortat
ipsum ne superfluitates recipiat. Recipe masticis thuris boli
ar(meni). terre sigillate ana ℥ s. sandali rubei calami aromatici
capi mirtillorum ana ℥ j. piperis longi galange san-
guinis draconis cere citrine ana ℥ ij terentur cribellentur
et incorporentur cum ℥ vj olei mastichini et ℥ j cere disso-
lutis ad ignem et non incorporentur cum sunt super igne
quia virtus eorum resoluetur. sed postquam remota sunt ab
igne post dissolutionem predictorum in cazola. utatur carnibus
bonis assis bibat vinum rubeum stipticum mixtum cum aqua
pluuiali uel aqua decoctionis mirtillorum. ligentur
extrema et propter adiutoria dolorose et aspergantur
manus et pedes sepius ex aqua calida proiecta super
ipsa quod est res conferens in dulcedo. et fiat calefac-
tio corporis in balneo aque dulcis in qua non moretur
uel in aqua decoctionis rosarum calamenti absinthii mir-
tillorum florum camomille furfuris ut aperiantur pori
ad attrahendum nutrimentum et stipticetur ad retinendum
vtatur sepius ante cibum similiter et post dyacitoniton
cum melle et speciebus confecto et piris assis uel coctis
si inflatio non sit in ventre plurima et fiat omnia di-
cta capitulo de indigestione paragrapho de stomacho debili i. stomachi
et vngatur cum oleo rosato mastichino et nardino simul
mixtis addito puluere gariofili et modico aceti calefactis
predicte in aqua feruente mediante vase duplici et propter
ante cibum et ponatur emplastrum predictum super illud vnguentum
et confert ut detur trociscus de karabe 3bus viabus quaque
die. videlicet semel in aurora et semel ante prandium et semel
ante cenam cum aqua decoctionis mirtillorum uel vino
rubeo stiptico uel aqua ferrata quos dicemus capitulo de
fluxu ventris et capitulo de unitu sanguinis sub descriptionibus
diuersis. Si vero eius gustum abhorruerit misceatur cum
ipso plurimum ex zuccaro rosato propter delectationem. Confortat enim
et confortat stomachum excellenter. vitet omnibus coitum et alios
accidentes. non habitet in aere calido dissoluente uirtutem neque
frigido constringente materias ad interiora et vomitum augmentante
sed in aere temperato ligente ad calidum. Ordinet tamen ut aer
inspirationis sit temperatus ligens ad frigidum propter euenta-
tionem pulmonis et cordis defensionem a febre ethica que contingit
supreme post talem vomitum et propter tremorem antiquatum

ponantur uentose multociens sine scarificatione super epar et splenem in ieiunio **Emplastra** Emplastrum contra vomitum ℞ thuris mastices ana ʒ j confice cum albugine oui et pone super os stomachi uel patelle assa intorcia cum succo mente viridis uel aqua decoctionis eius et absinthii et calidum firma super locum Item ad vomitum prohibendum confert lac vaccinum vstulatum perfectum assumptum in potu similiter et pulmentum ex riso uel milio uel farina simile conditum cum eo et aliud optimum ad idem ℞ vitell oui assi mellis cocleare vnum masticis puluerizati subtiliter ʒ j misceatur simul in testa oui et coquatur sub cinere calido continue agitando cum stipula et assumatur pro cibo in ieiunio per triduum vel ante cibum vomentibus premissa euacuatione cum vomitu uel per luxum ventris Item ad idem trociscus ℞ se. api ana absinthii ana ʒ vj mirre auellanas ij terantur et confice et cum aqua frigida pluuiali uel aqua decoctionis mente et plantaginis uel cum vino rubeo stiptico conficiatur detur vnus in ieiunio cum aqua frigida Item electuarium ad idem quod appellatur dyamenta ℞ succi mente lb vna vini granatorum quarta partem lb vnius zucari lb ij vel ℞ succi mente succi granatorum ana ʒ ij mastices ʒ iiij galange ana ʒ ij zucari lb ij fiat electuarium Item fomentum aliud ad idem ℞ thuris ʒ j cimini ʒ j ʒ s baccarum lauri quantum de omnibus terantur et cum succo rute uel mente incorporentur et stomacho supponatur Item emplastrum ad idem ℞ cimini absinthii saluie mente rute sanguinis draconis boli ar. sandali gallarum masticis thuris corticum granatorum plantaginis balaustiarum ana terantur et bulliant in aceto forti uel vino rubeo et cum eo conficiatur et calida sepius fermentetur sepius super stomachum cum fascia in ieiunio et cum infrigidatur statim remouetur Item puluis de cornu cerui potatus cum liquore quocumque confert in omni fluxu siue per superius siue per inferius procedat Item si vomitus fiat propter congestionem diuersorum humorum in stomacho purgetur cum electuario puluere qui est educens omne genus humorum cum facilitate ℞ turbith albi et electi agarici ana ʒ ij reubarbari optimi ʒ s ana ʒ j sene quantum de omnibus dosis eius est ana ʒ ij usque ad quatuor Item epithima expertissimum est illud ℞ succi citoniorum succi mente succi absinthii ana ʒ iiij cinamomi galange maci cubebarum masticis spice ana ʒ... capite mirtillorum corallorum ligni aloes ana ʒ ij puluerizentur subtilissime et cum succis misceantur addendo aliquid aceti citoniorum et calefiat parte super carbonibus ignitis Deinde spongia uel filtrum infundatur in ipso et post hoc modicum exprimatur donec fiat roridum et illico super stomachum ponatur quanto calidius sufferre potest sepius in ieiunio et remouetur illud subito cum tepidum fuerit factum et si non habeatur succi predicti fiat cum aqua distillacionis rerum in alembico uel cum aqua decoctionis earum uel cum vino rubeo pontico Item ℞ panis integram de simila uel de siligine cum extrahitur a fornace et actu calida in succo mente et aceto extinguatur Deinde simul incorpora et ex ipsis fiat emplastrum uel aceti de succo mente tanto magis et post dissolucionem panis fiat ex eis epithima in quo filtrum uel lana succida uel pannus laneus nobilis duplicatus imbuatur et actu calidus aliquantulum expressus ponatur super os stomachi frequenter iterando Item capitulo de indigestione paragrafo de emplastris plura scripsimus conferencia vomitui et indigestioni **Canon** Omnis medicina administrata stomacho per exterius uel per interius oportet ut sit actu calida quia sicut

auctor de declarauimus capitulo de diminucione digestionis stomachi tepida exteriora resoluunt utrumque ipsius scilicet tepida interiora sunt nauseatiua caloris scilicet interiora sunt opilatiua Veruntamen in vomitu magis competeret frigida quam tepida quia omne actu frigidum est difficile vomitiuum et precipue sicut grossum stipticum ut pira citonia nespile sorbe risum et similia Sciendum preterea quod isti duo colores in vomitu qui sunt citrinus et viridis colorem et flatores... distinctiua aut certa sunt ista quia si sunt a colera fiat humor extremus stomacho et amarissimi saporis cum siti plurima et prostratione appetitus et calore corporis et vrina citrina et antecessione exercicii et cibi acuti et potus vini puri veteris et cetera si complexio corporis sit colerica minus dubitatur Si uero sit a flegmate fit grosse substantie viscose quoque similiter et saporis insipidi aquosi uel acetosi sine siti plurima et forte sine calore plurimo iniustus fluit quod vomitus cronicus malignus nimio antecessio ciborum tractorum ab oleribus uel fructibus indigestis Sciendum preterea quod vomitus quoque vomitu curatur scilicet propter eradicationem materie et precipue si fiat facile sine nocumento capitis et pectoris omnino Veruntamen non stet in ipso sedes plurima neque frequentetur quia facit stomachum latum fiat ergo tamen semel in mense et precipue duobus diebus super se ita ut reliquie prime diei euacuentur secunda die Postea fiant euacuationes per inferius deinde ... dissolutiones cum ligaturis et fricationibus et vltimo confortationes stomachi cum stipticis per exterius et interius predictis Et aut complementum ad cognicionem vomitus ducitur quemadmodum videtur saporum decas discute et ipsorum causas breuius pertractare Dicamus igitur quod teste ... de medicinis simplicibus libro ... tractatu primo capitulo de cognicione medicinarum per racionatorem sapores in rebus omnibus siue fuerint naturales siue non naturales siue preter naturales sunt triu generum quia sunt calidi sunt frigidi sunt et temperati Sapores autem frigidi quatuor sunt modorum quorum quidem primus est ponticus propter materiam terream grossam indigestam velut sapor fructuum priusquam incipiant dulcescere Secundus vero stipticus siue austerus propter materiam terream commixtam cum aqua stomacho principium digestionis ut est sapor fructuum semimaturorum Tercius vero acetosus et iste est duplex vnus qui perdit digestionem ut sapor fructuum non dum perfecte maturorum Alius qui sequitur ut sapor aceti ex vino bono facti quia fit propter exalacionem calidi naturalis Quartus autem insipidus siue aquosus ut sapor primorum et piscium et cucurbitarum et sicut ipsos ordinauimus hoc loco sit ordo et gradu Sapores autem calidi sunt tres Primus est acutus siue acris propter materiam igneam et est omnium calidissimus ut est sapor piperis et sinapis et squille Secundus est amarus propter res terreas subtiles adustas ut sunt sapor mirre et iste non est nutritiuus nec purus nec commixtus Tercius est salsus propter partes terreas grossas adustas ut est sapor salis Sapores temperati uel quasi temperati cum modica vergencia ad calidum sunt duo Primus vnctuosus siue oleagineus propter partes aereas perfecte digestas ut sapor adipis olei uel butiri Secundus vero dulcis propter partes aqueas perfecte digestas et cum igneis commixtas quapropter est uel temperatus uel plurimum propinquus temperato ut sapor zucari uel lactis et ideo fit omnium maxime nutritiuus Et sicut dictum est de saporibus ita et intelligendum est de odoribus cum odores

non habeat propria nomina sed accommodata a saporibus nobis magis notis. Oriuntur preterea species saporum mixte plures nec calamo narrabiles quemadmodum et medii colores nequaquam tamen possunt esse infiniti ut dicit Aristoteles in libro de sensu et sensato. In vomitu preterea purgato videtur fieri quietissima cum insidet quia solvit comprimendo quapropter confortat stomachum et intestina ne post evacuationem iterum superfluitates recipiat ab epate vel renibus. Cavendum autem omnino a medicinis acutis in corpore fuerit vomenti velut sunt dyacodion scamonea quia vomitum augmentat et intendendum est lenibus velut sunt turbith manna tamarindi etc.

Pronosticatio

Vomitus bis vel semel omni mense factus cum allevatione infirmi et precipue in corpore consueto vel guloso fortitudinem expulsive stomachi significat et eius sanitatem. Et ideo dicit Avicenna primo canonis fen 3a capitulo de vomitu qui est in regimine sanitatis omni corpori faciliter vomenti provocare vomitum semel omni mense duobus diebus continue secundum quibus cum medicinis vomitivis contingit gaudere qui peccat salvis duabus conditionibus. Prima quidem ne ordo in hora sive secundum periodum quoniam natura facit consuetudinariam super illam horam expectandam, quapropter convenit ut fiat quandoque in principio mensis, quandoque vero in medio vel fine quoquomodo. Secunda est ne violenter se paciens ad vomitum compellendum quia stomachum facit latrinam et receptaculum omnium superfluitatum corporis et forte rumpet venam in pulmone et inducet ptisim et forte faciet ire fumos ad caput et oculos et inducet zodaniam cronicam aut cecitatem. Certe autem et modo vomendi faciliter et medicinas vomitivas unicuique materie convenientes scripsimus capitulo de fetore nasi. Item in vomitu singultus et oculi rubei malum. Item vomitus sanguinis cum febre acuta mortale quia apostema in magis fit aptum cum maturatur, ut in ypo vii particula aphorismorum. Cuicumque sane vomitum sequitur cum febre salubre est, cavendum vero cum suspiriosis et infirmis. Si vero cum febre precipue. Item vomitus perdurans inducit indigestionem. Indigestio vero defectum nutrimentorum et post marasmum et febrem ethicam et precipue si sit a quartana causa quam sequitur mors gradative velut apparet in febre ethica vel ptisi et pluries horum sentiunt allevationem cum stringitur vomitus. Deinde recidiva cum vomitus redierit. Quapropter est cavendum in ypocratis pronosticationibus. Item dicit ypo. 7a particula aphorismorum spasmus et singultus post multam inanitionem malum sive sit inanitio per vomitum vel secessum vel fluxum menstruorum vel emoroidarum vel vulneratorum cum ense. Item ibidem mulieri sanguinem vomenti menstruis supervenientibus solutio fit sive vel emoroidibus si corpus sit consuetum. Item vomitus flativus in principio paroxismi febre interpolata de flate vel hora causis in febre continua premissis signis digestionis cum virtute tollit egritudinem. Eodem autem modo dicendum est de vomitu colerico in febre tertiana continua vel interpolata et de vomitu melancolico in febre quartana. In febre autem sane non commendatur vomitus sane quia ut dicit ypocras 4a particula aphorismorum sane sursum quod qualiscumque fuit malum, deorsum vero si niger exierit bonum, eius vero malum in febre compositis temporibus dicimus esse vomitus. Item dicit ypo 2o pronosticorum quod in omni acuta febre laudabilis debet esse vomitus in quo flegma et colera precipue sunt simul mixta et non est viscosus

sed quanto colores sunt minus commixti et solum in vomitu post cibum est suspectior et precipue cum aliis malis signis que sunt virtutis debilis signum indigestionis dies non cretica velut est octava vel mala inquietudo velut est dies vi. Item in eodem si sine febre acuta fiat vomitus sit succus porri aut viridis aut plumbeus aut niger malus est. Si autem omnibus hiis infectus est morti vicinat. Item ibidem fetor horribilis si fuit in ipso vehementer est malum, quia putredinem et corruptionem maximam significat humorum.

Capitulum decimum de colica passione

Colica passio dicitur cum quis cadit habet cogitur eiecte superfluitates colerales vel humorales superius per vomitum et inferius per secessum cum dolore et torsione stomachi et intestinorum. Fiat autem propter duas causas. Prima est antiqua et inveterata corruptio cibi in stomacho et intestinis et precipue fructuum et olerum et piscium et aliorum ciborum viscosorum. Et signa eius sunt antecessio satietatis nauseative per dies plurimos et multitudo ventositatis in ventre cum rugitu et inflatione et quod incipit dolor circa umbilicum primo cum punctura eius. Deinde advenit solutio plurima aut sine vomitu et hoc est minus malum aut cum vomitu et hoc est maius malum. Et quod emittitur est cibus non digestus vel semidigestus vel flegma viscosum et forte erit sicut lotura carnis si totaliter corruptio compacta. Secunda vero causa est effusio colere rubee plurime ad stomachum et intestina simul mordicativa ea et est defectior earum et magis constringens propter quod et passio colica incipit. Et signa eius sunt nausea vehemens valde et sitis assidua cum adustione corporis et anxietate plurima et si bibit aquam frigidam sedatur nausea donec calefiat in stomacho. Deinde evomet ipsam et quandoque est solutio ventris cum ea et tunc est periculosior. Et quandoque superfluit adeo donec faciat extremorum supervenire sincopim et cadat pulsus. Et quod emittitur est subtile citrinum amarum et quandoque grossum sicut vitellum ovi et fortassis antecessit usus piperis allei sinapis et aliorum acutorum et fortassis subalbida propter raptum colere ad stomachum et intestina.

Medicatio

Cura eius que fit a causa frigida est ut hora paroxismi et cum sentit puncturas et torsiones in ventre, bibat sepius sub multa quantitate aquam calidam valde in qua bullita sint ciminum galanga piper longum et similia carminativa ventositatum et incisiva viscositatum et inducatur post hoc sompnus si possibile sicut diximus capitulo de vigiliis quia sistit vomitum et assellationem et omnem motum quod est precipuum in cura huius passionis. Comedat micam panis de simila assam super prunas et post hoc imbibitam in vino veteri potenti et bibat ex eodem super allea sinapim et galangam. Fiat preterea calefactio super ventrem ex lapide ignito asperso aceto acutissimo et pannis lineis calefactis involuto et ex sale et milio torrefactis in sacculo. Quod si post hoc omnia sensit dolorem in capite propter vapores vini vel vomitus, dormiat iterum si possibile et liniat nares et tempora cum aqua rosacea et aceto et cum evigilaverit ingrediatur balneum resolutivum aque decoctionis florum camomille absinthii rosarum milii rute calamenti et similium in qua prolonget moram. Ante horam vero paroxismi similiter et post recipiat dyatrion vel tyriaca veteri cum vino calido decoctionis piperis longi galange zinziberis cinamomi et devitet cibos frigidos viscosos et sitim et famem tollerare si possibile et confortet stomachum cum unguentis et emplastris sicut diximus capitulo de indigestione passio

de sto fac cum ma et si euacuato superfluit nequaquam purgetur cum medicina sed solum confortetur cum calidis supradictis intus et extra Si uero non sufficit purget cum benedicta laxatiua uel cum decoctione mirabulorum kebulorum dicta ibidem quia euacuat confortando stomachum quia et intestina et post euacuationem fiat omni die in aurora unum ex trociscis de bdellio quos diximus de apostematibus epatis diximus cum vino rubeo uel aqua decoctionis mirtillorum piperis cinamomi galange mastic et equus qua stomachum potenter excitat . similiter et diacitonites cum melle et speciebus confectum . Bibat vinum vetus parum, comedat carnes pullorum assatas uel elixas cum feni et petrosilino parum et sepe comedat et caueatur sepius in ieiunio et paulatim redeat ad consueta Cura eius que fit a causa calida est ut dixi primo et in principio cum incipit vomitus cum assellatione bibat aquam calidam in plurima quantitate et vomat cum ea plurimum illius cole cum facilitate Si aut superfluat vomitus uel assellatio adeo ut virtus cadat tunc ligat vehementer utraque adiutoria similiter et coxas et pone super stomachum et totum ventrem lapides frigidos uel glaciem uel niuem uel pannos infusos in aqua frigida uel aqua rosarum et aceto aut in succo solatri uel fus atque spongie donec perfecte infrigidet et superfiat et effundat super pedes et manus et faciem totam aquam rosarum aqua frigida et fricetur nolle manuum et plante pedum cum aceto et sale vehementer et da ei in potu unam vice post aliam succum granatorum acetosorum vel agrestam uel aceti ipse uel commixtum cum aqua frigida si ipsum ipse sume non potest quia si ipsam euomat reitera sequenter Et si non sufficit fortifica cum spodio et bolo ar et ro sucis puluerisando omnia subtiliter et cum predictorum liquorum aliquo miscendo uel cum aqua decoctionis malorum acetosorum et citoniorum uel pirorum nondum maturorum et in potu dando vice post uicem quotiens euomat camel pulueris mirtillorum et de sigillo sancta terra cortice granatorum in potu tribue cum succo berberis et aqua frigida quia sunt extrema in stipticitate et reprimendo colam Et da ei quandoque si virtus constet aut predictos potus absorbat aquam puram frigidam vel lac acetosum plurimum et cum ipsum euomit reitera multociens donec videas vomitum alleuiari vomitu paruo . tunc magis conforta uirtutem dando in cibo iura pullorum [illegible] subtiliter cum dicta cum succo citoniorum aut vino pontico inspissatum cum mica panis assi super prunas, et si euomat illud reitera donec retineat omnino, et tunc da in cibo pullos uel perdices uel aues siluestres [illegible] assatas et coctas in succo citoniorum uel granatorum uel agresta uel berberis vel vino pontico mixto cum aqua pluuiali uel cum aqua decoctionis mirtillorum et plantaginis et quando predicti pulli assantur tunc possint in ventribus eorum poni grana micti uel granatorum uel suauiter uel grana berberis contusa Et cum cum cibo sumauit da ei in potu vinum ut virtus confortetur et sompnum prouocet si sit sit vinum stipticum non acutum et post cum non corporatur vindicetur ut dormiat grosse quia vomitus et fluxus sedantur cum sompno et si post sompnum senciat se alleuiatum ponatur in balneo aque tepide decoctionis rosarum plantaginis et florum camomille, et post balneum vngatur stomachus et totus venter cum oleo mastichino et oleo rosarum partes equales addendo modicum aceti ipse penetratorem et sit reductus gradatim ad consueta Ante horam vero paroxismi [illegible] et post [illegible] paciens cum infusione [illegible]

colam generet et cum vomitu leui facto ex aqua tepida pura uel cum syrupo acetoso compuncta uel purgetur cum reubarbaro uel cum medicinis sicut diximus capitulo de indigestione stomachi passo de canonibus quia medicamen colerico colam stringunt uentrem, vtatur cibis assis conditis cum succis frigidis predictis et post cibum sumat citonium assatum uel pirum uel mespilam uel sorba. Bibat potus stipticos predictos, abstineat a cibis et potibus calidis acutis . a coitu omnino

Pronosticatio passio colica et ipse que fit a causa calida [illegible] inter egritudines periculosas et ideo infra septem dies uero uel cadat [illegible] media et natura uel infirmat quia nimium debilitat et magnum morbum nequit tollerare ymo facit vehementem motum quam ipsum, et uel vomat uel incitatur in tali casu ut dicat [illegible] in ix illius aforismi Ipocras particule Cui [illegible] a tertiano [illegible] si quis euomat sursum simul cum secessu uel cum ea sine secessu mortale quia [illegible] magnum calidum in intestino sit et licet ista passio sit similis passioni colice non tamen est illa sed potius est passio intestinalis . et ylleos [illegible] et de ipsa diximus capitulo de affectibus intestinorum

Capitulum undecimum de dolore et inflacione stomachi

Dolor stomachi

Dofit ipse duas causas, prima est apta et vacuo de quibus dicetur sequenti capitulo, 2a est ventositas inflans et extendens duas tunicas stomachi scilicet interiorem neruosam et exteriorem carnosam . est autem interior neruosa ut sentiat famem et cibi qualitatem ut in ipso voluptetur et super ipsum corrugetur atque retineat sit [illegible] uel ab ipso dilatetur et ipsum eiciat per supius et inferius sit in quem [illegible] est autem exterior carnosa ut suo calidiate naturali cibum digerat per toto quamquam facilius est alterare per mediam quam sensu tactus sentie ut in vmbilico posito [illegible] manu et regione Iste igitur dolor ventosus aut commouetur magis ante cibum et tunc fit a mala complexione frigida stomachi cum materia ventosa a qua calor naturalis stomachi diminutus eleuat ventositates, uel commouetur magis post cibum et tunc fit a mala complexione stomachi frigida sine materia sine calor naturalis stomachi sit diminutus in se siue sit oppressus multitudine cibi et ipse fructuum ventosorum et flatiuorum ut sunt olera fructus legumina et iste dolor qui commouetur post cibum quandoque peruenit ad tantam maliciam ut non possit nisi cum vomitu et ideo vehementior dolorum stomachi preter eos qui fiunt ab apostemate uel ulcere in ipso

Methodus Signa doloris stomachi a mala complexione frigida cum materia sunt quia magis infestat ante cibum quam post quia natat in stomacho primo . et quia fit quandoque vomitus flatuosus, uel eructuatio acetosa cum qua alleuiatur dolor et prostratio appetitus et est sine siti et caliditate sed cum sputo et saliua plurima et nausea et fastidio et rugitu ventris plurimo quando patiuntur stomachus uel splen uel venter cum membris quia ista sunt tria membra [illegible] frigida ventosa . et iste rugitus augmentatur ante cibum quandoque et post digestionem cibi quandoque sed ipse in latere sinistro Et cura eius est cum oximelle composito uel squillitico uel aqua decoctionis raphani [illegible] et aneti [illegible] replendo [illegible] pis allieis et leguminibus vel purget cum pillulis cochijs uel cum benedicta laxatiua uel medicina de turbith

premissa digestiones flatus cum sirupis dictis capitulo de indige-
stione paragrafo de cura stomachi frigidi cum materia utatur
diagalanga diaton piperion et diacimino. comedat
allea sed non tepas neque porrum quia licet sint cali-
da, sunt tamen grossa quapropter et ventosa. nutriatur car-
nibus bonis et precipue assis vel elixis cum feno et carui
et petrosilino conditis cum speciebus calidis acutis ut sunt
piper cinamomum cinnamomum et gariofili paradisi. bibat vinum vetus pu-
rum amarum. vitet leguminia. et super cibum sompnum.
excitetur in ieiunio. ungatur et emplastretur stomachus
ut dictum est illic. vitet alia et fructus cibos infla-
mativos preter evacuativos. provocet eructuationes cum ma-
sticatione thuris et cimini et masticis et carui et aliorum
similium ingluciendo salivam in ieiunio et stet hoc illa
erectus et post illud ambulet quantum. Signa doloris
stomachi a mala complexione sua sine materia sunt quod
commovetur magis super cibum quam ante et precipue super reple-
tionem plurimam vel sumptionem ciborum ventosorum. qualis-
cumque corrumpitur cibus in stomacho et fiunt eructuationes feti-
de fumose vel acetose cum ructibus plurimis fetidis et
angustia corporis primo forte non commovetur super
cibum paucum et precipue calidum subtile et cura eius est
ut comedat parum et sepe et cibos bonos subtiles
boni chimi ut sunt ova sorbilia et carnes edo-
rum vel pullorum cum iuribus eorum conditis ex pipe-
re galanga. provocet eructuationes et ructus cum
masticatoriis et electuariis predictis et confortet
stomachum et intestina cum unguentis et emplastris predictis
et si supervenerit vomitus, fiant omnia que dicta
sunt capitulo de vomitu, paragrafo de empiricis et precipue cum
usu electuariorum et trociscorum expulsivum et calefa-
ciens stomachum ut sunt trocisci de mirra et diaton
piperion et vitella ovorum assata conspersa cum pulvere
cardamomi vel coriandri torrefacti et melle despu-
mato dando ea omni die ante cibum et potest fieri cau-
terium in vertice capitis propter exalationem vaporum ma-
lorum et confortationem humorum duorum magnorum de-
scendentium ad os stomachi ut dicit Rasis in divisionibus
capitulo proprio. Sed nos illud credimus alienum.
Empirica ad omnem dolorem ventris sive stomachi
ventosum confert ponere cuccurbitam magnam super locum
cum incisione vehementi hora paroxismi quia ventositatem
vehementer dissipat. Dicimus autem ventosam siccam
que ponitur super membrum cum igne seu stupa ignita
sine scarificatione. Item lapis molaris vel lapis
coctus ignitus et aceto forti aspersus positus super
locum mediantibus pannis calidis confert vehe-
menter. Item embrocatio ad idem. Recipe urtice baccarum
lauri ruthe absinthii centauree ana manipulum .1. ana carui
cimini ana ʒ .1. coquantur in vino forti diligenter cooperto
vase. deinde infundatur spongia in isto liquore calido
actu et aliquantulum expressa ponatur super locum rei-
terando frequenter donec infiatio fuerit. Et si vis fortior
adde semen sinapis nasturcii et aneti vel pone o-
leum commune et fac unguentum postquam eedem res bene
cocte fuerint in ipso colando et addendo cere
quod sufficit atque liniendo ad ignem vel furnum
calidum diligenter. Ad idem confert oleum de
castoreo vel de lilio vel de aneto vel de rutha
calefactum in aqua fervente. Item emplastrum ad idem
expertissimum. dividatur panis per medium cum extrahitur
a clibano et infundatur mica tota in oleo communi

et melle simul calefactis ad ignem et sic applicetur
ventri quanto calidius fieri potest et cum infrigidatum fuerit
reiteretur cum alio pane vel infundatur idem panis in sueto
mente et ruthe et actu calidus applicetur. Item Recipe unum
vitellum ovi olei camomillini vel de lilio tinctum et co-
quassentur ad invicem pariter et incorporetur eis parum de mi-
ca similiter torrefacte vel etiam addatur sepe apii quantum vo-
lueris et extendatur super petiam et calefiat pariter super lapide
ignito et stomacho et toti ventri applicetur firmando cum
fascia et reiterando frequenter quando infrigidatum fuerit. Est
enim ultime anodinum. Item tragea ad idem qua uti
convenit ante cibum bibendo desuper modicum veteris
vini potentis. Recipe carui ani anisi ameos petrosilini apii maratri
siseleos ameos bethonice cimini calamenti pulegii ysopi spice
nardi piperis longi salgeme ruthe centauree galli cuspa-
olibani masticis ceterach mellis olei communis quod de citri-
nis ana ʒ .1. cinamomi seminis ana ʒ .1. maiorane foliorum
ballaustie ozimi cardamomi galange liquiricie ana ʒ .ii.
zuccari quod sufficit terantur omnia grosso modo et fiat tra-
gea vel terantur subtiliter et fiat pulvis vel conficiantur
cum melle et zucco et fiat electuarium. Item usus frequens
diacimini vel dyanisi vel dyaton piperion confert
in ieiunio. **Canon** Scias quod iste quatuor pas-
siones eructuatio singultus dolor inflativus et co-
lica ventosa ex eadem causa procedunt scilicet ventositate
in ventositate grossa inerte, sed differunt forma et
subiecto, quia eructuatio est quando illa ventositas expel-
litur cum sono per superius sicut cum ructa per inferius. Sin-
gultus vero dicitur quando eadem ventositas conatur egredi per su-
perius licet non possit sive propter eius inviscationem in villis
stomachi. Colica vero dicitur quando eadem ventositas stat fi-
xa in coliaco intestinorum extendens ea vehementer.
Dolor vero dicitur quando fit ista extensio in stomacho et inte-
stinis similiter aut altero eorum. Et ex hoc scire potes quod scri-
pta in quolibet istorum capitulorum sibi invicem suffragantur.
Pronosticacio Dolor stomachi si prolongatur di-
gestiva et retentiva debilitat et per consequens colericam vel he-
ticam vel ydropisim inducat. quia si consumetur materia
simul cum calefactum constituet propter defectum nutritionis. Sed cum ulcere-
ratione perseverat cum de maxime prenetrabilibus acutis sit do-
lor ut dicit Avicenna primo canonis fen 2a capitulo de dolore. Item
stomachi dolor inflativus dolor et intestinorum diu perseverans
neque fluxit ventus spontaneo neque artificio mitigatum
ydropisim timpaniten inducat assumat. Unde ypocras
particula aforismorum. Quibuscumque fiunt torsiones et circa umbili-
cum dolores et lumbos et dolor non solvitur neque a farma-
ciis neque aliter in ydropem siccam perficitur.
Capitulum xii de apostemate et ulcere stomachi
Postema ulcus et ulcus sepe
fiunt apostemata in stomacho ideo de ipsis eodem dicemus
capitulo. Fit igitur apostema in stomacho sicut et in alio quo-
cumque membro per decursum materie ad particulam debilem per ve-
nas arterias et hec materia vel est calida ut puta co-
lera sanguis vel est frigida ut puta flegma vel mixta. vel est
corrupta ex ipsis quapropter istud autem apostema vel est in
ore stomachi vel in concavitate eius. Et istud apostema
vel terminatur per resolutionem vel per saniationem vel per indurationem.
Et ulcus quidem stomachi aut fit propter antecessionem apo-
stematis terminati per saniationem et rupturam propter materias acutas
corrosivas in stomacho contentas sicut est colera et flegma salsum
et signa et curam omnium istorum per ordinem dicemus.
Methodus Signa apostematis stomachi in communi

sunt tria. Primum est febris continua, secundum vero dolor in regione
ipsius, tertium est quia forte apparet tumor et eminentia
in loco. Signa terminationis apostematis per resolutionem in loco
sunt quia de die in diem decrescit locus cum mitigatione
doloris et febris continue et quandoque fit hoc sine evacuatione
sensibili et aliquando cum evacuatione sensibili materiarum per urinam vo-
mitum aut secessum cum additione signorum salutis. Signa
terminationis eius per saniationem sine dubellatione ab aucto-
ribus nuncupatur quia post dies aliquot intenditur do-
lor et febris et precipue in nocte et ab illa hora quandoque superve-
niunt rigores et dolores pungitivi neque minoratur tumor
cum supradictis medicinis adhibitis neque apparuit evacuatio
sensibilis. Cum igitur apparere ceperint huiusmodi post signa apo-
stematis omnia predicta similiter et pariter, scias quod ab illa
hora materia apostematis convertitur in saniem. Sed cum sedatur post
hoc totum febris et dolor cum remanentia tumoris et doloris
aliqualis, scias tunc saniem generatam. Unde ypo. xi parti-
cula anforismorum. Circa generationem saniei etc. Sed cum rupta
fuerit sanies et sanies per vomitum vel secessum, scias tunc
dubellationem factam esse apertam et tunc dicitur ruptura vel ulcus.
Signa terminationis apostematis per indurationem que sclirosis
appellatur sunt delitescentia febris salsa et doloris mitigatio
post xx vel xl vel lx dies a principio apostematis non prece-
dente evacuatione sensibili vel modica existente si fuerat cum
remanentia tumoris et congruendinis in loco et duritie que
forte tactui non cedit. Et scias quod ista terminatio ut plurimum
sequitur apostema stomachi calida et raro fiunt cum sclirosis ha-
beat fieri non nisi per resolutionem subtilis et remanentia
grossi quod solum potest fieri a calido forti. Et de istis
terminationibus apostematum et hora mensurante qualibet
separatim plura scripsimus tractatu de pleuresi. Signa apostematis
distinctiva an sit in ore stomachi an in spaciositate eius
sunt quia si sit in ore maior apparebit eminentia in par-
te exteriori et precipue circa furculam. Si vero sit in spatiositate
ipsius non apparebit eminentia propter profunditatem eius
sub mirach nisi valde magnum fuerit apostema. Tunc
forte apparebit aliqualis tumor et precipue inter furculam et
umbiculum. Si autem apostema fuerit in parte posteriori stoma-
chi sentietur dolor inter spatulas utrasque aut sub collo.
Si vero in parte anteriori tunc super umbilicum fiet dolor
magis. Et postquam expediti sumus de signis generalibus
apostematis debemus venire ad propria unicuique. Signa
apostematis calidi de co(lera) sunt cum predictis dolor acutissi-
mus pungitivus cum febre continua acuta et casu appetitus
omnino et vomitus et sitis et forte debilitas digestive
et retentive adeo ut fiat lienteria. Et cura eius est ut
in principio fiat flebotomia basilice dextre in brachio
vel manu propter diversionem materie fluentis, et post flebotomiam
fiat vomitus lenis si est possibile cum aqua tepida vel
sirupo acetoso et aqua decoctionis aneti violarum seminis ci-
troniorum atriplicis. Postea fiat remedium locale repercus-
sivum sicut est unguentum ex oleo ro(sarum) et modico aceti vel
emplastrum ex sandalis rosis farina ordei incorporatis
cum oleo ro(sarum) et aceto. Sumat in aurora sirupum de ci-
troniis vel sirupum ro(sarum) cum aqua decoctionis sumach
vel mirtillorum vel citoniorum vel berberis, mollificetur
quandoque venter leniter et si non fuerit omni die obediens
cum ℥ iiii aque decoctionis lactuce violarum endivie prunorum
in qua dissolute sunt ℥ ii medulle cassie fistule colate
et detur ante diem. Sed non dentur medicine fortes
vel que extendant manna vel tamarindos quia
febris inflamaret et apostema augmentaret et sit contentus

hora illa pro cibo aqua ordei vel pulmento ordei vel
avene vel farris condito cum succo granatorum vel mice
pulvere alterato cum lactucis portulaca endivie cucurbita
et similibus vel cum agresta. Bibat iulep. vel aquam
zuccari vel vinum granatorum mixtum cum aqua decoctionis
lactucarum vel endivie vel prunorum et cetera. Regatur cum dieta et
medicinis usque ad finem principii donec locus securetur
ab apostemate vel eius additione. In augmento vero et cum
materia fluxit cibetur sicut prius. Sed in medicinis addantur
resolutiva levia sicut sunt emplastra ex farina
ordei farina fenugreci seminis lini radice malvavisci co-
cta et mundata parte incorporata cum oleo camomille
quod sufficiat in vitellis ovorum et fiant quandoque cli-
steria lenitiva ante cibum si venter non obediens videatur.
In statu vero eodem modo procedatur nisi quod procedant
proponatur omnino in emplastris et unguentis febris et po-
natur resolutiva pura et sic regatur usque ad declina-
tionem. Vero et cum venit declinatio et recepit febris diminui
similiter et dolor fortificetur emplastrum resolutivum
predictum cum semine aneti vel nasturcii et confortetur
stomachus cum trociscis de ro(sis) qui sic fiunt. Rx ro(sarum) ru(brarum)
℥ v spice masticis ligni aloes cinamomi cassie
ligne ana ʒ i et ʒ s(emis) infundentur trocisci cum vino decoc-
tionis odorifero quorum unusquisque sit ʒ ii et unus
detur ante diem cum vino debili quia dolores et ar-
dores mitigant et digestionem et retentionem stomachi
confortant. Et cetera regatur cum medicinis et dieta gradatim in-
grossata usque ad sanitatem perfectam. Si autem predictum
apostema prolongetur neque resolvatur sed potius tenditur ad
collectionem intende per quandoque cognoveris ad generationem sa-
niei cum emplastro maturativo quod sic fit. Rx farine
fenugreci seminis lini aneti florum camomille ana ʒ i
malvavisci cocti et mundati a ligneo [illegible] pisti
lb i incorporetur omnia simul et si requiretur inspis-
sationem inspissetur cum farina frumenti vel siliginis
et addantur in fine ℥ iiii mellis et ponatur actu
calidum super apostema reiterando frequenter cum infrigidatum
fuerit. Et si vis ipsum magis lenire adde semen nasturcii
dragagantum gummi arabicum amigdalarum amararum quia omnia me-
dicina calida sapticata viscosa poros opilans talis ut
sufficiat ad congregandum calorem naturalem prohibere
propter quod indurat prohibitione omnimoda transpirationis
et evaporationis eius et per consequens putrefactionem que est
saniei generativa ut ait G. [illegible] de medicinis simplicibus
et ab ipso medicine maturative nuncupantur et debitet illa
hora cibos fructus stipticos quia ingrossat materiam et ma-
turationem prohibent. Sed sumat cibos temperatos vergentes
ad calidum si febris illud concedat ut sunt carnes pullo-
rum vel edorum vel ova sorbilia vel pultes ex farina
frumenti vel avene conditi cum butiro et sale
vel lacte amigdalarum et cetera. Regatur usque ad horam ruptu-
re. Tunc faciat medicus rupturam per artem si non evenerit
per se et mundificetur ulcus a sanie et post hoc consolidetur
prout sicut dicemus infra paragrapho de cura ulceris in ipso.
Si autem inter predictorum contulerit primo apostema de die in
diem induratur cum delitescentia febris salsa et remane-
ntia tumoris que significat sclirosim, tunc intende ad
mollificativa et resolutiva [illegible] ut dicemus
infra paragrapho de cura apostematis [illegible] in ipso. Signa
apostematis calidi de san(guine) sunt cum predictis omnia signa a-
postematis de colera preter quod dolor est in isto magis gravativus
quam acutus et pulsus est in utroque velox spissus

tn in colico durus et in sanguineo mollis et in utroque est vomitus et sitis sed maior in colico et siquidem humor apostematis super epar dominetur tunc in apostemate colico fiet urina subtilis ruffa vel citrina sed in sanguineo rubea clara sed in flatico subalbida grossa viscosa sed in melancolico glauca subtilis. Verumtamen si epar bene se habuerit aut modo contrario variatur potest apparere urina rubea grossa vel ruffa subtilis vel spata vel quolibet aliter se habens tunc urina tamen inducet super epar et venas quemadmodum et vomitus et secessus super stomachum et intestina. Et cura eius est eadem cum cura apostematis de eo. Preterquam magis congruus est flobotomia sed minus farmacia neque oportet adeo fugere cibos vel medicamina infrigidantia cum sanguis sit humor benivolus et nature amicabilis. Signa apostematis flatica in stomacho et que in parte rum hoc accidit sunt cum predictis preter continua lenta multitudo sputi cum casu appetitus et eminentia paruule magis absque duritie in tactu et dolor levis cum gravitate et pulsus parvus mollis. Et cura eius est ut in principio purgetur cum infusione aloes dulcorata cum zuccaro vel melle quia aloe a proprietate evacuat flegma et confortat stomachum licet sit amarum vel cum medicina de turbith vel cum benedicta sed nequaquam provocetur vomitus quia attrahit materias et addit ad apostema et si etitudo sit carnosa flobotomia fiat per hec basilice dextre que licet non conferet ratione qualitatis cum flobotomia evacuet multitudinem ut dicit Avicenna fiat clisteria primo quidem levia ex aqua decoctionis florum camomille sentes malue melle oleo et sale ut dictum est capitulo de bolismo paragrafo de emplastris. 2° vero acuatur de 3° in tertium cum pulpa colloquintida vel yerapigra vel benedicta ut dictum est ibidem et non ponatur repercussiva super apostema sed cum ea quia tunc mercudaret et ingrossaret materiam et scirosim facerent et ponatur resolutiva super totum apostematis quia cum materia sit frigida in stomacho non erit tantus timor de attractione vel de inflamatione sicut in apostemate calido predicto et premissa evacuatione vel emplastrum aut resolutivum bonum est illud Recipe seminis lini fenugreci farine lupinorum ana partes equales aloes tertiam partem unius incorporetur cum adipe anseris anetis et galline et extensum super petia ponatur frequenter super stomachum acutum calidum et non sit preceps in principio ad resolutiva fortia quoniam resolvens quod subtile et dimittes quod grossum patere ergo gradatim cum isto. Deinde post dies aliquot quando materia subtiliata est aliquatulum fiat emplastrum acutius quod Recipe radicum maluavisci coctarum perfecte et mundatarum et optime contusarum libram unam mucilaginis maluavisci seminis lini farine fenugreci florum camomille ana ℥ ii aloes ℥ s farine lupinorum ℥ iii terebentine ℥ iiii olei de mastice ℥ ii farine ordei quod sufficiat et adde parum furfuris propter absorsionem pororum ponatur calidum super locum quoniam maturat et resolvit materias grossas et mollificat materias duras quare confert plurimum in apostemate melancolico Nutriatur pulmentis frigidis ex farina ordei vel avene vel aqua ciceris et pisorum vel carnibus pullorum et perdicum elixis vel assis conditis cum cinamomo cardamomo et croco et mirabolanis carum albatis cum petrosilino bibat ydromel vel aqua decoctionis feniculi siceris seminis et zuccari vel vinum album debile limphatum ad medium diminuat cibum et potum propterea si virtus

tollerit et subueniat confortationi appetitus sicut diximus capitulo suo. Si autem tale apostema prolongetur et ad saniationem tendat fiat sicut superius expressimus paragrafo de cura apostematis colica similiter et si tendat ad sclirosim et hoc est ut plurimum in isto apostemate raro enim saniatur et adsunt rarius resolvitur propter materie grossitiem et frigiditatem. Signa apostematis melancolici sed raro fit per se incipiendo ymmo ut plurimum consequendo aliquod apostematum predictorum et propter calidum adustum sunt cum predictis febris continua lenta pulsus parvus subtilis strictus durus dolor gravativus sine acuitate dulcies loci cum eminentia fetor oris et ymaginationes corrupte in sompno et si fuerit consequendo antecessit apostema calidum vel frigidum cum signis predictis prius et post dies aliquot supervenit delitescentia falsa et doloris mitigatio non precedente evacuatione sufficienti vel modica cum remanentia timoris et eminentia dura qua tactum non cedit. Et cura eius est licet raro curari possit nisi forte in principio cum emplastris et unguentis resolutivis et mundificativis simul vel alternatim adhibitis unguentum bonum potest fieri Recipe olei nardini olei mastichini butiri recentis ana ℥ s aceti ℥ s misceat et dissoluatur in eis aloes ℥ i et ungatur cum eo locus durus omni die bis ante cibum post hec calefactum fuit in aqua fervente. Et super unctura ponatur emplastrum dictum in apostemate flatico vel istud quod fortius est Recipe adipis aneti anseris et galline ana ℥ i storacis liquide bdellii mirre spice mastices ciperi squinanti ana ℥ s ammoniaci armoniaci excorticatarum ℥ i s caulium ℥ s et dissoluatur gumme in vino et alia omnia terantur et misceantur simul et fiat emplastrum et in fine addantur adipes et incorporetur perfecte et actu calidum stomacho applicetur vel emplastrum de alleis quoniam est conferens ad omnes durities et apostemata stomachi et viscerum et ydropisim cum incipit fieri quoniam grossas ventositates terminat et grossos humores crudos colliquat quod sic fit secundum Iohannem Mesue in suo antidotario Recipe allei mundi spicatum ana ℥ iii terebentine ℥ iiii auxungie porci recentis adipis anseris ana ℥ x masticis olei ana ℥ i euforbii ℥ i croci ℥ s cere citrine ℥ xii olei nardini et vini quod sufficiat odoriferi clari. In potibus et cibis regatur ut in apostemate flatico et si necesse fuerit purgetur cum aqua decoctionis sene epitimi et ellebori nigri colata et dulcorata cum zuccaro. Dico autem si necesse fuerit quia in isto apostemate non potest evacuari causa coniuncta propter eius duritiem sive fiat per se incipiendo sive consequendo sed solum causa antecedens et propterea si fiat per se incipiendo quoniam tunc generatur melancolia in corpore toto. Cum vero sit consuetudo non requiritur ultimus cum farmacis sed sola lenificatio ventris omni die cum clisteri lubrificativo addito modico sene vel epitimo in decoctione vel in sero lactis vel diasene in colatura. Signa ulceris stomachi id est quoniam sunt dolor acutus in stomacho et iste augmentatur post assumptionem ciborum acetosorum vel acutorum mordicativorum ymmo forte stomachus cibum non retinet nisi paucum et leve et brevi tempore et cum expellit ipsum superius vel per inferius et apparent in eo quod expellitur squames et sanies et eructuatio egreditur fetida et post digestionem allevatur gravitas et dolor in stomacho ut plurimum. Si autem sit ulcus propter decessionem apostematis quod terminatum est per collectionem et eruptionem tunc cum predictis antecessit signum apostematis calide et propterea. Et signum talis terminationis est evacuatio sanguinis saniei per vomitum et secessum

cum diminutione doloris et febris et doloris continuatiui. Si autem sit ulcus propter materias acutas de colera et febre salso in stomacho contentas propter quas faciunt apostema tunc cum potus apparet dolor acutus in stomacho sine calore omnino et febris nisi fortassis dolor sui acuitate inflammet febrem et cetera. Et si sit ulcus in posteriori parte stomachi sentit eger dolorem sub collo aut inter utrasque spatulas. Si vero in inferiori sentit dolorem super umbilicum. Et cura ulceris quodcumque fiat est eadem scilicet mundificando ipsum a sanie cum cibariis abstersiuis et postea consolidando cum stipticis exsiccatiuis. Sumat igitur in aurora et ante cenam pro mundificatiuo in estate et quando est febris fortis ℥ v uel vi aque ordei uel aque decoctionis succi rubei uel aque decoctionis liquiritie cum arab uel aque casei. Si autem febris non sit fortis et tempus sit ~~fortis~~ ueris detur eisdem horis ℥ ii totidem mellis uel aque decoctionis ordei et mellis uel aque decoctionis ysopi mellis et squinanti uel mellis ro(sati) colati cum aqua calida. Deinde post horas ad duas horas et ante comestionem sumat pro consolidatiuo medium quod sic fit ℞ [illegible] san(dali) [illegible] ana ℥ v ro(sarum) balaustiorum karabe ana ℥ ii boli ℥ iii et fiat puluis cribellatus de quo sumat bis in die horis predictis ℥ ii cum ℥ iiii sirupi de citoniis uel succi citoniorum uel aqua decoctionis mirtillorum sumach portulace et post istud ad duas horas detur cibus et non plus ponatur quotidie post assumptionem medicaminis consolidatiui. Emplastrum consolidatiuum super stomachum quod sic fit ℞ boli ar(meni) mumie mirre aloes masticis ana terantur et incorporentur cum ℥ vi resine uel laudani uel picis naualis. Si autem sit propter dubellati tunc post iam dicta est solicitudo de expulsione saniei generate in apostemate et declinatione rupture quia in hoc est timor non modicus. Cum ergo certificatus est saniem iam esse perfecte maturatam quod scies quia sedatur febris et dolor post apostema magnum sensu perceptum velociter ut puta infra unum uel duos dies et remansit tumor et in pleto (?) post quod apparuit aliqua euacuatio sensibilis saniei uel san(guinis) tunc fiat ruptura dando in potu lac et aquam calidam una uice post aliam donec cibus mollificet. Deinde sumat de sirupo [illegible] et moneat. Si ergo commouet tremor et egestio saniei et san(guinis) et detumescit apostema tunc scias quod iam diruptum est apostema. Quod si non sufficiat necesse uidetur ut [illegible] aliquid ex sinapi condita cum melle super mica panis qui velocitat rupturam et post illud da ei in potu aquam mellis una uice post aliam et educat saniem. Deinde cum saniem et san(guinem) egredi uisa sint procede ad mundificatiua et consolidatiua ordine predicto, et in fine sumat sepe quadratum in quo sit puluis sumach et mirtillorum boli ar(meni) masticis san(dali) [illegible]. Vel sumat zucarum rosatum cum eisdem pulueribus uel trociscos de karabe quos in capitulo de fluxu san(guinis) diximus. Cibetur carnibus conditis cum succo citoniorum et sumach uel mirtillorum et lentes excorticatas comedat uel risum uel fabam fractam uel oua sorbilia. Bibat uinum clarum stipticum limphatum parum quod si febris sit intensa bibat aquam decoctionis citoniorum uel pirorum uel sumach uel mirtillorum et similium et in pulmentis suis de auena uel frumento confectis ponat adipem renum caprarum loco olei et butiri. Deuitet hora illa omnes cibos acutos uel acetosos

quia mordicant et ulcus prohibent consolidationem. Vitet etiam potus actu frigidos propter se quia fere inimicum est ulceris ut dicit Ypo(crates) quarta particula aforismorum similiter et actu calidos sub excessu. Sint ergo temperati cum declinatione ad frigidum aliquale.

Emperica. Emplastrum expertum ad omnem duritiem materias grossas mundificans et mollificans in stomacho epate splene et omnibus uisceribus est emplastrum de meliloto quod sic fit secundum [illegible] Mesue in suo antidotario ℞ meliloti ℥ vi florum camomille fenugreci seminum lini radicum altee absinthii ana ℥ iii se(mis) apii [illegible] cardamomi [illegible] croci [illegible] spice cassie ameos ana ℥ ii et semis samsuci ana ℥ iii armoniaci ℥ v storacis ℥ v bdellii [illegible] terebentine ℔ 1 et semis ficuum siccarum xii sepe hircine resine ana ℥ ii et semis cere ℥ vi olei samsucini olei de spica quod sufficit ad infundendum infundenda contundantur et emplentur. Item emplastrum magistrale atque expertum ad omnem duritiem stomachi et inflationem uentris siue sit cum apostemate siue sine apostemate et post premissam euacuationem uel cum flebotomia uel scarificatione put materia requirit sic fit ℞ meliloti fenugreci florum camomille altee absinthii baccarum lauri sicle maluarum ana ℥ 1 armoniaci bdellii galbani opoponaci laudani ana ℥ ii masticis thuris ana ℥ 1 adipis anetis anseris gallie ana ℥ semis. Confice sic. Dissoluantur gumme cum aqua decoctionis xx ficuum pinguium siccarum et uino et melle et decoquantur herbe uel bacce lauri in aqua predicta et pistentur et incorporentur cum gummis et in fine addantur adipes et si necesse fuit ad incorporationem omnium meliorem addatur aliquid de liquore predicto in quo dissolute sunt gumme et fiat emplastrum extensum super petia linea munda et applicetur particule in [illegible] actu calidum frequenter reiterando postquam infrigidatum fuit et si non possunt haberi omnia que dicta ponantur que reperiuntur et mundificat omnem sclirosim ex uirtute suorum simplicium in omni materia prout est possibile et cetera.

Canon. Certificatum est apud medicos in diuersis temporibus causa [illegible] quod in stomacho fieri apostema calidum est ut multum frigidum uero raro. Quod est quia stomachus est membrum pluribus neruosum et [illegible] quo ad eius [illegible] quam non uidetur quod aliqua materia possit penetrare et eius corpulentiam nisi acuta calida subtilis sit et in pluribus licet autem calidior et subtilior est sanguine quia tamen modica est in nostro corpore respectu sanguinis ideo apostema calidum magis fit ex colera et sanguine simul mixtis et post illud ex colera pura post illud ex sanguine simul mixtis cum sit humor benignus. Item certificatum est ipsum apud eos apostema calidum magis fieri in ore stomachi quam in eius spatiositate et si non statim a principio subuentum fuerit cum repercussiuis et resolutiuis peruenitur ad saniationem et ad indurationem. Item certificatum est apud eundem apostema frigidum ex flate rarius fieri in stomacho quam ex materia quia ut plurimum est flatus congregatus in concauo stomachi propter amplitudinem eius spatiositate grossitiem prohibente licet autem materia grossior sit flate unitum est enim humorum quorumcumque congelatorum aut adustorum quare post apostema materiale sepius accidere quam flatiuum et illud apostema materiale cum accidit fit magis consequendo ad apostema calidum cuius subtile resolutum est [illegible] adustum quam ad apostema frigidum [illegible]. Et tamen adhuc rarius fit per se incipiendo quia materia modica est in corpore nostro similiter et grossa difficile penetrat

et putrefactiones Ex quibus quidem omnibus plurimum iuvat medicus in cognicione cause apostematis in duccione sue cure cum cause perfecta cognicio sit morbi perfecti curacio ut dicit G. 2o de febribus ad glauconem Item cura sclirosis cuiuscumque tres oz habere intentiones Prima quidem ad mollificandum et hoc perficiatur cum mucillaginibus seminis fenugreci seminis lini seminis altee et cum adipibus anetis anseris et galline et cum folijs et radicibus altee et cum gummis acutis que sunt bdellium armoniacum oppoponacum storax liquida et cum butiro recenti et oleo ... Secunda vero ad resolvendum idem quod est post mollificationem que quidem perficiatur cum farina fenugreci seminis lini floribus camomille mellilota absinthio bacis lauri aneto nastucio et gummis predictis Tercia ad confortandum scilicet stomachum complere ne virtus ipsius a medicinis calidis resolvatur et propter hoc cum sit membrum nobile necessarium pro toto et hoc perficiatur per stiptica calida ut sunt mastix thus absinthium et calamentum Iste autem tres intentiones apponuntur quandoque operantes duobus modis sive aut successive alia post alteram ordine iam dicto aut omnes commixte simul in uno et eodem emplastro et primus modus est operosior secundus vero securior **Pronosticacio** Omne apostema in stomacho periculosior est ex tota sui specie propter hoc quod stomachus est membrum nobile necessarium pro toto quia eius mortificatio et sue operacionis destructio fit multo causa destructionis membrorum principalium et per consequens totius cuius corrupcio mors appellatur Item apostema stomachi si timetur per resolucionem et cum constancia virtutis et bonitate appetitus minus periculosum Si vero tendat ad collectionem ut plurimum subito interficit propter sui intensionem et doloris fortitudinem et propter ipsam diem rupture Si vero tendat ad sclirosim nequaquam curatur nisi fortassis in principio et antequam confirmetur induracio quandoque multo producit egrum ad ethicam et gradatim ad mortem propter oblacionem digestionis et nutritionis Item in apostematibus stomachi vomitus provocatus vel singultus superveniens mortale Item apostema stomachi quanto profundius fuerit sub mirach tanto suspectius quanto vero eminencius ad extra corporis tanto salubrius quia sit mirach esse apostema potius quam stomachum Unde ypocras 6ta particula anforismorum Dolores et timores ventris existentes superiores id est exteriores leviores non superiores vero id est interiores fortiores Item ulcus stomachi vel vulnus si fuerit penetrans per ambas tunicas stomachi mortale, si vero non fuerit penetrans quandoque curatur et propter si non penetret tunicam nervosam Verum qualitatem quam si res habuerit fiet corrosivum cum produxerit quare propter efficiet lienteriam et corporis consumptionem quandam tiam et demum dissenteriam periculosam Unde ypocras ibidem Vesicam mossam aut cerebrum aut cor aut dyafragma aut epar aut renes aut intestinorum aliquid gracilium aut ventrem et stomachum mortale etc.

Incipit tractatus tercius cuius

Epatis passiones sunt sex capitula

Epatis passiones famose sunt sex prima debilitas sive mala eius complexio diversa, 2a opilacio et duricies et tensio sive mala eius compositio 3a careosa, 4ta ydropisis, 5ta ictericia citrina vel nigra, 6ta apostema vel ulcus atque cicatura

Capitulum primum de debilitate epatis in complexione et compositione.

Debilitas epatis nominatur a medicis actio lesa operacionis ipsius que est sanguificatio id est partem succosam chili per mesaraicas attrahere et in massam laudabilem sanitatis convertere que fit ex sanguine primo formato et co et melia Et hec massa est alimentum omne corporis totius ita ut sanguis purus sit proprie nutrimentum Colere vero tres humores sunt sicut condimentum eius alie et alie in alijs et alijs membris nutriendis contemperatum prout eorum unumquodque sibi proprium desiderat nutrimentum Hec autem debilitas operacionis non fit nisi a debilitate operacionis propter instrumenti quod est complexio compositio et unitas virtus namque fortificatur neque debilitatur per se propter quod dicebat haly in tegni fortitudo virtutis sequitur equalitatem complexionis Et aristoteles primo de anima Si senex acciperet oculum iuvenis videret utique sicut iuvenis Efficitur igitur aut a mala complexione aut a mala composicione que raritas texture intitulatur aut a solutione sue continuitatis Et si a mala complexione aut a calida aut a frigida et utraque earum vel est cum materia vel sine materia et materiam quidem dicimus mala complexionum calidarum humidum carencia vero contrariis siccitatem Et signa quidem et cura dicemus post quam illius que fit ex solutione continui quod spectat ad cirologum nisi fortassis accidet ex apostemate vel ulcere de quibus propria dicemus Signa debilitatis epatis propter raritatem substancie eius sunt prostratio appetitus extenuatio corporis et egestio similis lotture carnis sine dolore quia substancia epatis non sentit sicut neque pulmonis neque splenis atque renum Signa male complexionis epatis calide sunt citrinitas faciei et propter in albuginibus oculorum et siccitas oris cum amaritudine et vehemencia sitis et stipticitate ventris plurima Et si sit cum materia sit quandoque vomitus rei citrine subtilis amare et fiet urina citrina vel rubea subtilis si in epate fuerit opilatio, si grossa si in ipso non sit opilatio aut declinatio opilationis Signa male complexionis frigide epatis sunt pallor faciei squalidus cum lividitate similiter et gravitas corporis totius cum pigricia et sompnolencia et tensione ypocondrij dextri et urina subtilis alba vel glaucea vel palearis Et si sit cum materia fiat urina lactea grossa vel karopos nisi opilatio prohibeat et fortassis egestio chilosa liquida diminuta attractione et forte sequitur timor et inflatio manuum et pedum si perduxit hec dispositio et demum careosa Et scias quod egestio est signum cum virtute super cavitatem epatis quod signa vero urina non super gibbum sive convexum ipsius et venas corporis totius **Methodus** Cura debilitatis epatis propter debilitatem sive raritatem sue substancie est ut empletur cum rebus calidis stipticis sicut aperi mastix thus spica nux cipressi absinthium calamentum gallia muscata et similia utatur electuarijs calidis stipticis sicut est diacitoniton cum speciebus et sic est hec medicamine Recipe masticis ameos seminis apij aperi squinanti ana aneti 1 thuris ana ij spice ana ... terantur et cribellentur omnia et dentur ex eo ʒ iij in aurora cum vino claro odorifero aut aqua decoctionis seminum calidorum vel radicum eorum Ungatur epar cum oleo mastiçino oleo de absinthio ana partes 1 oleo rosarum partes ... actu calido in ieiunio Sumat cum cibo suo grana granatorum pulverizata subtiliter cum cinamomo Cura debilitatis epatis propter malam complexionem calidam ipsius est ut alteretur epar cum emplastro quod sic fit Recipe sandali albi et rubri rosarum cum camphore ana ʒ 1 terantur

omnia subtilissime et misceantur cum aqua rosarum et modi
co aceti vel cum succo solatri et semperviue et modico ace
ti et in ipso actu calido infundatur filtrum carens calce
vel pannus lineus et ponatur super epar reiterando fre
quenter in circuitu quando tepescere cepit vel cum populeon
mixto cum oleo rosarum vel violato et hec in febre. Sumat in
aurora syrupum acetosum vel oxizacharum vel syrupum rosarum vel violarum cum
aqua decoctionis endiuie solatri lactuce cuscute cico
ree vel vinum granatorum vel berberis cum eisdem. Cum cibo
suo vitetur sapore facto ex succo acetose trifolii berberis gra
natorum lacte amigdalarum dulcium. Comedat pulmenta
ex farina ordei vel auene vel farris et olera frigida
ex lactuca portulaca cucurbita et similibus et carnes lau
dabiles alteratas cum eisdem. Comedat in principio cibi
pruna cerusa persica et similia. Sed in fine pira vel
poma vel citonia assa. Et si sit cum materia purgetur
cum decoctione que fit ex reubarbaro ℥ ii vel ℥ i et subtiliter tera
tur et infundatur super ipsum ℥ x aque feruentis deco
ctionis prunorum vel tamarindorum vel violarum et detur
totum ante diem et hoc modo fiat septimis vicibus vel vicem
et post purgationem sumat zuccarum rosarum si vetus sit o
bediens. Sed violarum si sit stipticus vel triasandali vel
dyaprunis simplex, vel sumat de trosiscis de spodio sara cenica
cum liqua tepida vel trociscos de berberis qui sic fiunt
Recipe succi berberis ℥ x seminis endiuie seminis cucurbite seminis
portulace ana ℥ iii rosarum ℥ ii reubarbari ℥ i spice ℥ s informen
tur trocisci ponderis aurei unius ex quibus detur
unus in aurora cum syrupo aceto vel vino granatorum quod
infrigidat et confortat epar ne colera multiplicet
Cura male complexionis frigide epatis est ut altere
epar cum emplastro quod fit ex cipero masticis spice calami
aromatici squinanti croci mirre ana ℥ i. Et dissolua
mirra et mastix in vino et misceatur cum rebus aliis
et fiat emplastrum actu calidum super epar reiterando sepius
quando tepidum fieri sentit, vel vngatur cum marciaton ad
solem vel ad ignem ante cibum et balneetur in aquis
...aturum vel aqua decoctionis absinthii calamenti
et omnium calidorum cum stipticitate aromatizante. Sumat
in aurora oximel squilliticum vel ... cum aqua de
coctionis seminum diureticorum calidorum. Vtatur dyamarcon
dyagalanga diamusco tiriaca ueteri et omnibus calidis
aromaticis, comedat carnes laudabiles coctas cum
speciebus petroselini vel anisi vel feniculi conditas cum speciebus calidis et
... ... inspissata cum vitellis ouorum. Bibat vinum
vetus clarum per se vel mixtum cum aqua decoctionis
endiuie vel cicoree. Et si sit cum materia vel opilatione pur
getur sepe cum pillulis cochiis vel yerapigra et post
purgationem sumat omni mane vinum de trocistis
de reubarbaro ad expoliandum et confortandum epar frigidum
qui sic fiunt Recipe reubarbari barbarorum lauri ana ℥ ii spice
seminis apii amomi masticis squinanti seminum iuniperi amig
dalarum amararum costi amari rubee tinctorum succi
eupatorii asari aristologie rotunde gentiane ana ℥ i et s
fiant trocisci ponderis aurei unius et detur cum decoctione
radicum que sic fit Recipe corticum radicum apii et feniculi
ana ℥ x seminis apii seminis feniculi florum camomille squinanti
vel herbe eius anisi ana ℥ v rosarum rubearum spice ana ℥ iii pi
stentur et coquatur cum lb i aque donec ad 3am
redeat coletur et reseruetur. Vtatur pro sapore sinapi condita
cum melle et speciebus et fiat omnia que dicentur capitulo
de ...

Experimentum Reperiuntur simplicia que
a proprietate conferunt omnia epati debili tam calido

quam frigido prout Auicenna de eis (?) 2o canonis testatur
licet a complexione ipsum magis conferat epati ca
lido. Item pinguis epatis adipis lupi dicitur confere
si duo aurei sumatur ex ipso cum vino dulci in au
rora vel cum aqua decoctionis endiuie vel aqua frigida
pura si sit cum febre ut dicit Rasis quod expertus est sepius
in omni debilitate. Item passule pingues impinguant
omne epar a proprietate si comedat omni die cum suis gra
nis (?) per se vel cum granis granatorum contusis dilige
ter masticando. Verum cum epar sit membrum principale
vehementer influens super totum sit etiam spongiosum quod
faciale nocet in sua substantia atque operatione minime vide
tur medicus dulcia simplicia tamen nocentia quam conferen
tia nullatenus ignoret. Sunt autem duorum generum quoniam
aut per intrinsecus aut per extrinsecus exhibentur et nos quosdam
ipsorum plurima nominibus propriis exaremus sed lector ad
reliqua similiter se conuertat. Sunt igitur conferentia
bus intrinsecus pinee pistatie auellane uve bene ma
ture ordeum semen capillorum anacardi malagranata et herbe
acetosa cum suis maioribus (?) ... cinamomi spica
sticados lactuca capillus veneris ... acetosa xilo
aloes zuccarum ambra cassia lignea reubarbarum reuponticum
galangha omnes mirabolani. Sed ex conferentibus per
extrinsecus sunt absinthium plantago spinachia spodium sa
dali mastix empotoriu costus cicorea nenufar me
ta saluia rosarum solatrum semperuiua. Que vero nocent
principaliter sunt dulcia viscosa sicut est mel vinum tur
bidum sicut tortelle que opilant eius vias cum propter
quem eiciaz (?) ... plurima attinguntur antequam digerantur
quapropter dixerunt plurimi quod dulcia opilant epar. Sed
deopilant venas pectoris et pulmonis licet sint
pinguiores. Similiter et potus plurimus post cibum vel
coitum vel exercitium vel balneum quoniam infrigidat et opilat.
Similiter et vsus fructuum superfluus aut olerum quoniam
aut sunt aquosa ut cerusa et pruna persica portulaca
quapropter generant famem facile putrescentem aut frigida
stiptica quapropter generant sanguinem grossum et opi
lantem. Sed nocentia per extrinsecus sunt omnia calida re
plutiua, velut sunt emetica apium appositum armoniacum
nisi cum stipticis regulentur. Similiter et coitus et bal
neum ... et labor fortis excessiuus. Similiter et frigida
mortificatiua nisi calidis aromaticis refrenentur

Canon Certificatum est apud medicos quod epar
magis nocetur a mala complexione frigida quam calida
propterea quod calidum est uite principium et digestionis in
strumentum. Certificatum est etiam quod magis nocetur a ma
la complexione sicca quam humida propterea quod ipsum est
fons humiditatis sicut corpus totum quemadmodum cor
est fons caliditatis prout origo venarum et arteriarum
attestatur. **Pronosticatio** Mala complexio
epatis calida sicca si perduraverit ad ethicam perducit
sed calida humida ad febres putridas malignas, frigida
vero sicca ad marasmum, frigida uero humida ad ca
cexiam et ydropisim yposarcha. Dixit propterea Gal.
omnis virtutis sui collige (?) quod in febre de colera vel sanguine
epar est diligenter obseruandum cum frigidis stipticis ne
fortassis euaporet eius caliditas naturalis aut febrilia
eius paradustionem arefiat, quemadmodum in febre flatus (?)
stomacus est diligenter confortandus cum calidis stipticis
ne malicia flatus oppmat (?), similiter et in febre intrinsecus
splen cum subtilibus acutis. Item sollicitandum est in
certificatione epatis et cerebri atque cordis omni studio

spiritus quoniam hec tria principia tres in corpus influunt potentiones sine quibus omnis vita nullatenus subsistit que sunt calefactio motus voluntarius atque nutritio. Cor namque omnes spiritus generat et ipsos per arterias in singula membra delegat. Ita cerebrum ipsos contemperat et per nervos ad motus adaptat. Similiter et epar omnes humores procreat et cum ipsis per venas universum corpus irrigat.

Capitulum secundum de opilatione duritie et tensione epatis atque mesaraicarum

Opilatio sive durities epatis aut fit a materia colerica, intensio vero a materia ventosa. Hec igitur eorum causa conveniunt aut quia cum utroque eorum est dolor gravativus vel extensivus in ypocundrio dextro quandoque cum febre quandoque sine febre et putant stulti medici quod sit apostema. Fit autem opilatio aut a materia colerica calida adusta ingrossata aut a materia frigida flatica viscosa. Signa opilationis a causa calida sunt urina rubea clara subtilis valde stipticitas ventris dolor acutus punctivus sitis vehemens pruritus corporis citrinitas coloris gracilitudo extenuata pulsus velox spissus et forte erit cum ardore urine in virga et est ut plurimum cum febre. Signa opilationis a causa frigida sunt urina alba aquosa subtilis forte nisi valde opilatio omni die dissolvatur vel materia sit plurima tunc erit alba grossa lenitas ventris dolor gravativus diminutio digestionis prime et secunde cum prostratione appetitus et siti modica gracilitudo corporis squalida mollis frigida color corporis albus vel plumbeus et forte apparebit tumor et inflatio pedum precipue noctis et vomitus flatis et multitudo sputi et salive pulsus parvus mollis et est ut plurimum sine febre. Si vero febris supervenit diminuet materiam et tunc signa erunt confusiora. Signa tensionis epatis sunt extensio ypocundrii dextri cum dolore quoniam fortificatur hora digestionis cibi et minoratur tempore famis et sedatur per compressionem vehementem super ipsum cum manibus et rugitus fortis circa locum epatis et urina alba grossa ampullosa valde et si sit cum febre debilitantur omnia ista signa et apparebunt signa communia febris que sunt pulsus frequens velox spissus parvus et anhelitus cum quadam debilitate.

Methodus

Cura opilationis a causa calida adusta est ut si sit sine febre sumat omni mane syrupum acetosum cum aqua decoctionis endivie vel seminis endivie et lactuce. Purgetur per digestionem cum decoctione reubarbari sene epithimi squinanti colata et dulcorata cum zucaro vel purgetur cum syrupo predicto acuato cum ʒ ii reubarbari vel cum ʒ ss diagridii electi. Utatur in ieiunio trisandali vel diaprunis vel tiriaca saracenica et cum eadem tiriaca quandoque purgetur acuendo cum ʒ ss cum ʒ ii reubarbari electi pulverizati subtilissime dulcorati cum syrupo violaceo dando totum ante diem. Comedat herbam feniculi petrosilini borraginis et carnes edorum vel pullorum coctas cum eisdem et circa eas condita cum speciebus calidis non actu acutis et salsa utatur pro sapore tali sumendo: Recipe foliorum petrosilini menthe acetose ana ʒ ss, pistentur et colentur et colatura inspissetur cum duobus vitellis ovorum assatorum et mica panis furfuracei et speciebus predictis addendo modicum aceti fortissimi et si vis ut iste sapor magis deopilet pone vitella cruda et adde plus aceti ita ut bulliat aliquantulum totum simul ad ignem quoniam stomachum et epar confortat et aperit opilationes. Bibat vinum album subtile limphatum cum aqua cicoree vel endivie vel aqua decoctionis ciperi vel staiole. Ungatur epar omni die ante cibum leniter fricando cum oleo nardino calido in quo sit aliquid aceti et ponatur postea feltrum vel pannus lineus mollis calidus. Si autem sit cum febre fiat flebotomia basilice vel salvatelle in manu dextra et digeratur materia cum syrupo acetoso simplici et aqua decoctionis endivie vel seminis eius et purgetur cum medicinis predictis nisi quod detur pomi zuccarum loco mellis. Cura opilationis a causa frigida flatica grossa est ut detur omni mane ante diem et ante cenam oximel compositum vel squilliticum cum aqua decoctionis radicum quinque generum vel cum vino albo claro vel cum aqua decoctionis ciperi capparis seminis staiole sisileos et endivie. Purgetur cum benedicta laxativa vel pillulis cochiis vel cum oximelle predicto acuato cum ʒ ii agarici et ʒ ss [?] et quidam ipsum acuunt cum reubarbaro electo quoniam confert omni debilitati epatis. Utatur sepius in ieiunio diacon piperion filantropos nescio catarro cum vino veteri calido; similiter et diacastoreo et diacurcuma quam dicemus capitulo de ydropisi. Nutriatur dieta supradicta preter quod vinum sit purum et in sapore suo ponatur alleum sinapi [?] et similia. Sumat quoque ʒ ss tiriace veteris in aurora cum cocto vino. Ungatur epar cum oleo supradicto vel cum unguento marciato ad ignem vel solem calidum in ieiunio et precipue post purgationes aliquas. Sumat omni die in aurora vinum et trociscos de lacca quoniam deopilat epar et splenem et urinam provocat, neque est eis simile in hoc qui sic fiunt secundum Eben Mesue. Recipe lacce mundate succi liquiritie succi absinthii succi eupatorii succi berberis reubarbari boni aristologie longe costi azari amigdalarum amararum rubee tinctorum ana ʒ ss, apii squinanti scolopendrie tamarisci ana ʒ i, fiant trocisci ʒ unus cum succo endivie vel vino albo et coquantur. Trocisci de absinthio et est quasi nulla differentia in hiis ut per eundem in suo antidotario. Cura tensionis epatis ut utatur sepe in ieiunio carminantibus ventositatem grossam sicut est diacimium diamisia diacon piperion et similia cum vino puro veteri potenti et saccelletur epar cum milio et sale torrefactis in sacculo emplentur cum absinthio feniculo carvi cimino aniso sisileos et similibus aut fomentetur cum vino decoctionis pulverum baccarum lauri cimini et furfuris infundendo in eo pannos lineos et applicando lateri dextro actu calidos expressos aliquantulum cum reiteratione frequenti ante cibum vel ungatur cum oleo de lilio vel de aneto actu calido. Comedat carnes laudabiles coctas cum petrosilino feniculo aniso vel seminibus eorum conditas cum speciebus calidis. Bibat vinum vetus purum nisi sit cum febre. Tunc limphetur parum cum aqua decoctionis anisi amomi vel feniculi. Devitet omnem aquam in potu et utatur ~~cibo~~ allio sinapi piperis et tegatur venter continue cum pannis calidis et pellibus pilosis.

Emperica

ydropicorum duas scilicet partes: unam substantialem que est frigida humida aquosa, aliam additam et accidentalem que est calida vel salsugo aqua permixta sitim faciens vehementem sicut patet in sero. Est namque in sero pars aquosa frigida humida per naturam, est et ibi coagulum calidum siccum, propter quod totum compositum curiat scilicet virtutes ex quo eliciatur per canon in opere nondum. Quia in ydropisi per se et essentialiter est frigida humida quae non curatur nisi per calida sicca, sed est accidentaliter calida cum ipse operet quinque in cura ydropisis adde frigida, et propter hoc si sit cum febre Similiter patet ea quia asclites periculosior est timpanite quantum ad subiectum quod est epar et propter hoc si sit propter opilationem et duritiem vel apostema quia oportet medicum uti medicinis contrariis scilicet calidis propter opilationem et aquam, frigidis propter febrem et calorem. Sed timpanites est periculosior asclite quantum ad causam qualitatem que est ventositas plurima cum aquositate pauca, quia si medicus utitur calidis acutis generabit ventositatem et cetera. Patet quod in cura utriusque est timor et periculo, et propter hoc si sit cum febre quia propter hoc est difficile curare alterutra ipsarum nisi fortasse in principio et ante confirmationem et cum virtute constantia et obedientia infirmi. Item sciendum quod in cura asclitis si nichil proficiunt remediorum ronaliter exhibitorum per extrius et intrius confice videatur quod precipiunt auctores scilicet Rasis et Avicenna fieri incisionem ventris cum ferro vel cauterio in loco qui est sub umbilico ad 3 digitos non quidem directe quia ibi sunt corde musculorum transversalium qui si incidentur corrumpentur usus suum principalem neque consolidare possunt, sed a latere versus inguina ubi est carnositas communis musculorum, sed antequam fiat incisio trahatur cutis sursum et pro reditu obturetur volumus quia volumus ne tota materia simul attrahatur; tota tunc subito cum nocumento exalaret plurimum minatur scilicet calor naturalis et spiritus ex quorum resolutione virtus deficiunt et tandem moriuntur. Unde ypocras sexta particula anforismorum quicumque ydropici aut empici inciduntur aut uruntur dicit aut incisio profundari per totum incidetur et cisfar usque ad intestina ita quod intestinorum nullum ledatur omnio quia inter cisfar et intestina tota materia continetur. Iste namque est ordo scripture ut ad incisiones fortes procedatur nisi debiles non contulerint, ut dicit Avenzoar. Medicina autem manualis est omnium fortissima et ideo est ultima facienda neque competit nisi virtute forti et certo de cuius vita medicus desperavit. Consilium tamen meum est nullum incidere sed potius ipsum derelinquere prius et ab ipso fugere ne medicus infamiam incurrat, sed in tali casu vidi quemque fieri constrictiones super plantam pedis vel dorso eius inter digitum minimum et sequentem ab eo cum cauterio vel cantarides et propter hoc in pede dextro bene profundando usque cardas et nervos. Vidi etiam fieri emplastra acuta corrosiva super ventrem ex calce, sapone, sinapi et similibus incorporatis cum stercore caprino columbino et hyrcino vel urina que faciebat aliquam aperturam super tota mollitie ventris donec aqua residabat. Vidi etiam aliquos facere aperturam cutis in ventre cum scarpellationibus cum unguibus donec aqua guttatim stillabat, et venter detumescebat et sanabantur, sed omnes isti ut plurimum post exiccationem aque recidivabat et moriebantur si medicus et infirmus non statim continue cum electuariis et syrupis aperitivis et confortativis epatis et splenis dictis in methodo. Alibi namque regnabat causa antecedens et quia fuit illius debilitata per ydropisim priorem, ideo defecerunt in 2ª Ii yposarcha autem non dicitur fieri incisio omnino quia materia continetur in corpore toto. Similiter videtur quod nec in timpanite quia non est in eo aqua pura.

Pronosticatio dicit Rasis quod species ydropisis asclites est difficilioris curationis et post ipsum timpanites, yposarcha vero licet plurimum est salubris et quasi nullus ex ea moritur nisi per sui inobedientiam vel medici errorem. Ratio autem quia in asclite est causa et petitum principaliter super epar quod est membrum principale. In timpanite vero causa et petitum dispersa sunt per stomachum et epar. In yposarcha vero petitum dispersum est per totum corpus quapropter tollerabilius fit desperati. Item dicit ypocras 2o pronosticorum quod omnis ydropisis cum febre et propter hoc cum febre acuta est mortalis quia fortitudinem utriusque cause sit cum fortis sit ignis qui in aqua non extinguitur ut scriptum est in 9o illius anforismi 2e particule. In morbis minus periclitantur egrotantes et cetera. Et universaliter in omni morbo plurimas interiorum et carnium contrarietates inducit cronicalem vel principiem quia natura et medicina impeditur in earum digestione regulatione et maturatione ut in emittico et febre 3na notha. Item ypocras 6ta particula afforismorum ydropicis quibus ulcera in corpore non facile sanantur quia humiditas impedit consolidationem. Item fluxus ventris superveniens cum alleviatione infirmi et virtutis constantia salubre. Constipatio vero vel urine retentio superveniens vel fluxus ventris sine alleviatione mortale. Unde ypocras ibidem ab ydrope habito stomachum menas in ventre aqua fluente solutio fit egritudinis. Et in vii particula anforismorum ait: Si albo flate habito diarria supervenerit fortis solvit egritudinem. Item in omni ydropisi et propter hoc asclite urina rubea pauca et cum difficultate emissa mortale. Exuberatio vero et plurima et cum facilitate emissa et colore albo vel subalbo et propter hoc virtute constante. In omni ydropisi si exhibitio medicaminum conveniencium nil confert mortale. Item in omni ydropisi cura et alleviatio facta die una cum recidivatione viciosum die alia mortale, si vero cura et alleviatio perseveraverit salubre. In omni ydropisi egestio sicut lotura sanguinis vel sanguis coagulatus mortem propinquam fore significat utputa rubea infra et livida supra aut ejusmodi mortale. Item fetor et anhelitus et sudoris et sputi et omnium excrementorum plus debito, similiter et fetor tocius mortale. Item ypocras 6ta particula anforismorum ydropicis tussis superveniens malum precedens illo tussis minus malum, et hoc intellige si tussis sit propter catarrum, si multitudinem aque et ventositatis in ventre comprimentis dyafragma tunc namque infra unam diem vel circa id suffocatur, et propter hoc asclitis propter quod in vii particula hoc resumens ait ydropicus si tussim habeat desperatus est. Ydropisis et propter hoc asclites si sequatur apostema durum epatis vel splenis difficile, et ratio curatur quia lapidificatum est et mollificari non potest. Ydropisis facta vicio epatis periculosior est ea que fit vicio stomachi vel splenis vel aliorum membrorum, et ideo asclites omni periculosior. Ydropisis in complexione colica magis periculosa est quam in flegmatica quia maximam distemperantiam significat et causam fortem. Unde ypocras secunda particula anforismorum: Inter hec minus periclitantur egrotantes et cetera.

Sequitur capitulum quintum de ycteritia

Ictericia est defedatio coloris corporis totius ad
citrinum uel nigrum cum permutatione coloris urine
uel egestionis aut aliorum excrementorum Citrina fit
uitio epatis propter sex causas in genere prima est mala
complexio calida epatis sine materia naturalis uel acci-
dentalis, 2a uero mala complexio calida epatis cum materia
plurima scilicet colera rubea, 3a est apostema calidum
epatis, 4ta expulsio cretica colere rubee ad circumferentiam
corporis totius, 5ta debilitas cistis fellis, 6ta opilatio
et ista opilatio fit quatuor modis aut in siba et ve-
nis epatis, aut in poro quo cistis mandat coleram
rubeam ad pileron id est infimum stomachi gratia confortationis
digestionis prime. aut in poro quo cistis mandat co-
leram rubeam ad intestinum ieiunum gratia excitationis virtutis
expulsiue habet namque 3es vias secundum cistis ut in antido-
tario Nigra uero fit aut vitio epatis debilis in virtute
discretiua superfluitatum digestionis 2e et hoc ut raro.
aut vitio splenis debilis in virtute attractiua melancolie
ab epate propter opilationem strictam in viis eius uel debili-
tatem sue substantie et hoc ut plurimum Signa ictericie
citrine propter caliditatem epatis sine materia sunt citrinitas
faciei et precipue albuginis oculorum et urina rubea in-
tensa quia si tantum caliditas insit per naturam non separantur
a corpore talia accidentia neque nocent paciens et ipse
nisi non superfluerit quoniam est eius complexio propria
qua degit sibi sanus Si uero sit aduenticia separantur
ab ipso. et fortassis antecessit comestio ciborum calido-
rum plurimorum et potus vini fortis plurimum aut assi-
duitas famis et tristicie cum vigiliis et labore Signa
ictericie propter caliditatem epatis cum materia sunt quia colera
rubea egreditur cum vomitu et cum secessu et cum urina
quia quodlibet ipsorum est aut citrinum vehementer neque mo-
ratur ictericia et precipue cum materia sit multa Signa icte-
ricie propter apostema calidum epatis sunt febris continua acu-
ta cum dolore ypocondrii dextri pungitiuo et omnia
signa apostematis que dicemus Signa ictericie propter
expulsionem creticam sunt quoniam accidit in febre continua
acuta in aliqua dierum creticarum uel indicatiuorum
et quia fit subito scilicet in hora vna dierum propter fortem expul-
sionem colere rubee ad ambitum corporis totius virtute sin-
ceptis aut non Signa ictericie propter debilitatem cistis
in attrahendo coleram sunt quia cum ictericia fit nausea
et vomitus colere sine dolore ypocondrii dextri cum
non sit in ipso opilatio similiter et sitis et amaritu-
do oris cum prostratione appetitus et urina rubea inten-
sa et difficile est discernere inter istam causam et illam
que fit ex multitudine colere rubee predicta Signa ic-
tericie propter opilationem sunt quia si sit opilatio
in siba uel venis epatis uel in poro quo cistis attra-
hit coleram ab epate sentit eger dolorem grauatiuum et
ypocondrio dextro et egestio a principio est tincta sicut
post gradatim dealbatur scilicet quia cistis euacuatur a colera
et urina est tincta valde turbida grossa spumosa
propter eius regurgitationem cum sanguine nisi virtus di-
scretiua et expulsiua epatis esset debilis plurimum tunc
apparet urina gradatim alba aquosa sicut est status
et fortificaretur ictericia et est cum ipsa paciens sine
vomitu et amaritudine oris Si aut opilatio sit in
poro quo cistis mandat coleram ad pileron tunc signa
eius sunt quia egestio et urina sunt tincta valde
grossa spumosa sicut bolus armenicus sine vomitu uel a-
maritudine oris uel siti et appetitus est fortior

virtute digestiua stomachi et est ut plurimum cum
fluxu ventris propter multitudinem colere transmisse ad
intestina Si aut opilatio sit in poro quo cistis
mandat coleram ad intestina tunc signa sunt sti-
pticitas ventris cum egestione alba dura sicut ster-
cus canis. et fortificatio ictericie subito et urina
rubea grossa ampullosa valde nisi forte virtus se-
questratiua epatis sit debilis quod raro contingit
tunc urina foret alba subtilis et non est egestio
omnino sine vomitu colere uel siti uel oris amari-
tudine et appetitus prostratione, sed non sunt hec adeo
intensa sicut in debilitate cistis in attrahendo co-
leram Si aut opilationes sunt plures sicut sunt
tunc et signa apparebunt plura simul et hoc est ut
plurimum Signa ictericie nigre propter debilitatem
virtutis discretiue et expulsiue epatis uel eius
opilationem sequitur grauitas ypocondrii dextri, et quia
ictericia citrina precessit nigram cum colera subtilior
sit quam melancolia, similiter et urina citrina intensa valde
precessit nigram grossam Signa ictericie nigre
propter debilitatem virtutis attractiue splenis uel eius
opilationem sunt dolor grauatiuus seu extensiuus
ypocondrii ~~dextri~~ sinistri cum inflatione et duritie
ita ut putent stulti quod sit apostema licet sit sine febre
acuta et est urina nigra grossa Et etiam fit
hec ictericia ut plurimum post incipiendo sine antces-
sione ictericie citrine **Methodus** Cura
ictericie propter caliditatem epatis sine materia est ut
utatur vino granatorum et succo berberis uel aqua
decoctionis eius uel aqua ordei actu frigida
et aceto sumat omni mane ℥ ij oxizacre uel syr
rose uel viol. vtatur trasandali et rosata nouella
epithimetur epar cum sandalis rosis puluerizatis
et infusis in aqua rosacea et modico aceti Vitet car-
nes et vinum nisi sint alterata cum herbis et seminibus
frigidis et aqua decoctionis Cura ictericie propter
caliditatem epatis cum materia est ut omni die in au-
rora sumat de oxizacara uel syr acetoso simplici, et
aqua decoctionis lactuce endiuie cicoree uel se-
minum quatuor frigidorum, postea soluatur cum aqua cassie fistule uel
cum lacte acetoso acuato cum ℥ i. uel ij scamonee uel
purgetur cum electuario de succo rosarum laxatiuo uel syr
laxatiuo. uel cum decoctione que fit sic Rx mirabolanorum
citrinorum ℥ i pistentur et bulliantur cum x prunis sic-
cis in ℥ vj aque donec medietas consumatur co-
letur et acuatur colatura cum ℈ j reubarbari boni pulue-
rizati uel granis quatuor uel quinque scamonee et addatur
syr ro ℥ ij et detur hoc totum ante diem quia e-
uacuat coleram et sistit vomitum confortando stomachum
et intestina Deinde fiant remedia localia predicta
dieta sit eadem cum predicta Cura ictericie propter apostema
calidum in epate est cura apostematis quam post capitulo
dicemus Cura ictericie propter expulsionem creticam colere
ad cutim est ut nature iuuetur in excernendo, ponatur ergo
paciens in balneo tepido aque dulcis uel aque
decoctionis florum camomille meliloti et aneti, et si
virtus sit debilis ponatur vesice uel vitri cerea subtegi-
mine super ypocondrio et tota corporis omni quaque reple-
ta aqua eadem, uel bibat aquam decoctionis cala-
menti actu calidam in plurima quantitate quoniam sudo-
rem prouocat et coleram expellit hora crisis Similiter et
Julep aut vinum album aquosum in quo croci infusi

fuit per noctem cum leui bulitu. similiter et aqua decoctionis cauleorum et passularum pinguium et seminum diureticorum quod enim omnia materias viscosas subtiliat et venas capillares clarificat. et digeratur materia per oximel diureticum simplex aut cum oxizucaro dando omni die in aurora cum aqua radicum petroselini et feniculi prius. et purgetur cum aliqua medicina superius dicta. Cum ictericie propter debilitatem cistis in attrahendo coleram est ut confortetur epar cum illis que diximus capitulo de debilitate epatis paragrafo de debilitate epatis propter caliditatem sine febre quoniam omnia confortancia epar confortant cistim fellis et econverso. Conferunt etiam omnia
ad que ibi dicentur de cura ictericie propter opilationem epatis et meatuum eius qualiscumque fuit opilatio est fere eadem. si igitur fit cum febre et urina rubea et virtute debili digeratur materia et deopilentur vie cum sirupo qui sic fit. Recipe endivie scariole lactuce acetose millefolii ana manipulum i. scolopendrie acetose policari adyanti capilli veneris ana manipulum semis. pruna numero xv. seminum quatuor frigidorum maiorum seminum apii cassie ana drachmas ii et semis. zucari libram i. vel zucari et mellis ana unciam vi. fiat sirupus de quo detur omni mane uncias iii cum aqua decoctionis endivie et lactuce. quo sirupo non sit aliud digeratur materia cum sirupo acetoso simplici et aqua calefacta. Et alius sirupus bonum apperitivus et confortativus epar et splenem scripsimus capitulo de opilatione epatis paragrafo de calore. Postea purgetur cum aliqua medicina predicta. Vtatur sepe trasandali et dyaprunis mixto cum dyacitoniten vel cum trifera sarracenica vel dyalacca. Nutriatur iure carnium bonarum elixarum cum lactuca endivia seminum petroselini similiter et carnibus conditis cum succo frigidorum vel herbeis vel aceto vel omni sapore ex succo acetose trifoli et petrosilini. Nutriatur etiam aqua piscium et ciceri. Bibat vinum album clarum limphatum. Si autem sit sine febre tunc opus est exopilativis acutioribus predictis sicut est sirupus acetosus compositus aut oximel compositum cum aqua decoctionis cipperi cappari fisticeos apii petroselini feniculi et purgetur cum pillulis de reubarbaro dictis in asclite. Sumat ante prandium et cenam libram semis aqua decoctionis cauliculi vel piretri et fisticeos acetum calide vel aque decoctionis apii feniculi petroselini quoniam resolvit materias et prohibet aposteam in epate opilato. Nutriatur carnibus edorum et pullorum coctis cum eisdem herbis conditis cum sinapi vel sapore facto ex succo allei et cardamomi et aceto forti. Vtatur cibis conditis cum speciebus calidis aromaticis. Bibat vinum album purum. vitet cibos grossos viscosos et potus turbulentos. Clistrizetur sepe venter cum clisteri primo quidem lenitivo facto ex aqua decoctionis malve bismalve sicle mercurialis blete cauliculi addendo aliquid olei communis vel oleo viol. et mellis post sal. postea uero cum clisteri acuto attractivo quod fit sicut predictis addatur in decoctione agarici et coloquintide ana drachmas ii et semis. Vtatur sepe in ieiunio post purgationes aliquibus trociscis apertivis atque confortativis epatis dictis in asclite. Et postquam ictericia curata urina fuit quanti ad eius causam sed cum citrino iam cepit citrinari et venter lubrificari et urina remitti in tinctura tunc coleretur colorum cutis feditas cum balneo stube sicce vel aque dulcis calide in qua decocti sunt flores camomille et meliloti et ablutione faciei et oculorum cum aqua rosacea et succo aceti fortissimi per naces et mentione faciei cum unguento citrino. similiter et ipsius vaporatione cum aqua decoctionis florum camomille recentium recipiendo eius fumum vaporem in faciem et oculos acetum calidum quoniam potenter resolvit reliquias colere et removet citrinitatem oculorum. similiter et cum pictatione vini granatorum intra oculos donec citrinitas ipsorum totaliter auferatur. Et hoc sufficiat de cura ictericie citrine. Cura ictericie nigre ex quacumque causa fiat est ut aperiatur splen et confortetur prout diximus capitulo de debilitate splenis et capitulo de opilatione splenis. Et sirupum bonum ad hoc diximus capitulo de opilatione epatis paragrafo de causa frigida. Post purgationes aut aliquas vtatur dyalacca dyacurcume ferrata. devitet carnes bovinas vel ferinas fumigatas aut salitas. Similiter et lentes caules panes azimi et omnia grossancia melancoliam. fiat et clisteria lenitiva predicta que possunt acui quousque cum sene epithimo polipodio et squinanto. Emperica dicunt quod minuentes quod in flebotomia salvatelle que est in manu dextra inter anularem confert in omni ictericia citrina sive sit cum febre sive sine febre et precipue in corde sanguineo. Cuius urina est est rubea grossa vel rubea valde sine grossitie. Sed flebotomia salvatelle manus sinistre confert in omni ictericia nigra quia iste flebotomie divertunt causam. conmutunt et diminuunt accidentem. Cura preterea nobilis experta in omni ictericia citrina ex quacumque causa fiat est ista. primo digeratur colera vitellina cum uncias iiii oxizucari et cum unciis ii sirupi acetosi compositi bibiti quinque vel vi diebus cum aqua calida in aurora. colera namque vitellina vincitur quanto ex colore rubea et fetore. propter quod ratione colere penetret ad cutim et ipsam citrinat. sed ratione fetoris oppilat epar et poros cutis ut resolui non possint et sic fit causa ictericie citrine. Hoc facto purgetur cum hoc. Recipe agarici drachmam i. reubarbari drachmas ii. pistentur et infundantur per noctem in unciis iiii aque fuentis decoctionis prunorum. Deinde colentur et in manibus diligenter confricentur et addantur unciae ii sirupi viol. in colatura propter dulcorationem et detur hoc totum ante diem quia si corpus sit robustum non colet aqua sed cum tota substantia misceatur ut purgetur cum drachma semis dyaprunis acuati cum drachma semis dyagridii vel cum drachmis ii reubarbari ante diem cum aqua decoctionis prunorum et viol. Vtatur post purgationes omni die in ieiunio appericta aqua confortative epar sicut est dyaprunis simplex mixtum cum trifera sarracenica de quo fiet in modum castanee cum aqua calefacta. Similiter hic potus. Recipe marrubii artulane ana semis decoquatur in libris vii claris vini albi veteris potentissimi addito modico aceti mellis propter amaritudinem et bulliatur usque ad consumptionem medietatis. postea coletur et detur ex eo ciatus unus ante prandium et unus ante cenam. Curata autem egritudine removeatur accidens scilicet citrinitas faciei cum vaporatione eius ex aqua decoctionis carnium bovinarum veterum salitarum sumendo eorum vaporationem in faciem et oculos apertos postquam caro cepit ab ossibus separi. Canon. Cura ictericie ex quacumque causa fiat perficiatur non nisi cum deopilatione epatis et venarum eius atque cistis fellis cum mundificatione aliquali. quapropter conferunt omnia dicta capitulo de opilatione epatis paragrafo de causa calida similiter et omnia que diximus capitulo de ydropisi paragrafo de cura asclitis cum febre sed omni preparatione de curatione posita ibidem

Pronosticacio. Dicit ypo. in certa particula anforismorum. si ictericia supvenit in febre acuta ante vii diem malum est quia sit opilatio forte in epate vel apostema calidum propter exuberantiam colere rubee in ipso quare talis crisis non fit vi nature sed vi sinthomatis et multitudine materie redundantis per corpus. Istud tamen dictum ypocratis reprehendit Auerois vii colliget dicens Et licet fuerat unum tempore ypocratis qui corpora servabat regimine sanitatis modo tamen tempore bona potest fieri crisis in febre acuta per ictericiam veniente ante vii diem puta in fine quinte et propter si virtus sit fortis et materia non multum viscosa quia expellunt simul una hora crudum cum digestis. Item ictericia supveniens in febre acuta in vii die vel post est signum et causa crisis salubris. si non sensit eger dolorem vel duriciem circa regionem epatis que significarent apostema vel opilacionem timorosam. Unde ypo. ibidem Amphoricorum in febre vii vel ix vel xi vel quartadecima ictericia supvenit bonum si non dextrum ypocondrium durum fiat, si vero non non bonum, quia talis crisis fit vi nature et post digestionem materie et in die cretica conveniente materie mediocriter grosse sicut est colera vitellina. Item ad ictericiam non sequitur ydropisis vel parum. quia colera est materia calida que ventositati contraria et aquositati ydropicorum. Unde ypo. tercia particula affo. ictericie non valde inflati fiunt. Unum ad ydropisim propter asclitem sequitur ictericia frequenter propter opilationis fortitudinem et materie grossiciem et virtutis distinctive imbecillitatem quare fit mortale. Item ictericia proveniens ex apostemate epatis vel splenis mortale. Item ictericia proveniens ex opilacione scliroticata mortale. Unde ypo. vi particula affo. ictericis si epar fiat durum mortale quia quod lapidisitatum est in epate vel splene amplius resolui non potest ut dicit Auicenna tercio canonis fen xiiii capitulo de apostematibus epatis.

Capitulum sextum de apostemate et exitura et ulcere in epate.

Apostema dicitur hic in epate quia materia preter naturam et primo colligitur in ipso. Exitura vero dicitur quia materia de membro alto ad epar delegatur sive post per modum crisis sive sit sine crisi. Ulcus vero dicitur cum apostema conversum est in saniem et post est eruptum. Oritur igitur apostema per congestionem. exitura per delegacionem. Ulcus vero per rupturam. Possunt autem hec fieri ex omni genere quatuor humorum. propter tamen ex colera et sanguine et materia forte minus ex flegmate ut dicit Galienus in divisionibus quia epar est membrum carnosum calidum valde et propter hoc neque fit ex materia post incipiendo sed consequendo ad apostema calidum adustum lapidisitatum. Huius et apostematis sicut et aliorum omnium sunt quatuor tempora. si timetur ad salutem scilicet principium augmentum status et declinacio. Nam si timetur ad mortem potius in quolibet eorum mortem inducere periculum in declinacione quia in ea nullus moritur ut dicit G. 3o de crisi. Unum in hoc refert quia inficiat statim a principio propter materie multitudinem. sed in augmento propter eius acuitatem et dolorem sed in statu propter morbi longitudinem et virtutis destructionem. Est autem principium cum materia fluit in urina signa digestionis manifeste et hoc tempus durat a primo principio male sit usque dies vii vel plus. Est autem augmentum cum augetur dolor et febre et materia fere tota fluxit et durat quamdiu non apparent signa digestionis perfecte. Est autem status cum dolor et febre sunt in ultimo vehemencie et fortitudinis et materia tota fluxit ad locum. Durat autem quamdiu non apparet completa evacuacio si timetur ad salutem. Est vero declinacio cum facta est materie completa evacuacio et febris et doloris minoracio et virtutis gradualis allevacio et durat hoc tempus usque ad tempus refirmacionis sive convalescencie sicut et illud durat usque ad tempus sanitatis debite et consuete. Apostema predicta epatis sicut et omne aliud apostema potest terminari aliquo trium modorum. quia vel stat vel permutatur et est cum permutatur ad bonum ut si convertatur in pleuresim vel splenem et est cum permutatur ad malum ut si in peripleumoniam vel frenesim vel ad cor transferatur. Si vero stetit in suo loco terminatur aliquo trium modorum primo quidem per resolutionem completam vel insensibilem 2o vero per saniacionem sive dubellationem 3o modo per sclirosim sive induracionem. Signa terminacionis eius per resolucionem sunt quia per empla anodina tumor resolvitur et febre diminuitur et dolor mitigatur et virtus de die in diem confortatur sine apparicione exitus saniei vel saniei per secessum vel urina, et tempus istius terminacionis est a primo puncto egritudinis usque ad diem xiiii vel circa id sicut in pleuresi dictum est. si igitur usque ad tempus illud tumor non diminuit et febre et dolor augmentatur tunc convenit quod hic apostema resolui non potest. Signa terminacionis eius per saniacionem sunt quia post xiiii dies vel circa id febre et dolor acuuntur et magis in nocte quam in die. Unde ypo. 2a particula affo. Circa generacionem saniei dolores et febre fiunt. Si igitur calor naturalis vicerit fiet sanies, si vero accidentalis fiet virus ut dicit Commentator ibidem et tussis sicca supvenit et oculi cavantur cum rubore angulorum interius et ungues torquantur et manus et pedes calefiunt sed cum salute sed vel instant sicut cum periculo et surgit multitudo sudoris. postquam non attenuatur egritudo et pulsus cum anhelitu fit frequens. Et tempus istius terminacionis est a die xiiii vel circa id usque ad diem xxiiii vel xl vel lx secundum multitudinem et grossiciem materie maiorem vel minorem ut docet ypo. 2o pronosticorum. Post illos igitur dies supveniunt ruptura et rigor corporis totius et apparet sanies et sanies in urina vel secessu et diminuitur febre et dolor sicut cum salute. Signa terminacionis eius per sclirosim sunt quia post dies xl vel circa id febre et dolor subito delitescunt non precedente evacuacione sensibili remanente tumore et duricie in loco cum prostracione appetitus et nausea et corporis extenuacione quamquam dole materia si materia inique fuisset resoluta non remansisset ista acuta. Signa autem distinctiva inter apostema epatis et pleuresim supposita capitulo de pleuresi paragrafo de pronosticacione. Signa vero propria apostematis calidi in epate sunt febre continua acuta cum dolore pungitivo forti in ypocondrio dextro sub costis et vehemencia sitis. Si autem sit ex sanguine tunc cum istis apparet rubor faciei permixtus subcitrinitati et pulsus undosus scilicet magnus latus mollis et urina rubea grossa et habitudo carnosa et dulcedo oris sine manifesta causa et etas iuvenis et antecessio ciborum multiplicatiorum sanguinem. Si vero sit ex colera tunc cum predictis apparet color faciei citrinus et pulsus velox durus diversus et urina citrina intense cum grossitie non plurima et habitudo extenuata et coloracio oculorum et amaritudo oris sine causa exteriori et forte supvenit

vomitus amarus. Signa vero distinctiva apostematis an sit in gibbo epatis vel sima sunt, quoniam si sit in gibbo supervenit quinque singultus propter compassionem oris stomachi et tussis sicca sine sputo propter compressionem dyafragmatis ex ipso et icteritia citrina propter opilationem venarum in earum fonte et apparet tumor in ypocondrio dextro sicut figura medie lune et precipue si magnum fuerit apostema. Si autem sit in sima apparet fortassis egestio rubea sicut lotura carnis et fortassis alia subtilis chilosa propter defectum attractionis, similiter et lenitas ventris et prostratio appetitus omnino, et quanto maius fuerit apostema tanto fiant huiusmodi accidentia maiora et certiora.

Methodus. Cura apostematis calidi de sanguine est ut in principio et usque ad vii dies fiat flebotomia diversiva de basilica pedis dextri propter oppositionem longitudinalem vel de basilica brachii sinistri propter oppositionem latitudinalem, postea fiat flebotomia evacuativa de basilica brachii dextri in qua sufficiens sanguinis extrahatur si virtus et etas consenserit, vel fiat eius sedatio per 3es dies quod melius est. Si vero corpus non fuerit plectoricum vel si apostema sit confirmatum antequam sis vocatus fiat illico flebotomia evacuativa quoniam postquam materia tota fluxa est ad locum apostematis non est amplius sollicitandum in diversione sed in evacuatione, diversio namque respicit materiam fluentem vel futuram fluere, evacuatio vero materiam fluxam vel collectam. Post flebotomiam ponantur epithimata et emplastra repercussiva per extra super locum ex pulvere rosarum sandali camphore sanguinis draconis terre sigillate boli armeni et similibus dissolutis in aqua rosarum et modico aceti propter penetrationem. Sumat in aurora et ante cenam per repercussiva per intus syrupum acetosum simplicem et oxizacaram vel syrupum rosarum vel syrupum violarum vel vinum granatorum vel berberis cum aqua decoctionis endivie lactuce cicoree. Neque permittatur illa hora venter exsiccari (?), ymo leniatur omni die ante cibum cum suppositoriis vel clisteri lenibus dictis in capitulo de pleuresi paragrafo de methodo et mundificetur (?) san. aliqua dierum cum 3 i et semis medulle cassiefistule dissolute in 3 iiii aque decoctionis endivie vel prunorum et detur ante diem cum 3 i vel ii reubarbari boni pulverizati dando cum aqua decoctionis prunorum. Comedat hora illa pro cibo succo ordei vel farris vel avene, similiter et malorum sapidis lactucis autem coctis et conditis cum agresta vel vino berberis aut granatorum et sit potus aqua decoctionis prunorum vel pomorum acetosorum vel granorum granatorum vel ordei vel berberis vel acetose et modico aceti, et bibat vinum album debile limphatum ad medium cum aqua fontana vel aqua decoctionis endivie, melius tamen foret abstinere illa hora a vino omnino. In augmento vero ponatur emplastra leniter resolutiva sine attractione mixta cum repercussivis sicut sunt emplastra facta ex floribus camomille semine lini farina fenugreci farina ordei radice malvavisci coquendo omnia in aqua postea pistando et incorporando cum oleo camomillino et aqua rosarum quod sufficit addendo aliquid ex stipticis sicut sunt absinthium rose granata mirti et plantago, et hora illa sumat de leniter resolventibus et aperientibus per intus sicut est syrupus acetosus compositus. In statu vero regatur cum resolutivis

pruris (?) et precipue febre et dolor ceperint minorari, adiuvatur resolutiva predicta cum pulvere ameos spice mirre bdellii apii cappari secundum quantitatem diminutionis febris et doloris et sic regatur per tempus declinationis usque ad resolutionem perfectam. Si autem morbus prolongetur neque apostema resolvatur neque medicine convenientes exhibite profuisse videantur et febris et dolor de die in diem augmentetur, sicut debes quoniam apostema tendit ad saniationem, quare intende precipue que cognoveris ad generationem saniei, laudetur cum emplastro maturativo dicto capitulo de apostematibus stomachi paragrafo de methodo et regatur usque ad diem rupture, et si ruptura per se fiat bonum erit, sin autem fiat per artem sicut diximus ibidem de cura dubellati in stomacho. Et postquam ruptum fuerit apostema quod scies quoniam sanies et sanies visa fuerint in egestione vel urina, tunc sollicitandum erit in cura ulceris prosperare. Cuius quidem cura tribus perficitur intentionibus. Prima quarum est in mundificando ulcus a sanie quod fit per abstersiva, detur ergo in potu aqua ordei vel ydromel vel julep vel syrupus acetosus compositus confectus cum zuccaro si calor sit plurimus, vel cum melle si calor sit diminutus. Secunda in consolidando labia ulceris quod fit per stiptica conglutinativa, dentur ergo in potu 3 iii de hac medicina cum syrupo aceto vel julep vel ydromelle et de hoc per ii horas assumptionem medicine abstineat iam dicte. Recipe seminis endivie seminis apii mastice terre sigillate ana aureum i rosarum rubearum spodii tenuis sandali ana aureos ii, terantur omnia subtilissime et conficiantur et emplastretur epar per extra cum emplastro. Recipe spice calami aromatici apii ana partem i, tenuis masticis ana partem i coquatur et incorporetur cum aqua decoctionis granorum mirti vel citoniorum vel sorborum vel pirorum vel pomorum stipticorum aromaticorum et in fine addatur aliquid gallie muscate que consolidat et confortat epar a parte. Tertia est in confortando virtutem ne fortassis ex morbi longitudine atque doloris fortitudine prosternatur, quare confortetur cum carnibus edorum et pullorum et vitellis ovorum et bibat vinum album subtile aromaticum in parva tamen quantitate. Si vero nichil predictorum contulerit et apostema de die in diem induratur cum tumoris remanentia et doloris in loco et corruptione coloris et innovatione appetitus et delitescentia febris, tunc intende ad mollificativa et resolutiva materias inviscatas adustas mollissimam tam per intus quam per extra, sumat igitur omni mane die ante cibum de dyacurcuma scripta capitulo de ydropisi paragrafo de cura ascitis cum febre, vel sumat de dyalacca vel de anacardia (?) cum vino albo subtili, vel sumat trociscos de bdellio qui sic fiunt secundum Rasis in divisionibus. Recipe rosarum rubearum 3 x spice nardi 3 ii croci 3 i costi lacce ana 3 i et semis mirre 3 i masticis amigdalarum amararum ana 3 ii bdellii 3 iii, dissolvatur bdellium et mastix cum vino et conficiantur cum eis res alie postquam pulverizate fuerint subtiliter et cribellate et fiant trocisci quorum quilibet sit 3 i vel iii, detur i cum aqua endivie si fuerit plurima caliditas vel cum vino albo vel ydromelle cum aqua decoctionis seminum apii et feniculi si non sit febris intensa. Emplastretur epar cum emplastro quod sic fit. Recipe radicum malvavisci coctarum et mundatarum a ligno interiori et cortice exteriori et reducatur ad formam axungie per pistationem lb i, farine ordei 3 iiii farine fenugreci seminis lini

an ʒ ij pinguedinis anseris ⁊ anetis et galline
et porci sine sale an ʒ ij cippi squinanti an ʒ i ar-
moniaci ʒ i ʒ s terebentine ʒ iiij cere quod sufficiat
dissoluatur cera et gumme cum vino et cazola ad ig-
nem et incorporentur cum eis res alie pulverizate bene trite
fuerint et cribellate et extendatur super corigium et
ponatur super epar vel fiat emplastrum ex eis si loco ce-
re ponatur oleum masticinum vel nardinum hoc namque
emplastrum sui bonitate mollificat et resoluit omne
apostema induratum et precipue si sit de materia calida adusta
Si autem sit de materia frigida vel grossa valde tunc opus
est emplastro fortiori quod fit sic Recipe radicum bismalue
preparatarum ut supra lb i terebentine lb s bdellii armonia-
ci sarapini armoniaci opoponacis an ʒ s cipei cappari
squinanti acori an ʒ s farine fenugreci et se. lini
an ʒ iij olei nardini ʒ ij dissoluatur gumme in
vino et cum dissolute fuerint addatur terebentina
et dissoluatur cum eis et cum dissoluta sint omnia po-
nantur in mortario et incorporetur res alie trite
et cribellate pariter donec vnum corpus fiat et fiat
cerotum vel emplastrum super epar actu calidum Ista enim
emplastra mollificant et resoluunt materias induratas
in epate et confortant substantiam epatis et si applicetur
propter apertionem et rupturam apostematis saniosi plurimum
etiam conferret quoniam adiuuat ad expulsionem saniei et
mundificationem vlceris Cura apostematis calidi de eo est
eadem cum predicta nisi quod in sanguineo debet magis fieri
euacuatio cum flobotomia sed in colerico magis cum farma-
cia
veniunt purgatiue materias acutas sicut sunt cassia fistula
tamarindi manna reubarbarum dando cum aqua de-
coctionis In vtroque tamen competit flobotomia et farmacia
ut dictum est **Empirici** dixerunt excellentes
quod apostema epatis vel alterius membri cuiuscumque extra
vel intus potest in principio vel antequam materia fluxa sit
ad locum curari tribus modis Primo quidem per reso-
lutionem repulsionem eius ad loca ex quibus fluxit
et hoc fit per frigida stiptica que repercussiua nuncupantur
sicut sunt solatrum liga pastoris spuma et similia po-
sita super ipsum Secundo vero per retractionem ad partem oppositam
cum ipsius calefactione et fricatione atque ventosatione Tercio
modo per delegationem siue transmissionem materie ad membra
debilia quecumque quod quidem fit per stiptica aperitiua et con-
fortatiua virtutem epatis regitiua ut seipsum valeat
a superfluitatibus exonerare sicut sunt semina mirti
rose citonia succus granatorum et berberis cum per intus
assumuntur aut per extra si epar emplet Dixerunt
et alii quod si succus agrimonie in potu datus stoma-
cho ieiuno per nouem dies liquefaciat a proprietate omne
apostema tam intus quam extra **Canon** dicit c.
xi de ingenio sanitatis quod in apostematibus stomachi
epatis vel splenis non debemus administrare ne-
que per intus neque per extra medicinas resolutiuas pu-
ras quoniam resoluerent eorum virtutis simul cum materia ⁊ seque-
retur mors festina cum sint membra nobilia quorum opera-
tio necessaria est pro toto et precipue epar cum sit membrum rarum
calidum mollis substantie spongiose Addant igitur eis sti-
ptica aromatica sicut sunt absinthium rosa citonia pla-
tago semina mirti mala punica rosspilie sorbe pla-
ce succus ⁊ similia et sicut dico de resolutiuis ita
intelligo de mundificatiuis et mollificatiuis ⁊ ma-
turatiuis Item apostema si sit in gibbo epatis euacuetur
materia per intestina cum farmacus leuibus predictis sed

non detur intense acute sicut est scamonea agaricus
et similia quoniam se intendent et materiam agitaret
et sic apostema augmentaret Insuper tamen canone duo im-
pediunt Primum quidem lesio intestinorum ut in dissenteria
vel lienteria contingit tunc namque omnis materia in epa-
te collecta debet euacuari per vrina ne lesio intestino-
rum vlterius Secundum est grossicies vel viscositas
materie Tunc namque intense vrinatiue sunt debiles
neque sufficient quare oportet ut fiat euacuatio cum me-
dicinis ductibus per secessum Vel ergo medicus
misceat ista cum alia ne ita fiat consuetudinaria Item
in principio apostematis non dent primi expulsiua fe-
cia ne forte materia inducetur et caliditas epatis
mollificetur et sequatur ydropisis ascites Insistet
ergo primo leuia debilia postea fortificet gradatiue
Item non fiat flobotomia vel farmacia ventre
constipato quoniam euacuationem nociue prohibet
et materiam innatiua corrumpit leniatur ergo prius
cum suppositorio vel clistere Item sciendum quod apostema
in concauo epatis reddit ventrem lubricum quoniam
chilus non penetrat ad epar Apostema vero in gibbo
eius reddit ventrem stipticum propter attractionem plurima
ad locum apostematis nisi forte apostema sit adeo magnum
et virtutem epatis debilitat et vias opilet tunc fiet
fluxus lientericus precipue Sciendum preterea
quod in apostemate epatis est opilatio et ideo in opila-
tione sit vrina alba tenuis clara indigesta vnde
fit rubea grossa confusa propter febrem et humorum ebu-
litionem quapropter si venit alba aquosa vel liui-
da caloris innati mortificationem signat **Pronosti-
catio** Omne apostema epatis est ex toto genere magis
mortale quam salubre propter nobilitatem nature et calidi-
tatem ⁊ raritatem quare pronosticans relinquatur
nisi virtus sit fortis sufficienter et medicine rationabiliter
exhibite conferant quamque die Item apostema epatis
si timetur per resolutionem salubre si vero per saniationem
est difficile propter febrem et doloris intensionem et morbi
longitudinem et membri nobilitatem pro toto et propter
certa diem rupture Si vero per sclirosim est mortale
quoniam quod in epate lapidificatum est amplius
mollificari non potest nisi fortassis in principio ut
dicit Auic. tertio primi Item apostema epatis indura-
tum sit infra xiiij dies ydropisim ascitem et tym-
paniten pronosticat Item in apostemate epatis frigiditas
manuum et pedum mortalis est quia sit magnum
apostema Vnde ypo. vij particula anforismorum in acutis
passionibus frigiditas extremitatum malum Item
apostema in gibbo epatis citius incipit quam in concauo propter
partem illam esse nobiliorem et vias strictiores Caue
preterea ne ducorem musculorum qui sunt in mirach
ventris iudices fore apostema epatis vel splenis Disti-
gue ergo per figuram ad lunare et vrina ignita
confusam et colorem chilosum vel sicut lotura
carnis et dolorem fortem cum febre acutissima
et pulsum spissum velocem quoniam nichil istorum
potest in apostematibus musculorum apparere vel non plurimum
vehementer Item ypo. vij particula affo. In flegmone
epatis singultus malum quia multotiens mortem significat
Item in omni apostemate epatico fluxus ventris malus
quoniam magnitudinem apostematis et prostrationem virtutis attractiue
et digestiue signat nisi venit in die cretica et post signa
digestionis et fiat cum fame laudabili ad leui

equali vel cum pauco sanguine commixta et laciniis constantie et febre et dolore desiccante et appetitu redeunte. Item aqua citrina in gibbo epatis potest tribus modis resolvi sensibiliter ad salutem scilicet per sudorem per vias urinales et per fluxum sanguinis narium. Similiter et aqua que est in sinu potest tribus modis evacuari scilicet per sudorem fluxum ventris et per vomitum. Si igitur aliqua istarum evacuationum evenit subito a principio scilicet in quarta vel septima die salubre erit et propter si signa digestionis apparuerint et virtus constet, si vero tardaverit mortale erit propter famei generationem et morbi longitudinem nisi ipso extra parum... aliorum. In febribus aqua non soluta ad principalia... res longitudine egritudinis sit. Item si aqua saniosum fuit in relaxatione epatis vel musculis ventris salubre. Si vero in substantia epatis mortale, cognoscitur autem et distinguitur non nisi aperta parte quam si exiens per rupturam vel maiorem vel cauterium fuit sanies albe lenis equalis venit de panniculo involvente epar vel de musculo. Si vero fuit nigra grossa zenosum vel viride fetidum plumbeum lividum scire quod de substantia epatis egreditur. Nam ipso vix periculum assiduorum...que in epate propter saniem urine si quidem sanies plurima fluxit et alba evadit in tanta cum illius sanies est. Si vero velut aqua puer consulo tamen ne tales incidat vel urant propter prognosticas relinquantur.

Tractatus magister textus de passionibus splenis cuius sunt tria capitula

Splenis passiones sunt tres. Prima debilitas eius in suo officio, 2a opilatio duricies et tensio, 3a apostema et ictericia nigra dicitur ubi de aliis.

Capitulum primum de debilitate splenis

Debilitas splenis quemadmodum et debilitas epatis a duabus causis potest provenire que sunt mala complexio scilicet raritas texture sue substantie, quamvis de debilitate eius facta propter solutionem continui tirologis derelinquo nisi fortassis accidit ex epate vel ultra de quibus primo capitulo diximus. Mala autem complexio duricia licet sit viii modorum propter tamen splen debilitatur maxime in calida et frigida. Nam sicca ad calida reducatur si humida non debilitat nisi opilando et extendendo velut in primo capitulo dicetur. Signa debilitatis splenis in quantum sunt tria. Primum est corruptio coloris corporis scilicet et conversio eius ad nigredinem que maxime percipitur in albuginibus oculorum, et causa contingit propterea quod splen non attrahit meliam ab epate neque mundificat in eo massam sanguineam cum eius sit proprium officium. Secundum est perversio appetitus propter paucam meliam acetosam que transmitti deberet a splene ad os stomachi ut appetitum concitaret. Tertium est ablatio et diminutio emorroidarum vel menstruorum in corpore consueto quia emorroide consueverunt venire a splene sive venis eius. Si autem sit ista debilitas a mala complexione calida tunc cum predictis apparet nigredo permixta nigredini in cute corporis et albuginibus oculorum et destructio appetitus omnino et caliditas sensibilis in ypocondrio sinistro et urina rubea grossa. Si autem sit a mala complexione frigida tunc cum predictis apparet color lividus permixtus cum nigredini destructio appetitus non adeo sicut in causa calida

et frigiditas sensibilis in loco splenis et urina glauca turbida in feces et clara supernis quodammodo. Si autem sit propter raritatem substantie splenis tunc cum signis omnibus predictis apparet medico sapienti privatio signorum calidorum et frigidorum et quoniam splen de facili leditur ex qualicumque causa propterea provenit ad panniculum involventem quam eius substantia tactus sensu propter non esse membrum nervosum sed carnem sicut quemadmodum epatis et pulmo et renes.

Metodus

Cura debilitatis splenis propter malam complexionem calidam est ut in principio si corpus est pletoricum vel carnosum fiat flebotomia de basilica sinistra in brachio vel de pede vel de salvatella in manu, post hoc si natura fuit purgetur cum sene senetio epithimo polipodio dando ex eis aliquid in pulvere cum aqua decoctionis prunorum vel in colatura vel cum syrupo decoctione. Recipe ellebori nigri ℈ i reubarbari ʒ ii terantur et dissolvantur in ℥ iiii aque fructus decoctionis sene epithimi et prunorum coletur et detur totum ante diem, quod si post hoc non sit aliud purgetur cum dyasene vel cum yerapigra dando ex eis ℥ i cum aqua calida ante diem vel detur reubarbarum in pulvere cum sero caprino vel cum aqua decoctionis prunorum quoniam ista medicamina confortant et deopilant splenem et epar atque mesaraicas et educunt humores grossos adustos post purgationes ponatur ventosa magna sine scarificatione super splenem in ieiunio cum sucto forti et melius attrahat et fiat leniter cum manibus et epithime cum lumen... Recipe ciperi cappari acori endivie lactuce cicoree absinthii ana pistentur et bulliant in aceto forti et sucto acetose vel berberis et in isto liquore actu calido infundatur petie et ponatur frequenter super splenem in ieiunio. Et si vis facere ex eo unguentum bulliant res predicte in oleo communi et modico aceti vel oleo roseo vel oleo de salicibus, et post decoctionem coletur liquor et ex eo et cera sufficienti fiat unguentum. Nutriatur carnibus laudabilibus non fumigatis neque salitis coctis cum endivia lactuca vel seminibus corticibus conditis cum agresta vel vino granatorum vel berberis vel sucto acetose et aceto, bibat vinum album clarum debile aquosum vel limphatum. Vitet cibos dulces grossos unctuosos vel viscosos et potus rubeos grossos turbidos. Utatur trisandali rosata novella dyaboraginato dyarodon abbatis cum aqua calida in ieiunio. Cura debilitatis eius mala a complexione frigida est eadem cum predicta in flebotomia et purgatione et ventosatione, sed frictio fiat fortior et equitet in ieiunio equos durissimos incedentes vel descendat scalas altas, epithimetur splen cum... Recipe ciperi cappari acori apii aristologie rotunde ana pistentur et bulliant in sucto absinthii scolopendrie tamarisci corticis mediane sambuci et modico aceti squillitici vel aceti fortissimi et coletur et exprimatur res predicte in liquore illo et imbibatur petie et actu calide super splenem ponatur, vel pistentur res omnes predicte et fiat emplastrum et si vis magis fortificare hoc medicamen adde rutam et folia lauri et petrosilii, vel fiat unguentum quod Recipe armoniaci bdellii opopanaci sagapini ana ℥ i olei communis veteris vel de ruta et dissolvantur gumme in aceto et succo. Deinde reducantur ad ignem vel solem calidum omni die ad idem confert unguentum marciaton et arogon et agrippa. Utatur dyacosto dyacastoreo dyalacca vel dyacurcuma scripta capitulo de ydropisi vel tiriaca

magna cu vino albo puro forti in ieiunio Comedit
carnes laudabiles coctas cum fen petro· et ind eo4
bibat vinu al purum vetus potens Cura debilitatis
splenis ppr raritatem sue subs est ut negligat flo-
mia et farmaca supradicta· et fiant spla remedia lo-
calia· epithimet go et emplet cum calidis stipticis
non multu excedentibus que diximus ca° de debilite
epatis pagrafo de cura debilitatis eius ppr raritatem
sue subs Nutriat carnibus laudabilibus assis ppe
conditis cu vino granator uel berberis uel sutto ace-
tosi ul vino stiptico mixtis et incorporatis cu pulue
cinamoi zeduar cappars galange croci 7 similiu
qui stipticant et confortat splenem generando sanguinem
grossum et appetitu excitat· quae bibat vinu rub
aromaticu si in ipo delectetur uel vinu al vetus
amaru Vtat in ieiunio dyacapparis et electuarys
fratis que statim dicemus cu vino claro subtili et

Emperica Confectio lacte subtilis conferens
ad omnem debilitatem epatis et splenis cu opilacone
et ppe sine ffe q est R lacte ablute costi baccar laui
flor sambuci liquiris piperis ℥ an ʒ ij aristo rubee ti-
ctoru sutti enpatori absinthii an asal genciane spice
squinanti croci cinamoi reubar an ʒ j et s mixte
bdelly an ʒ j mellis qd sufficiat· frangit eni lapide
et dulcie antiquata et inceptom ydropisis ex ipis
puenientem decidit Item sut quedam simplicia splene
confortancia a frigitate obigica borago buglossa
cipperi cappari cimini epithimi zedoar si in causa ca-
lida· endiuia lacta et semina eor si in causa frigida
tamariscus scolopendrela mastix calamentu squil-
la aristologia acorus asar flores sambuci uel cor-
tex eius mediamus Item aqua extinctis pmine-
za ferri ul in qua bulite sunt scorie ferri uel i
tis in omni fluxu et dormiat super ventrem quia per hoc retentiva et digestiva plurimum confortatur. Et si ista non contulerint fiat vomitus cum sirupo acetoso et aqua decoctionis aneti premissa repletione ex leguminibus et olibus non acutis quia cursum humorum divertet ad superiora. Dixit ypocras 6ta particula amforismorum Diarria habito diutina vomitus spontaneus superveniens solvit diarriam et precipue si vomitus non sit difficilis vel laboriosus. Aliter vero nequaquam hoc fieri. Nutriatur si sit cum febre riso et faba fracta in modum risi et pulmento facto ex farina avene vel ordei vel farri vel aqua pluviali condito cum vitellis ovorum et pulvere mirtillorum. Comedat quoque ova cocta in aceto usque ad induracionem fiendo eorum vitellos cum agresta vel vino granatorum. Comedat tortellas ex farina simile et vitellis ovorum et plantagine confectis vel pulte ex pulta simile. Bibat vinum rubeum dulce si intendis ad humorum multiplicationem vel vinum rubeum stipticum si intendis ad fluxus restrictionem limphatum cum aqua pluviali vel aqua extinctionis calibis vel aqua decoctionis respice (?) citoniorum sorbarum pirorum et similium. Si autem sit debilis vel sit sine febre nutriatur carnibus bonis assis vel elixis pullorum edorum fasianorum perdicum et omnium avium parvarum silvestrium non aquaticarum et bibat vinum predictum purum et raro tamen precipue in hoc casu confert in cibo sumpta. Si autem sit de causa frigida fecal (?) tamen non restringatur si fuit naturalis donec incipit superfluere tamen tunc restringatur si sit a principio sinthomaticus quod est ut inducatur vomitus levis frequens cum oximelle et aqua decoctionis raphani et ante premissa saturitate ex leguminibus et cepis et cibis bene salitis si sit possibile vel purgetur cum decoctione ex mirabolanis kebulis et emblicis dicta capitulo de debilitate stomachi digestionis paragrafo de canone quia resolvendo fleuma stringit ventrem. Utatur dyacitoniton cum speciebus vel sine speciebus si sit cum febre vel electuario de thure quod dicemus infra paragrafo de dissinteria. Nutriatur carnibus laudabilibus assis vel elixis cum petrosilino cinamomo cardamomo pipere longo et aceto. Bibat vinum rubeum stipticum limphatum cum aqua decoctionis berberis vel spinarum (?) vel sorbarum. Possunt quoque comedere risum et lentes excorticatas quia cortex eorum secessivus est et medulla stiptica et fabas fractas conditas cum adipe renum caprarum. Et sollicitandum est in cura fluxus provenientis ab hac 3a causa quia ut plurimum perducat corpus ad marasmum et ethicam. Confortetur ergo virtus retentiva membrorum cum unguento stiptico facto ex oleo masticino oleo rosarum oleo nardino oleo mirtino ana mixtis et incorporatis cum cera sufficienti et cum cerotis sitis super epar et stomachum et spatulas et fricationibus levibus perdurantibus in balneo aque dulcis tepide sine mora in ipso ne virtus resolvatur et ligationibus extremorum et flagellationibus levibus cautis donec rubescat et emplastris attractivis confectis ex pice. Quarta causa est propter crisim in febribus continuis vel interpolatis vi nature vel sinthomatice. Et signa et cura habentur ex proxima causa predicta. Quinta causa est tenasmo et signa eius sunt frequens appetitus assellandi cum modicitate

egestionum et ardore ani et sequamonis et omnia que dicentur in signis tenasmonis Et cura eius est cura tenasmonis

Methodus dissinterie

Dissinteria ut est dictum est fluxus ventris cum sanguine vel sanie vel utroque simul et fit igitur propter aliquam ex xiiij causarum Prima quarum est exuberancia et peccatum sanguinis in quanto super corpus totum ut dicit Avicenna vj de accidente Et signa eius sunt quia corpus est sanguineum carnosum ocio gaudio et quiete et cibis et potibus sanguinem multiplicantibus et iste fluxus pervenit quando accidit corpori mutillato quoniam tunc virtus epatis sanguinem que per naturam regitiva tocius corporis fuit proporcionata corpori toti nutriendo fit excedens propter alicuius membri detruncacionem quare sanguinis ille prodicte regurgitabit ad epar et per mesenteraicas ad intestina et quandoque expurgabit per vomitum et secessum Et cura eius est ut non restringatur nisi superfluat et virtutem deiciat quoniam est utilis et tunc restringatur cum ligatione forti extremorum et posicione ventosarum sicarum super epar et splenem et spatulas et usu ciborum et potuum stipticorum frigidorum et post restrictionem minoret cibum suum et abstineat a vino omnino vel bibat album aquosum subtile limphatum ad medium in parva quantitate et addatur in exercicio et labore et sudet in ieiunio Secunda causa est peccatum sanguinis in quali propter quod membra fortia ipsum refutant et a se repellunt cum sit ingenerandorum nutritorum Nam si forent debilia fieret in ydropisis yposarcha Et signa eius sunt urina alba aquosa vel lactea et sanguinis qui egreditur est subalbidus propter flegma plurimum permixtum et universaliter omnia signa epatis frigidi debilis et in virtute sanguificativa Et cura eius est rectificacio epatis frigidi dicta capitulo de debilitate epatis paragrafo de causa frigida Tercia causa est debilitas epatis in sua substancia que mala composicio sive raritas texture nuncupatur Et signa eius sunt egestio similis lotture carnis cum dolore aliquo in ypocundrio dextro vel sine dolore quoniam substancia epatis non sentit sicut neque substancia splenis vel renum vel pulmonis cum sint membra carnosa Et fit ista debilitas ut plurimum propter febres acutas vel cronicas vel aposteumata vel sumpcionem medicinarum calidarum usu immoderato propter quod resolvitur virtus epatis et laxatur eius substancia Et cura eius est dicta in capitulo de debilitate epatis paragrafo de raritate sue substancie Quarta causa est opilacio epatis in parte eius gibbosa unde oritur vena kilis propter quod creatus sanguis laudabilis penetrare non potest ad membra sed regurgitat per eius concavum ad intestina Et signa eius sunt dolor extensivus in ypocundrio dextro cum tumore vel duricie aliquali et egestio sanguinis boni puri plurimum et inanicio venarum de die in diem et bonitas appetitus nisi forte stomachus epati compaciatur Et cura eius est cura lienterie propter opilacionem zirbe epatis cum appeltivis aromaticis dictis illic Quinta causa est retencio ac eorum emorroidarum in corpore consueto quia sanguis collectus expellitur cum impetu per vomitum vel secessum Et signa eius patent ex relacione infirmi Et cura eius est dimissio fluxus donec cepit superflue tunc restringatur vel curatur cum ligacionibus et sicacionibus dictis

capitulo de vomitu paragrafo de causa quinta Sexta causa est ruptura alicuius vene in intestinis magnis vel parvis Et signa eius sunt egestio sanguinis puri pauca vel multi cum dolore circa umbilicum secundum quod situatum est intestinum ut diximus in principio istius tractatus ut plurimum tamen iste fluxus est paucus quoniam sanguis intestina paucus est et vene graciles cum sint membra nervosa solida Et cura eius est cura vomitus sanguinis dicta eodem capitulo et paragrafo et capitulo de ulcere stomachi proximum Septima causa est emorroides intrinsece vel extrinsece et si sunt extrinsece atque apparentes sensus illud demonstrabit Si non latentes atque intrinsece sentitur dolor intra anum et accidit difficultas egendi et cum egestione emanabit sepe vel prodicte sanguis aut humor malus aut ante egestionem vel post et causa signum est in hoc casu et inspeccio longaonis cum ventosa magna absque incisione et inspeccione cum oculis super intestinum inspectum an in eo sunt fici aut non et an sunt dure porte an molles quidem emittentes sanguinem vel saniem vel virus vel materiam aliam Et cura eius est cura emorroidarum que dicetur Octava causa est tenasmo Et signa eius sunt appetitus asselandi frequens cum egestione modica vel nulla et ardore in ano sine morditatione Et cura eius est cura tenasmonis que dicetur Nona causa est sumpcio medicine effrenate laxantis quare propter eduticionem humoris sui educat humorem alium et causat dyarriam et forte pervenit eius virtus ad hoc ut educat sanguinem cum valde superfluit quare inducit dissinteriam Et signa eius patent ex relacione infirmi Et cura eius est cura dyarrie facte propter causam eandem ut plene supra scriptum est paragrafo de methodo dyarrie Decima causa est casus vel percussio Et signa eius patent ex relacione pacientis Et si sit sine vulnere curatur a principio cum flebotomia basilice in brachio lateris et ligacionibus extremorum et propter superiorum Et cibis et medicinis stipticis dictis capitulo de sputo sanguinis et capitulo de ulcere stomachi Si non sit sine vulnere cyrurgicus debet curare Undecima causa est crisis in febre acuta vel non acuta et propter in synocha ut dicit vj de accidente Et signa et cura dicta sunt supra paragrafo de cura dyarrie propter crisim Duodecima causa est debilitas virtutis attractive et nutritive membrorum propter quod sanguinem sibi delegatum per venas neque apponunt neque uniunt neque assimilant quare refluans venas regurgitat ad suum fontem ut dicit vj de accidente et deinde per mesaraicas ad intestina Et signa eius sunt quia fit ut plurimum in corporibus ethicis et marasmatis et fit addit omni die in marasmum Et cura eius est cura corporis ethici cum omnibus que faciunt ad corporis impinguacionem sicut est balneum aque dulcis tepide cum fricacione levi membrorum sine mora in ipso ne corpus fiat evaporabile et deposicio eius super lectum molle et cibacio ex lacte tamen primo ustulato et pultibus ex farina simile et iuribus carnium laudabilium inspissatis cum vitellis ovorum et carnibus pullorum et edorum et perdicum et omnium avium parvarum montanarum quoniam sunt levis carnis et facilis digestionis Et emplastro cutis cum pice Et potus vini dulcis rubei aromatici

puri limphati cum aqua pluuiali Et omnibus
que dicentur libro secundo de ingrossatione cor-
poris macri si deus voluerit Tredecima causa est
eruptio apostematis saniosi in ventre uel sinthomatis Et signum
eius sunt quoniam antecessit febris acuta cum apostemate epa-
tis uel stomachi uel splenis uel pleuresis uel
peripleumonia cum signis propriis cum dolore forti qui
tendebat continue ad conversionem in saniem neque re-
solui poterant Deinde aliqua dierum et post xx uel
circa illud mitigatus est dolor et febris et remansit
grauitas et inflatio in loco que significabant
materiam esse perfecte conuersam in saniem Deinde accidit
eis rigor et tremor subito et alleuiatio grauitatis
que significat apostema fore diruptum et incipiunt sa-
nies et sanguis apparere in egestione Et scias quod si apostema
fuit in epate uel stomacho uel splene tunc sani-
es et sanguis egredientur per exitum in plurima
quantitate Si vero fuit in membris que non habent
amplos meatus ad stomachum et intestina sicut est
pectus uel pulmo tunc sanies et sanguis paulatim
egredientur per secessum Et cura eius est ut primo
mundificentur intestina et abluatur sanies antequam
corrodat loca super que currit cum potu aque mellis
uel succi rubei uel aque ordei uel cum clisteri
facto ex aqua mellis tantum uel ex aqua mellis in qua
dissoluti sunt duo uel tres vitelli ouorum et aliquid
pinguedinis anseris uel galline Et post istas
mundificationes administrentur stiptica consolidatiua
per superius et inferius per superius quidem sicut sunt
trocisci de berberis dicti capitulo de ydropisi et tro-
cisci de mumia dicti super paragrafo de cura liecterie
propter bothor et vlcera in stomacho uel intestinis et sicut est
electuarium de thure quod sic fit Recipe granorum passularum
libram semis granorum mirti ℥ iii balaustiarum decoquatur et
de rubo ana ℥ v thuris ligni uel succi cama-
risci ana ℥ vi cinceos ℥ viii zuccari quod sufficiat
terantur omnia ut alcohol et fiat electuarium cum
succo quoniam ventrem constringit vrinam prouocat vlcera
consolidat et excoriationem prohibet et sicut est
zuccarum ro uetus mixtum cum puluere gummi arabici
assi et boli armeni et mastice san dra et terra sigillata
et similibus Nutriatur carnibus bonis elixis cum
aqua pluuiali uel assis Et bibat vinum rubeum
stipticum limphatum cum eadem aqua uel cum aqua
decoctionis mirtillorum uel sumach uel berberis Si autem
sanguinis et saniei in plurima quantitate effluxerit
que debilitent infirmum tunc dentur omni hora
micas carnium et panem vini puri et tortelle panis
assi cum ipso Et odoret rosas et aromatica ut
non cadat uirtus Et cum cepit egestio minorari et uirtus
confortari tunc procedatur ad lauatiua vice vna et
consolidatiua predicta vice alia usque ad perfectam
curam mundificationis et consolidationis per inferius uero
cum clisteri incarnatiuo et consolidatiuo quod sic fit
Recipe empatorii mirtillorum barbe hyrcine uel sum-
ach que per ypocrasidos nominatur gladiolum uel
corticis glandium ana ℥ i rosarum abluti ℥ ii coquatur
in aqua perfecte et in libra i eius aque colate dis-
soluatur hoc medicamen Recipe thuris san dra ceruse
litargiri ana ℥ i apii ℥ i terantur et cribellentur et mis-
ceantur cum duobus uel tribus vitellis ouorum
Et addantur liquori predicto et totum simul iniciatur

tepidum cum clisteri post assellationem saniei Et si uis po-
tes premittere clisterem mundificatiuum predictum Si autem san-
guis et sanies paulatim exierint cum egestione tunc consideratur
per quam regionem transit mundificet apostema quoniam si per
vrinam aduenit cum prouocantibus vrinam dando in po-
tu aquam decoctionis apii dragunti feni petrosilini acetose
endiuie addito melle uel zuccaro propter dulcorationem Et si
per sputum tunc cum aqua decoctionis liquiricie ysopi yreos
et modico croci addito item melle uel zuccaro quoniam
vndecumque natura expellit etc Et postquam sanies finiuerit mino-
rari in exitum tunc procede ad mundificatiua vice vna
et incarnatiua vice alia sicut iam dictum est
Quartadecima et vltima causa est corrosio
intestinorum et hec proprissime dissinteria nuncupatur
fit autem illa corrosio aut propter flegma salsum aut colam
aut sanguinem adustum aut melancoliam adustam Et
uel est recens sine putredine uel antiqua fetens
et cum putredine Et licet fieri possit in omni loco in-
testinorum fit tamen sepe in intestino recto quoniam cum sit
infimum plurime humiditates per ipsum descendunt Et signa
eius omnia sunt egestio inuiscatiua mucosa cum dolore
pungitiuo in ventre et permixtione saniei uel san-
guinis cum mucillagine Signa uero propria sunt quoniam
si fit de flegmate salso antecessit coriza et catarrus
et est cum egestione flegmatica permixta viscosum sine multa
acuitate que pungat sed cum multa ventositate
et non est cum ea sanies plurima Et color eius est
albus viscosus sine liuiditate et citrinitate omnino Et
si corpus fuisset prius grossum et alias sic tamen fuisset
signum Si uero fit de cola apparet egestio citrina uel
viridis uel subtilis sine viscositate omnino cum ardore
et dolore plurimo in ventre et angustia et siti Si
uero fit de sanguine adusto apparet egestio rubea
grossa uel nigra liuida Si uero fit de melancolia adusta
apparebit egestio nigra habens odorem aceti que cum
cadit super terram arenosam uel spongiosam bu-
lit et fugiunt ab ea musce Et est cum dolore in ventre
et punctura assidua et ista causa numquam potest esse recens
ymo semper antiqua ut dicit Rasis in diuisionibus
Et si excoriatio fuerit recens est plus de sanie et fe-
tore egrediuntur squame albe subtiles et late que
sunt cortices intestinorum Et si fit corrosio in inte-
stinis superioribus dolor sentietur ut plurimum super
vmbilicum uel sub eo et infra ad duos digitos
in medio directe ventris et in egestione apparebunt
feces bene commixte sanguini et saniei longa via
et non egredientur egestio illico super dolorem sed post
horam Si uero in inferioribus sentietur dolor ut plurimum
sub pectore uersus dorsum uel in altero laterum et
sit dolor remissus cum non sit Et in egestione apparebunt
distincte uel non bene commixte et egestio egre-
ditur quando fit punctura Et scias quod si corrosio fuit
in superioribus intestinis magis conferunt exhibi-
ta per superius ut sirupi et pulueres et trocisci et ele-
ctuaria Si uero in inferioribus magis conferunt ex-
hibita per inferius ut clisteria suppositoria licinia et
similia Cura dissinterie facte cum corrosione in-
testinorum facte super flegma salsum est ut restringatur
primo catharrus et rectificetur caput ut scripsimus
capitulo de catarro et de tussi Post hoc clisterizetur fre-
quenter cum clisteri mundificatiuo facto ex aqua de-
coctionis furfuris malue bismalue et aliquantulo

mellis et iniciatur tepidum bis vel ter in die sp
iminete post assellacionem vel cum clisteri facto ex
aqua decoctionis sicle polipodii furfuris ordei
et mellis sumendo de colatura illius aque lb j
vel lb j et s et addendo olei mastici cum comoille
ʒ iiij et iterum reducendo ad ignem lentum brevi hora
et tepidum iniciendo Et non dolor in corrosione qua
cumque intestinorum inici clistere calidum quia calidi
tas est morditativa sed vel frigidum vel tepidum Et
post istud iniciatur successive clisteria stiptica conso
lidativa facta de aqua decoctionis sumach mirtil
lorum rosarum plantaginis et boli ar colet et dissol
vatur in ea pulvis de bolo ar qui iam dictus
vel trociscis de mastice dicti capitulo de sputo sanguinis
et vitelli duorum ovorum vel trium et aliquid adi
pis renum caprarum vel edorum et modicum vini
rubei pontici vel clisteria facta ex vino rubeo
stiptico decoctionis mirtillorum in aug colatura dis
solvatur vitelli ovorum vel adeps renum caprarum
et hoc etiam plurimum confert in tenasmone Bibat
in aurora unum ex trociscis eisdem cum sirupo rosarum vel
oxizakara vel aqua decoctionis mirtillorum et ves
pilarum et similium vel pulverem boli ar qui sic fit
℞ psillii assi ʒ xx nam cum torrefactum psillium est
lubrificativum propter eius partes humidas que resol
vuntur arnoglosse ʒ x gummi arabici boli ar ana ʒ xx
seminis portulace se mirti quam ʒ x terantur et cribelle
tur et detur et eo in aurora et cum cena ʒ iiij cum
aqua decoctionis citoniorum vel vespilarum vel sumach
cum vino rubeo stiptico vel cum aqua decoctionis mir
tillorum ameos amomi et gummi Nutriatur iste dis
senteriam patiens et omnis alius qui est cum corrosione
ex riso cocto in aqua pluviali vel lacte ustula
to vel aqua calibis condito cum adipe renum ca
prarum vel edorum vel vitellis ovorum Comedat
etiam lac recens capre vel asine in quo fer
rum vel lapis est extinctus et pulmentum ex farina si
mile conditum cum eodem latte et pullos assos siccos
potius quam elixos et fabam fractam extrema porco
rum vel vitulorum et pira et citonia assa cum cibo
assumpta sit panis eius azimus de farina
simile confectus et in suo cibo diminuat salem
sposse et sit cibus eius actu frigidus vel tepidus non
calidus et sicras quod ex pinguedinibus et aliud nullum
confert pro condimento ciborum suorum nisi adeps renum
caprarum vel edorum adultorum quia omne aliud unctuo
sum est quidem secessivum Vitetur pro sapore suo citoniorum
vel granatorum vel berberis vel pirorum vel vespilarum
vel agresta vel sorbis inspissato cum vitellis o
vorum, aceto vero deviteret posse tamen in cibis quam me
dicinis quia corrosivum est, sed in fluxu sine ex
coriatione non obesset Vocat pro speciebus sinis pulvere
cinamomi et cardamomi et mirtillorum et croci quia
species acute morditativeque sunt ut piper gena paradisi
et similia Comedat etiam vitellos ovorum coctorum
in aceto usque ad induracionem et carnes avium silvest
rium non aquaticarum de tortellis ex farina simile
et vitellis ovorum confectis Bibat vinum rubeum
grossum dulce si sit cum extenuatione corporis vel pon
ticum si sit cum fluxu pluvio limphatum cum aqua sti
ptica predicta et si virtus constaret posset purgari quan
cum decoctione mirabolorum kebulorum et emblicorum dicta

capitulo de debilitate digestionis stomachi paragrapho
de canone quia solvendo materiam stringit ventrem
Cura dissinterie cum corrosione propter coleram est ut
mundificentur sepius in die intestina cum clisteri
ablutivo facto ex aqua decoctionis ordei depilati
violarum rosarum malve bismalve colata et iterum bu
lita cum oleo rosarum et violarum vel cum clisteri facto ex aqua
mellis et vitellis ovorum et adipe renum caprarum
vel sepo hircino ut diximus et sint tepida vergentia
ad frigiditatem quia iniciuntur ad que immediate sequatur
clisteria stiptica consolidativa facta ex aqua de
coctionis mirtillorum plantaginis rosarum siccarum fabarum su
mach lentium excorticatarum balaustiarum cupularum
glandium risi et similium cum qua aqua colata in
sterat sepium hircinum vel pulvis boli ar predicti
Si autem ista non conferunt mundificetur cum decoctione
mirabolorum citrinorum et emblicorum et indorum et
berberis dicta capitulo de debilitate digestionis stoma
chi paragrapho de canone dando ante diem quia
evacuando causam stringit ventrem et fiant omnia
dicta de cura lienterie propter ulcera et botor in stomacho
vel intestinis In dietam fiat sicut in parte sal
so sed vinum negligat vel limphetur ultra medie tate
cum aqua pluviali vel aquis predictis Cura dissin
terie cum corrosione propter sanguinem adustum est cum
cura illa que ex colera adusta sed minoris pericula
et levioribus indiget medicinis Cura eius que
ex melancolia adusta est ut omni die in aurora sumat
sirupum rosarum vel sirupum de neufaro cum aqua pluviali
decoctionis mirtillorum vel rosarum vel sumach vel seminis por
tulace vel seminis ameos et papaveris vel pirorum et cito
niorum et vespilarum et sorbarum et omni die bis vel
ter iniciatur clisteria mundificativa predicta immediate post
assellacionem ad que immediate sequatur stiptica facta
ex aqua decoctionis eupatorii succi barbe hircine
acacie risi abluti glandium excorticatarum grana
torum corticum papaveris in qua post colaturam
dissolvatur duo vitelli ovorum vel tria et addatur
aliquid de pulvere isto ℞ thuris sanguis draconis terre si
gillate ana ʒ j opii ʒ j et tepidum iniciatur et sic
imponatur vicissim clisteria mundificativa et
confortativa pluribus vicibus omni die Si autem illa
non conferret neque per ea fluxus et dolor vetus
diminuetur purget cum decoctione tali ℞ seme epi
thimi mirabolorum indorum ana ʒ s cum ameos ana ʒ ij
pistentur grosso modo et bulliant in ʒ vj aque
pluvialis donec medietas consumatur Coletur
et in colatura ponatur pulvis reubarbari boni ʒ j et
detur totum ante diem et potest addi aliquid succi
rosarum propter delectacionem in colatura In dieta fiat sic
prius propter quod magis est cavendum acetum in cibis et
medicinis quam in quocumque alio fluxu quia addit
in causa et dolore vehementer sed frequenter in eis
aqua extinctionis calibis et aqua ablutionis
stone fere et omnia respicientia splenem et rectifica
tia melancoliam Et sollicitabis in cura istius fluxus
a principio quia si antiquatur non sanatur propter mo
biditatem cause et corrosionis fortitudinem
et doloris intensionem Emperica vinum sti
pticum delectabile conveniens in omni fluxu sic
fit ℞ vini rubei pontici lb x succi rose ve
teris ʒ iiij granorum mirti ʒ ij galloffi cinamomi

an ʒ ij pistentur mirtilli et gariofi et cinamo-
mu grosso modo et omnia dissolvatur in vino
et bulliant donec medietas consumatur. Colet
et exprimet. det ex eo ante cibum et cum cibo et in
aurora loco sirupi pre dal actu frigidum. Item
electuarium restrictivum Rx sumach berberis granorum
granatorum boli ar gummi arab acacie ypoquistidos an
ʒ ij lapid ematites coralli al et rub sandali
al et rub an ʒ ʃ cinamomi ʒ iiii amili spicha-
ro sicatarum mirtillorum psillii assi coriandri tor-
refacti lenticule excorticatarum an ʒ iii masticis
olibani draganti an ʒ ʃ balaustie pidie seme
citoniorum mundatorum an ʒ ij seminis papaveris al-
bi portulace se ro se plantaginis corrigiole an ʒ i
madragore ʒ ʃ costi storacis calamite spodii foly
gariofili foliorum lauri azillorum an ʒ ʃ san dra terre
sigillate gallarum carabe fisti selli lib ʒ iii me-
te bis cocte pirorum pomitorum sorbarum citoniorum
nespilarum an ʒ i zucara quod sufficiat det ex ipso
an cibum bis in die cum vino stiptico vel aqua
pluviali est namque fere continens omnia stiptica
et ventris constrictiva. Pille predicta stiptice com-
munes fluxum ex quacumque causa sit sunt Rx
mirtillorum balaustie psillii simphita san dra
boli ar acacie ypoquistidos ro sumach croci gal-
lie muscate gallarum spodii cinamomi mas-
gummi arab draganti an ʒ i opii tebeiti ʒ ʃ
conficie cum succo plantaginis vel lemusti vel
bistorte et dentur ʒ x vel xi cum aqua pluviali
vel aqua rosarum in ea calida vel cum vino in
frigida sero cum leve dormitur. Vel fiat trocisci ex
eis cum zucaro et detur cum vino rubeo vel pontico
vel aqua plantaginis vel incorporentur cum succo
rosarum veri et fiat confectio et si vis somnum pro-
vocare adde seminis papaveris se insquiami an
ʒ ij vel opii ʒ i et administrentur sicut prius Et cum
cortex gallarum combustus et in potu datus cum
aqua ustulata prohibet fluxum omnem corrosivum
quapropter consolidat ulcera quod frangit predicta. Item
syrupus mirtinus confert omni fluxui secundum Eben
mesue sic fit Rx granatorum mirti lib i sumach aca-
cie an ʒ ʃ ros ʒ ij ypoquistidos ʒ iii decoquatur
omnia in aqua pluviali et post colaturam fiat sir-
cum lib i zucare et lib i mellis det ex eo ʒ i vel ij cum
aqua decoctionis plantaginis in aurora et ante
cenam quoniam humorum ebulitionem sedat et intestina
confortat. Item trocisci de karabe secundum eundem
ad idem sic fiunt Rx karabe ʒ viii cornu cervi
adusti gummi arab adusti coralli adusti draganti
acacie ypoquistidos balaust. masticis lacte se-
papaveris nigri assati an ʒ iii thuris croci apii
an ʒ ij fiat trocisci cum mucillagine psillii quilibet
ponderis ʒ unius detur unus post media nocte
cum aqua decoctionis plantaginis et ante cena
eodem et primum confert isti trocisci in fluxu men-
struorum premissis purgationibus et remediis
universalibus quoniam humores inspissant et vias constri-
gunt. Item cliste stiptica Rx aque rose aqua
decoctionis plantaginis ro sicatarum bistorte conso-
lide maioris mirtillorum balaustie cupularum glan-
dium an lib ʃ distemperentur in ea vitelli duorum
ovorum et pulvis boli ar terre sigill san dra an
ʒ i et ʃ et tepidum iniciatur. Idem facit cliste factum
ex vino rubeo stiptico decoctionis consolide maioris
et casei antiqui non pinguis macri subtilissime
bulito usque ad consumptionem medietatis post ea colato
et inspissato cum vitellis et pulvere predictorum. Item in
omni fluxu ventris sine excoriatione confert hoc
medicamen elixentur fabe et plantago et maiora-
na et rubus in aqua et aceto postea exprimetur et
pistentur et incorporetur cum succo plantaginis vel
aqua distillationis eius et fiat emplastrum super stomacum
et ventrem actu calidum et recipiat vapor aque
eiusdem per anum quoniam fluxum ventris restringit et vo-
mitum, sed in causa frigida ponuntur eadem res post eli-
xationem vel pistationem incorporata cum aqua vite actu
calida sicut primus Si aut ipsum vis fortificare adde
balaustias ro absinthium mastice menta citonia pi-
ra mirtillos bdellium thus gallas glandes corticem
quercus et similia. Vel fiat ex aqua decoctionis eius
embrocatio si vitus sit fortis vel fomentatio cum la-
na vel spongia infusa in aqua decoctionis calida
vel frigida que aliquantulum expressa reitentur frequenter
actu calida vel frigida super ventrem ante cibum. Item
in fluxu modico et fluxu puerorum sufficit dare
in cibo tortellas factas ex vitellis ovorum et farina
simile et pulvere plantaginis omnibus adinvicem
incorporatis. Item vel pullos assos conditos cum cera
et sepo hircino et prohibeat a potu superfluo possibile
Et bibat vinum rubeum ponticum mixtum cum succo vel
aqua plantaginis vel aqua pluviale in qua
ferrum vel lapides sunt extincti. Item ad fluxum
infirmorum sufficit dare in potu de coagla edi dramam
i et ʃ mixto cum aqua frigida **Canon** Scias quod
in omni fluxu medicus oportet ad tria intendere primo
ad ventris restrictionem per stiptica predicta. Secundo ad epatis
et stomachi confortationem per appitiua ac tota dicta
capitulis primis. Tertio ad membrorum impinguationem
et prohibitionem a marasmo quod fit per cibos viscosos
ut sunt carnes fluviales extrema porcorum vinum
rubeum si non prohibeat opilatio epatis. Et balneum aque
dulcis sine mora in ipso et inunctio dorsi post ipsum
cum butiro recenti et populeon simul mixtis. Et
usus electuariorum restauratorum ex ranis et lima-
cis corticis que dicentur libro 2° de ethicis, et nobile
restaurativum est recens lac calidum in potu datum per
se vel cum mica panis et zucaro sed non debet dari nisi
fluxu cessante quoniam fluxum augmentaret propter eius partes
serosas vel inflammationem humorum excitaret propter eius
partes butirosas cum omne unctuosum sit facillime in-
flamabile propter eius pabulum caliditatis in nostra alica
ut dicitur in alia sua. Unde ypo ait quod inter pericula
anforismorum lac dare caput dolentibus malum est
Sed cum ista nocumenta rectificari possunt per ustulationem
lactis cum ferro vel lapide ignito frequenter in ipso
extinctis quoniam tunc consumentur partes predicte et remanebit
pars in caseola Scire tu debes quod lactis sunt genera
diversa, similiter et virtutes. Nam lac camellorum et
propter essentiam vel partium propinquarum est omnium calidissimum
propter quod habet exopilare epar et splenem ut ponit Avicenna
2° canonis fen 18 tractatu Sed lac asininum est omnium subtilis-
simum et aquosissimum propter quod ventrem lubrificat
sine inflamatione Et ideo ypo 3° regiminis acuto-
rum precipit dare in causone pro medicina laxativa

Sz lac muliebre est om̄ quemetissimu corpori nro
p̄ mixtionem̄to ppt similitudinē, p9 h̄t capini et p̄-
prie capre pascentis herbas quia mediocre inter
grossum et subtile Sz lac ouiu est om̄ grossissimu
ideo de facili cascat in sto si no cu melle ul succo
simmat Sz lac vaccinu est om̄ vnctuosissimu
et plures h̄nt ptes butirosas ex quibus apparet q̄ in
fluxu ventris non est conueniens lac. nisi capinu
uel muliebre si fastidiu non phibet Item sciend
q̄ sompnus ceā sunt inīa in fluxus ventris cura-
do et ppē vomito pducente qm̄ sompnus ē maxi-
mu remediu om̄s fluxus. simili et quies et ppē
in loco obscuro temperato Medicine pl'ea laxatiue
meliores in fluxu p supinis uel infulis curando
sunt mirabili scdm om̄s eius q̄licz spēs qm̄ pl-
uit expimendo put docuimus ca° de debilitate dige-
stionis stomachi passio de cani sicut etiam in su-
pticitate uentris uel menstruoz retentoe ul poda
gotica sunt deteriores ꝛ in se putrida qm̄ reliquendo
stituaz ventris augmetat pdictas passioēs Recordāe
etiam q̄ sicut in ca° de vomitu nominauimus Nullus
fluxus est illico sz gradatim restringendus Jncipiend
igit pmo a constrictiuis nobilibz et ad fortiora
paulatiue tendendum ne forte ma retenta in
ventre torsionis inducat uel ad mebra nobilia
rapiat et p ons fiat occasio maioz passionū Na
si regurgitaret ad epar opilationē uel ydropisim
ul apā pducet, si ad cor ul os stomachi sincopā
si ad cerebz frenesim ul subeth si ad matricē
matricē induceret suffocationē ut docet Auic 3° can
fen 15 ca° de causis fluxus epatici circa fine Atte-
dendum est sit q̄ fluxus ventris et ppē lienteritus qn-
qz vomitu curatur diuisione sz h̄t plurimu° intellige
in causa colica. no aut in causa flatica. uel vlcib
stomachi et intestinoz et adhuc inūs in mīlta vn
ypo cn̄ particula aufforismoz quibus ventres sunt
lienteria yeme, supinis medicari malu est Dic-
hic pl'ea ut melius pnosticare possimus aliqua
de humorum distinctoe scdm ipoz sbam ul colorem
sunt dicenda Vbi sciend q̄ massa sanguis ge-
nita in epate et contenta in venis quatuor humoribz
ppē diuitibus integratur scz sanguine cola flegmate
ꝛ mīlia Nam in om̄ decoctoe alicuius liquoris etro-
genei hec quatuor sube necīo gnantur qm̄ pars
eius grata qua gratius calor decoquit fit san cuius
color ē rubens clarus ut ppua neqz grossus neqz
subtilis neqz viscosus neqz fluidus sz medius eorū
Scda ps grossa infimdo residens terea fit mīlia cuius
color ē niger uel plumbeus cinericius fixa non
liquida cui pti grosse uel accidit adustio inspissans
et h̄t est ut plurimu frigiditas congelans et hoc in
paucioribz ppē q° sepius fit in nob mīlia no nālis p
adustioz cz p congelacoz Vn G scdo de complexi-
onibus ait Sepius pt in corporibus nris repiri ca-
lidum adurens qz calidum congelans ppē scim esse
ne in radice inimicu, calidu aut infidatum ꝛ ideo
raro gnāt in nobis flā vitreu uel gipseu, ut plur
aut flā salsum, et qd fit non fit in epate neqz
in venis qm̄ vita no sustinet tanta frigiditē
in membris nobilibz sz fit ex venas ꝛ in locis
suis ignobilibus ut puta in intestinis ut G fate
de scipso pmo de complexionibz ꝛ ad sensu apparet

in passionibus coliacis ex quo pz q̄ plures passio-
nes mīlie sunt a mīlia adusta congelata ut est
cancera lepra fluxus ventris ꝛ similia et licet
omnis mīlia sit p se frīa cum sit de sba grossa t-
rea cum subtile vnctuosa exalauit Jlla tamē
que p adustioē gnāt acuta calite plurima vir-
sa pticipat p accidens sine ron̄ impssionis qua
recepit ab adustione sicut cōtingit in cine et
lixiuio Et ideo eius passiones curant p frīa
lenitiua sicut et passiones de colera Tercia uo
pars que est subtilis aerea facile inflamabilis
fit cola cuius color ē citrinus igneus ul viridis
adustus cum amaritudine ul subtilitate sue
sbe qui pssimus ul ziniarius appellat qm̄ est
venenosior cuius ppē eius extrema caliditate Quar-
ta ps que est viscosa inucillaginosa aquosa
in flā conuitit qua calor agens elaborare no
potuit neqz subtiliore cuius color est albus
p se uel pallidus Et si quiqz repiatur citrinus
uel viridis h̄t non est nisi ppē remanencia qua-
litatis simbole cibi uel potus ex quibus factum
est ut contigit pz esum oleu uel fructuu uel
pororum impfite digestoru in stomacho ul
in intestinis ppē quod et eius suba inūqz est cu
cū coloe subtilis sz viscosa et ppē p distinguit
a colera Ex quibus omnibz meditus in duo-
bus dirigitur pmo in cognitoe quatuor humoz
exeuntu cum fluxu ventris 2° in cognitione
modi quibus pdicti humores in nobis gnant
qm̄ gnant a calido tm̄ ut san et cola uel
frigido tantu ut flegma, uel calido et frigido
ut mīlia Quapp' dicimus san et cola sunt
p se calidi et om̄e flā p se frigidum pt flega
salsum quod est calidu racoe cole cōmixte ul
racone adustionis sibi p accides aduenientis
Sz mīlia ē ūtē sz diuersa ut iam dictum est
Pronosticacio Si in cura fluxus uentris
ex quacumqz causa pmo in cura morbi cuiuscumqz
remedia racionabilit exhibita no cōtulerit
morbi efferitate et forte pmioz innat qm̄
ut ait G in q'to illius aufforismi 2e pticule.
Jn quo morbo sompnus lc si pletia innate
non inuenit suo tpe cū qma innac debuerint
mala ptul dubio est eoz significacio Item in
om̄ fluxu ventris spontaneo ul artificioso et
ppē in dyarria diuisitas coloris et sbe in egstio-
nibus bonu qm̄ sit mundificacioz cor'sa diuisis
cor gnibus supfluitatu generaliu supposito
q̄ fluxus no supfluat et vtus bn̄ tolleret ꝛ
precesserint sig digestionis pfite si sit in se ꝛ egsto-
nes non mutent ad coloreē simplicit malu
sicut est niger ul sbam simplicit mala sicut
est san ꝛ cortices membroz spmaticoz et
adeps mbroz carnosoꝝ ꝛ sic intellige illu affom
2e pticule Jn ventris fluxibus mutacōes egstio-
nu iuuant si no ad mala transmutentur et ipm
concordat cu illo afforismo 3e pticule egstiones
nigre quales san sponte venientes et cu ffe
et sine fe pessime magis malu cu farma-
co ud melius et quantocumqz plures fuerint
coloēs non malum Item confert in fe acut
ꝛ cronice fluxus ventris niger ul vomitus

superveniens ante signa digestionis perfecte et per consequens in principio vel augmento mortale quoniam petium me in quanto et quali cum virtutis debilitate perpugnat etc. Intellige illum amforismum 2e particule aforismorum: Egritudinibus quibuscumque incipientibus si colera nigra aut sursum aut deorsum exierit mortale. Similiter et illum ibidem: Quibuscumque egritudinibus acutis aut multi temporis aut abortivis aut aliter extenuatis fel nigrum exierit aut qualis sanguis niger sequenti die moriuntur. Item ibidem in eodem: Dissinteria si a felle magis inchoavit mortale. Idem ibidem: Si a dissinteria habito ut intestinorum carnes i. corticos albe squamose egrediuntur mortale. Item dyarria colica quibusdam multum in calo calidorum cum surditate propter captum colere sursum et quibusdam contrario si tamen gustio est melior. Unde ypo. ibidem: Quibuscumque felle egritudines sunt surditate superveniente quiescunt et quibuscumque surditas supervenit incest fellis egritudinibus supervenientibus quiescit. Item post fluxum diuturnum spasmus aut singultus superveniens mortale quoniam spasmum de inanitione sit qui nequaquam curari potest. Unde ypo 5ta particula aforismorum: Spasmus vel singultus post inania mancionem malum. Item ypo 6ta particula aforismorum: Transit a dyarria maxime capitis longa sed propter humiditates lingue et cerebri fluentes ad stomachum et intestina. Sicut enim in lingua causant balbutiem ita in intestinis mollificationem et in stomacho cruditatem. Item in fluxu ventris et prelienterio vel dyarrico vomitus spontaneus et sine auxilio medici superveniens salubre quoniam nature confortationem et fluxus diversionem demonstrat. Unde ypo 6ta particula amforismorum: A dyarria habito diuturna spontaneus vomitus superveniens solvit dyarriam. Istud tamen et alicui amplificant ad vomitum artificialem et si ca[…] si colera vel colera subtile. Item fluxus ventris perdurans et propter sanguinem […] ydropisim inducit propter epatis infrigidationem vel ethicam propter membrorum mancionem. Caveat ergo medicina hora convalescentie talibus periculis obviare. Item si in principio vel perdurationem lienterie supervenit eructuatio acetosa frequens bonum confortationem virtutis retentive et digestive stomachi significat. Sed si in principio supervenerit mortificationem lienterie perpugnat. Nam sicut in capitulo de vomitu nono paragrafo de causa: Sapor acetosus est duplex. Unus qui precedit digestionem et calidam perfectam et iste significat digestionem futuram sequentem et per consequens est boni inditia. Alius qui sequitur calidi exalationem et iste significat putrefactionem futuram et per consequens corruptionem. Unde ypo 6ta particula aforismorum: In diuturnis lienteriis oxiremia superveniens prius non existens signum bonum. Item ypo 6ta particula amforismorum: In diuturnis lienteriis oxiremia superveniens prius non existens signum bonum. Item ypo 5ta particula aforismorum: Mulieri in utero habenti si venter multum fluat suspitio est aboriendi. Item in eodem: Sanguine multo fluente spasmus innatus aut singultus malum supple et mortale sive sit fluxus ventris sive ani vel emoroidarum vel narium vel vulneris cuiuscumque. Item in omni et propter dissinteria cronico precato appetitus malum quoniam inanitionem extremam sine restitutione perpugnat. Unde ypo ibidem: In longis dissinteriis abstinentia malum et cum febre peius. Item si splenetico fiat dissinteria et dissinteria perduret mortale quoniam si melancolia splenetica fuit adusta induceret corrosionem penetrantem, si vero non adusta induceret ydropisim et lienteriam propter epatis et stomachi infrigidationem. Unde ypo 6ta particula amforismorum: Quecumque splenetica a dissinteria capiuntur hiis superveniens longa dissinteria, ydrops aut lienteria nascitur et pereunt. Si autem dissinteria non perdurat cum sit causa opilationis et duricie in splene propter causam evacuantem. Unde ypo ibidem: Spleneticis dissinteria superveniens bonum. Item fluxus ventris et propter niger multus superveniens mane vel inicio solvit egritudinem evacuantem causam. Unde ypo 7 particula amforismorum: In mania dissinteria superveniens aut ydrops aut extasis i. furor augmentatus bonum. Item in omni fluxu ventris cronico desipientia superveniens malum quia lesionem cerebri significat. Unde ypo 7 particula amforismorum: In sanguinis fluxu vel quocumque fluxu alio perdurante in quacumque corporis regione desipientia superveniens aut spasmus malum. Item in fluxu superfluente propter medicinam efficaciter laxante et propter in corpore repleto vel debili singultus superveniens mortale. Unde ypo 5ta particula amforismorum: Spasmus ex elleboro mortale et in 7 particula ait: Si super purgato vomitu singultus supervenit non bonum et ideo hic sicut pater quoniam singultus est sicut parvus spasmus et ideo est unum malum signum. Item in omni fluxu ventris sive sit cum sanitate sive sine sanitate cronico et perdurante si solum egrum allevat et eius restitutio per se vel per artem debilitat mortale quoniam causam venenosam sit cuius exitus diutinus virtutem deiecit propter inanitionem et cuius retentio virtutem prosternit propter oppressionem, medicus ergo talem per eam cognoscit pronosticis delinquat ne sit inter contraria perplexus de morte accusetur. Si autem fluxus sit brevis temporis vel cronicus et post signa digestionis et in die cretica superveniens ad virtutis constantia cum bonum sit scilicet cause egritudinis pessime materialem atque salubrem non sinthomatica expulsione ut videtur esse de mente Avic. 3o canonis fen 16 tractatu 1o de causis fluxus epatici satis circa finem. Item dissinteria facta propter corrosionem intestinorum gracilium periculosior est quam que grossorum propter vie longitudinem et particule difficilem consolidationem. Unde ypo 7 particula aforismorum: Si intestinorum aliquod incidatur gracilium non conglutinatur. Item omnis fluxus cum superfluit est magis timorosus in corpore macro raro et laxe carnis sicut sunt corpora mollis cutis quam in corpore pingui vel raro solide et compacte carnis sicut sunt corpora dure cutis quod fit propter viarum latitudinem humorum subtilem et virtutis debilitatem. Ex quo patet quod omnis fluxus aut sudor aut calor cum superfluit est magis periculosus in corpore colerico vel melancolico quam sanguineo vel flegmatico.

Capitulum secundum de superfluitate urine

Stipticitas uentris est effectus siccitatis in ipso. Hec igitur siccitas aut fit propter causam antecedentem aut primitiuam. Si antecedente aut hec est mala complexio aut mala compositio. Si uero mala complexio sic fit propter aliquam quatuor causarum. Prima est mala complexio sicca intestinorum fortificatiua eorum retentiua ultra debitum sicut in corporibus militis per exercitationem uel per dietam uel etatem. Secunda est mala complexio calida intestinorum uel epatis consumens eorum humiditatem superfluitatem sicut est in corporibus colericis uel iuuenibus uel febrientibus. Tercia est mala complexio inflicta renum urina multiplicans et secessus humiditatem ad se trahens. Quarta est destructio sensus intestinorum propter malam complexionem eorum omnino quare non excitatur eorum uirtus expulsiua ad secessum prouocandum. Si mala compositio sic fit propter aliqua quatuor causarum. Prima est strictitudo uel opilatio vie que est a cysti fellis ad intestinum duodenum propter quod modica colera mandatur ad ipsum. Licet etiam colere modicitas possit fieri propter epatis frigiditatem sicut in corporibus melancolicis uel flegmaticis uel ydropicis. Ista tamen siccitas si contingeret non stipticitatem sed uentris induceret fluxum lientericum. Secunda est feca grossa uiscosa adherens partibus intestinorum et ista est causa que plurimum contingit. Tercia est vehementia raritatis corporis quae insensibiliter euaporat omnes humiditates tam substantificas quam nutritiue. Quarta est apostema intestinorum opilans eorum meatum propter quod fit compressio stercoris sicut per compressionem emissio sicut in fistula dicetur tractatu de apostemate intestinorum uel apostema musculorum uentris uel matricis uel vesice comprimens ea vehementer de quibus suo tractatu dicetur. Si autem fit propter causam primitiuam sic fit similiter propter aliquam quatuor causarum. Prima est cibi siccitas et propter in principio comestionis ut sunt cisium milium pira et citonia. Secunda est eius paucitas ut fit in annis sterilitatis et in prostratione appetitus. Tercia est labor fortis sudare faciens. Quarta est caliditas aeris resoluens quod fit in balneo uel sole calido. **Methodus.** Signa eius que fit propter intestinorum siccitatem naturalem sunt extenuatio inanitio uentris et eius subtilitas cum priuatione omnis cause aliarum. Et si stomachus sit talis complexionis sit siticulosus frequenter sed modicus ei potus sufficit quia si uero plurimus in eo fluctuat et inundat. Et cura eius est sumere in principio comestionis iura pinguiora et cibos unctuosos et olera cum butiro uel adipe castratorum et olera pinguia facta ex sicla et spinachiis et malua et recusa uuas recentes uel prunas uel ficus uel bibere uinum dulce nouum uel vetus rubeum et fugiat quoque cibos participantes acuitate que stimulent ad secessum sicut est aqua decoctionis caulium uel lenticulorum condita cum sale et unctuositate porros uel passeres et pisa cocta cum carne pingui castratorum uel pullorum. Deuitet cibos assos. Fugiat in aurora dyapenidion simpliciter. Vitet balneum propter posse et cum necesse fuerit ratione sordis et sudoris balneetur in aqua dulci decoctionis maluarum et pluries sit mora in ipso. Clistrizetur quoque cum libra i et semis aque decoctionis malue bismalue mercurialis sicle furfuris viol. in qua ponatur olei violarum ℥ iii mellis ℥ i salis ℥ i et cum bulliat et tepidum iniciatur in ieiunio et tunc ad impinguationem corporis posse.

Signa eius que fit propter caliditatem intestinorum et epatis sunt vehementia sitis et duricies fecis et quod egreditur sicut squibala et forte sentitur ardor in uentre et ano. Secundo distinguitur subtilis urina ignita. Et cura eius est sumere in ieiunio recusa et pruna et dyaprunis et ficus et uuas recentes et melones et pepones et citrullos et similia et comestio olerum factorum ex malua sicla lactucis portulaca cum melonibus spinachiis atriplice et similibus coctis cum carnibus agnorum et porcellorum et vitulorum lactentium conditis cum sapore facto ex aceto uel succo berberis. Bibat uinum album debile limphatum cum aqua fontis uini et si sit cum febre sumat in aurora syrupum violarum et bibat aquam ordei uel julep loco uini predicti. Clistrizetur sepe in ieiunio cum clisteri predicto. Dimittat pinguedinem in cibis quoniam omne unctuosum est de facili inflammabile et caloris extinctiuum et diligat humida propter ea congruencia ad frigidum. Signa eius quod fit propter caliditatem renum sunt exuberantia urine plurime cum siti et ariditate corporis cum si medicus non succurrerit perducet egrum ad ethicam et marasmum ad caliditatem sensibilem circa renes et propter si per partes partiticulis eius curata quoniam renum sicca non sentit. Et est urina subtilis aquosa non citrina quoniam pauca colera non per plurima tinctiuam induceret in plurima quantitate neque etiam colera generatur a caliditate renum sed epatis. Vnde ypocras circa particula amforismorum urina multa nocte facta modicum secessum significat et econuerso. Et cura eius est assiduare in ieiunio et in principio comestionis omnia lenificatiua uentrem cum opilatione uiarum urine sicut sunt passule pingues enucleate et ficus carice et dactili et pultes facte ex amilo et penidiis uel farina ordei condita cum butiro plurimo et butirum recens cum mica panis furfuracei et pruna recentia uel sicca infusa in aqua decoctionis zuccari et olus factum ex sicla et malua et spinachiis et lactuca et atriplice conditum cum butiro et sale non ponderose. Bibat uinum dulce clarum limphatum parum. Deuitet cibos et potus diureticos sicut est aquam ciceram et faseolorum et pisarum et uinum album subtile aquosum et multiplicatio salis in cibo et semina communia calida frigida. Assiduet accepcionem cibi syrupi violarum in aurora soluat quoque uentrem cum medicina leni lubricum faciendo sicut est ista Recipe aque decoctionis prunorum ℥ iiii dissoluatur in ea medulle cassiefistule ℥ ii uel medulle cassiefistule tamarindorum manne ana ℥ i colentur et detur ante diem cum calidum. Vngatur locus renum frequenter cum populeon uel oleo rosaceo mixti cum aliquantulo aceti et puluere boli armenici uel sandali. Signa eius que fit propter destructionem sensus intestinorum sunt quoniam non sentit uel paucum sentit morditatem in uentre post assumptionem piperis et sinapis uel aliorum acutorum. Et cura eius est ut assiduet cibos et sapores acutos successiuos sicut est sinapis fracta et condita cum uino et melle et legumina cocta cum butiro et sale et aqua decoctionis caulium uel lenticulorum condita cum oleo uel butiro et sale et herba caulium semicoctarum quoniam proprietatem fortem resoluunt partes ex tute. Bibat uinum dulce vetus uel claretum

Signa eius que fit propter paucitatem colere transmisse ad intestina sunt difficultas egerendi cum siccitate et albedine feci quasi sit stercus canis et inflatio ventris et fit ut plurimum in ictericia citrina et est quandoque cum vomitu colere et urina ignita. quam coleram per illas duas regiones Et cura eius si fit propter opilationem est illa quam diximus capitulo de icte-ricia parapho de ictericia citrina propter opilationem porori fellis Si autem fit propter frigiditatem epatis non mul-tiplicantis colera cura eius diximus capitulo de debi-litate epatis paragrafo de causa frigida. et capitulo de cacexia per totum. Utatur in omni causa rebus calidis appetitiuis sicut est sinapis condita cum vino et melle et salsata et alleis et porris conditis cum vino et modico aceti acutissimi et ficus sicce pingues et similia Signa eius que fit propter flegma grossum viscosum in intestinis, flegma namque subtile liquidum aquosum fluxum ventris dyarriam vel lienteriam causabit. sunt quam fit post sacietatem nauseatiuam ex piscibus vel fructibus et caseo et pane de simila et retinetur fex et ven-tositas omnino et multiplicatur nausea et fetet eruc-tuatio et surgit in ventre dolor colicus fortis ad quem forte sequitur sudor fetens Et est urina alba grossa viscosa cum spumma plurima Et cura eius est ut hora paroxismi et doloris illico leniatur venter cum clisteri lenitiuo predicto et si non suffi-cit fiat clistere acutum quod sic fit Recipe ficus decem sic-cas pinguiores numero xl. furfuris parte i malue sil-uestris bismalue ana manipulum i decoquantur in libra ii aque donec medietas consumatur tunc colentur et dissoluatur in ea olei communis vel cucumeris quod melius est ʒ iii mellis ʒ ii salis ʒ ii et iterum buliat aliquantulum et tepidum iniciatur frequenter donec dolor sedetur vel minoretur Et si non sufficit fiat iterum clistere acu-tius dissoluendo in colatura iam dicta ʒ ii vel iii pul. al. qui sic fit Recipe salgeme ʒ x coloquintide scamonee ana ʒ ii et s. terantur subtiliter et iste plures est almansoris et quo fiunt suppositoria cum mel-le vel succo absinthii que ipse vocat pillas cum sint velores in soluendo ventrem et mitigando do-lorem colicum ventosum et quoralem ex materia frigida viscosa Et plura clisteria dicemus capitulo de colica parapho de colica ventosa, hora autem quietis abstine-at a sacietate grosse et vtatur cibis subtilibus cali-dis sicut sunt carnes laudabiles et mica cornum condita cum pipere cinamomo cardamomo et croco in-spissata cum vitellis ouorum sine albugine, bibat vinum al. vetus amarum et multiplicet in cibo suo sal et allea et sinapim Deuitet omnes pisces et fructus qui viscosi sunt. et omnia legu-mina que ventosa sunt, similiter et olera preter ficus sic-cas et nuces et fisticos quibus uti potest in fine cibi, et quandoque vtatur cibis acutis secessiuis dictis paragra-fo de cura stipticitatis propter destructionem sensuum intestinorum Assiduet omni die in aurora vsum electuarii dya-trion pipion diaciminum dyagalange dyacitoniton cum speciebus. et similium Deuitet stiptica frigida sicut est agresta berberis et acetum nisi sit acutum valde tunc potest ex ipso parum aliquid addi in saporibus et condimentis propter flagmatis incisionem et appetitus excitationem, prouocet quandoque vomitus cum aqua

mellis cum sirupo acetoso composito vel oximelle et aqua decoctionis aneti et raphani premissa repletione ex cibis et potibus ut docuimus capitulo de fetore nasi Deuitet aquam frigidam et vinum ponticum et stipticum et eligat vinum calidum dulce et amarum purum vel clarum, hora etiam doloris confert sacellare ventrem totum cum sale ignito asperso aceto acuto vel cum sale et milio torrefactis in sacello. et sedeat in balneo calido aque decoctionis florum camomille meliloti aneti absinthii origani arthe-misie rute et similium, et cum ceperit in ea debilitari exeat et quiescat in lecto molli, et inungat ventrem suum cum oleo camomillino vel de lilio vel de aneto vel de ruta vel de lauro in quibus aloes dissoluatur actu calido et ita vicissim tegatur modo cum illo donec dolor et eius causa totaliter remoueatur si deus voluerit Signa eius que fit propter raritatem corporis sunt puritas fecis in omnibus diebus sue sanitatis et cibi assumpti et siccitas eius plurima semper et multitudo famis et vehementia appetitus et gracilitas corporis sicca macra et si ambulet in sole calido vel moretur in balneo vel laboret dissoluitur vehementer eius virtus et inflamatur corpus Et cura eius est uti cibis grossis viscosis pin-guibus quia prebent plurimum nutrimentum cum difficili resolutione ut est caro porcorum et vitulorum et pultes ex farina simile quam in hoc corpore non est timor fortis in opilatione neque in causis in intestinis ymo magis nocetur a causis extrinsecis, et bibat vinum rubeum dulce grossum multum et sepe comedat si stomachus id tollerare queat, si vero stomachus sit debilis parum et sepe comedat et sumat mica carnium inspissata cum vitellis ouorum et mica panis gaudeat ocio et sompno super cibum habitet in aere frigido et inungat corpus totum cum aqua rosacea vel oleo rosaceo et cera, et si corpus sit carnosum et membra principalia bene cooperta intret quandoque aquam frigidam et abluatur in ea Alii vero nequaquam abstineat a co-itu et labore grosse, in clisteriis et cibis aliis regatur sicut stipticus propter stipticitatem siccitatem grossorum intestinorum Signa eius que fit propter siccitatem ciborum in principio assumptorum patent ex relatione infirmi Et cura eius est ~~que fit~~ postposito talium et similium assumpto lubrificantium in principio sepe dictorum Et si quandoque cibi sicci fuerint assumpti ut risum milium panicum fabe fracte et similia et eger sentit ex hoc lesionem in ventre cum stipticitate. sumat in potu sirupum violarum vel julep vel aquam decoctionis furfuris siccarum pinguium, vel oleum amigdalarum et sumat aut oleum commune in quo bulitum sit super ignem de persicis vel zucco rubeo contritum ipsum est usque ad spissitudinem quam ista confectione vehementer lenit ventrem si ex ea lambat frequenter et bibat post ipsam aliquid ex liquoribus predictis vel vino dulci in cibis et potibus et clisteriis tam lenitiuis quam acutis sicut in stipticitate propter flegma grossum Signa eius que fit propter pauitatem cibi per se patent, et cura eius est reditio ad contrarium grosse et confortare appetitum ut suo diximus capitulo Signa eius que fit propter laborem fortem vel aerem calidum resol-uentem patent ex egri narratione Et cura eius est propositio eius et inungere corpus cum oleo rosaceo in quo dissoluta est cera, et balneari in aqua frigida, vel aqua decoctionis rosarum siccarum foliorum

salitis et vitis et psilatri et ros coriac facie cu
aqua ro vel camphora et sandal et aceto
in cibis et potibus et clisterys fiat sicut prius
Emperica Dicas quod omnes ventris stipticitate
adiuvat omni die in aurora morose de sompno
surgere sine strepitu vel stupore et stare corpore ere-
cto postea sedere et rectissime in uno loco fixe ma-
nere sine motu omnino donec feces per omnes inte-
stinorum revolutiones totaliter descendant neque labo-
rem diutinum accipe donec evenerit assellatio
debita vel consueta donec labor et motus feces
excitet et eius descensum per diversas anfractus re-
tardat Clubscat postea venter stipticus quatuor
modis in genere scilicet per cibos per medicinas per suppo-
sitoria et clisteria de quibus per ordinem famosiora
et maxime familiaria pertractamus Ars le-
niendi ventrem stipticum per cibos est ut a principio
tempore comestionis sumat ex lenientibus ut sunt
prima matura uve pingwes et sicut est olus
factum ex sicla et malva coctis in aqua postea
et conditis cum butiro vel lacte amigdalarum dulcium
salitis plus debito et sicut est brodium recens sump-
tum cum mica panis furfuracei vel caules semi-
cocti et proprie ius eorum quoniam postea cocti fiunt stiptici
propter privationem acuitatem resolutionem et sicut sunt betes
semicocte et proprie ius earum prius et pullos facti ex
milio et semicocte et proprie ius eorum vel farina
ordei conditi cum pendiis et butiro et universaliter
omnia lenificantia vetus et diutenta magis a vijs
urinalibus et sicut sunt excitativa acuta virtutem
expulsiva intestinorum oxigrum simpliciter condita cu
melle crudo et potus aque salse primo et usus
pipis moderatus haec namque proprium tibi sapit tota
dictatio ut dicit G 2o alimentorum capitulo de pomis
Ars vero leniendi ventrem stipticum per medicinas leves
non difficilis est ut semel in ebdomada vel
quando necesse fuerit sumat de pulvere qui sic fit et proprie
in causa flatica Rp turbith optimi ʒ ʒ cina-
momi ʒ ij galange mace gariofilorum cardamomi ana
ʒ iij zucari albi ʒ iij terantur omnia et misceatur detur
ex hoc pulvere ʒ ʒ vel ʒ sex cum aqua calida vel iure
pullorum sero sine cena quoniam magis crudas in stomacho
collectas leviter educat et differat crastina comestio
super ipsum quoniam est tarde solutionis Idem facit pul-
vis factus ex cataracto vinum albo si detur ex eo in
cibo aliquo vel per se cum zucaro ʒ j vel plus sed timen-
dum est de corrosione intestinorum si frequentetur
In causa aut colica detur electuarium laxativum ʒ ʒ vel
ʒ vj cum aqua calida in matutinis In colica
vero addatur ad pulverem predictum seminis anisi et
ciminis quantum de omnibus et si addentur flores bo-
raginis et rosarum siccarum stomachum aut splenem confor-
tarent Si aut sit vel constipatus propter caliditatem
et siccitatem intestinorum naturalem vel acquisitam
sumat in aurora ʒ iij syrupi violarum cum aqua decoc-
tionis prunorum per maturatorum vel prunorum dama-
scenorum siccorum vel sumat de succo violarum cum eisdem
quoniam est ex solutivis benedictus ut dicit Alicur vel
dissolvatur medulle cassiefistule ʒ ij in aquis eisdem
coletur et detur in matutinis et idem faciunt ta-
marindi atque manna similiter et hoc confectio Rp
medulle cassiefistule mane tamarindorum ana ʒ j

electuary de succo ro laxativi ʒ ij succi viol ʒ ʒ
misceantur postea et detur totum ante diem et
est gratus in principio febrium acutarum ad immora-
tionem mane que datur ana digitorum Si aute vel sit sti-
pticus propter flegma grossum viscosum tunc necessario pre-
mittenda est digestio quoniam materia est inobediens post
tamen dabis pulvis Rp galange gariofilorum ʒʒ
cinamomi ana ʒ j turbith ana agarici ana ʒ ij
ezule quartum de omnibus zucari rubei quod sufficiat
ad dulcorandum dentur ʒ ij vel iij in sero cum
vino calido vel vino decoctionis ʒʒ baccarum lauri
sinapis et similium Si aut venter sit stipticus propter
ventositates coarctantes solvatur cum tali medicina
Rp cartami polipodii ana ʒ ij ana carvi cinamomi
ana ʒ iij sene ad pondus omnium zucari quod sufficiat detur
ʒ ʒ vel ʒ j cum vino calido vel vino decoctionis
baccarum lauri et ad hoc confert ius pullorum galli
decrepiti si cum eisdem rebus decoquatur in aqua
dulci usque ad ossium separationem et ex eo bibat lb j
vel lb ʒ in ieiunio faciat enim assellando cuttas
emittere Si aut plures lenis intendis massam
tota sanguinis mundare cum fortificatione stomachi
epatis atque splenis fiat talis pulvis Rp florum
boraginis ro siccarum ana ʒ ʒ se anisi amomi
aperi cappari se endivie se feni ana ʒ ij quinque
mirabulorum ana ʒ ʒ cinamomi gariofilorum ʒʒ ana ʒ j
zucari quod sufficiat turbith albi et electi ʒ ij reu-
barbari ʒ j fiat electuarium vel pulvis quoniam educit colam
flavam vel nigram et confert carnibus delicatis
detur ex eo ʒ j vel ʒ cum vino calido limphato
Ars vero leniendi ventrem stipticum per suppositoria
sic fit Rp esule ʒ j salgeme ʒ ʒ mellis quod
sufficiat fiant suppositoria longa et imponatur
in ieiunio vel sic Rp agarici coloquintide
esule ana partes equales salis gemme pars ʒ mellis
quod sufficiat vel fiat suppositorium ex salgema
solum vel ex sapone vel lardo salito vel
fiat suppositorium ex fellibus quod sic Rp farina
furfuris vel farina ordei vel siliginis vel
avene quantum vis salis gemme et mellis quot
sufficiat incorporando per suppositorijs unum fel
alicuius animalis scilicet bovis vel capre vel porci
vel canis vel vitulorum et si vis magis acuere
adde aloes In primis aut sufficiat suppositorium
ex pendiis Ars aut leniendi ventrem per clisteria
sic fit Rp malve bismalve mercurialis atri-
plicis ungule caballine brance ursine siccle
omnium vel quorundam ana m j decoquatur in quatuor
lb aque donec 3a pars consumatur coletur et addatur
mellis ʒ iij olei communis ʒ iiij salis ʒ ʒ et iterum
bulliat parumper et coletur et tepidum iniciatur
et possunt addi flores camomille et farina furfuris
et fabarum propter abstersionem Item clistere aliud leni-
tivum et proprie in febre Rp malve altee prunorum
violarum lactuce rasure cucurbitarum foliorum papa-
veris ana m j olei violarum ʒ iiij zucari ʒ iij salis
ʒ ij fiat sicut prius confert enim in febre acuta
et frenesi Item clistere acutum sic fit Rp malve
altee siccle florum camomille foliorum caulium re-
cent centauree ruthe absinthy ana m j olei
camomilli vel ruthacei ʒ iiij mellis ʒ iij salis
ʒ ʒ fiat sicut prius et si sit cum multitudine

flegmatis adde in decoctione prima hermodacti-
los agarici coloquintide quantum necesse videbi-
tur vel yerapigre G. vel benedicte laxative in cola-
tura Si aut sit cum multitudine ventositatis et
torsionis in ventre adde polipodii tartari cum-
ini carui cimini in decoctione vel dyaciminum in cola-
tura Si vero cum mania adde sene epithimi
esule in decoctione vel yalogoon et dyasene in co-
latura Et scias quod in omnibus clisteriis ponuntur pomi
solutiva lubricativa faciendo et propter hoc in colatura
ut sunt manna cassiefistule tamarindi Item cli-
stere est optimum in lubrificando ventrem excitando
quando alia euomata duci non possunt sic fit Recipe
succi mercurialis succi malue succi altee omnium ℥
quorumlibet ʒ iiii medulle cassiefistule ʒ ii olei viol
ʒ vi bulliant simul et totum tepidum iniciatur
et si succi herbarum non possunt ut yeme fiat ex aqua
decoctionis earundem herbarum addita farina ordei
farina fenugreci semine lini psillio caricis et pru-
nis maturis Item dicit experimentator quod fel
porci vel canis vel bovis cum oleo bulitum pa-
rumper et ab umbilico superius inunctum com-
muniter provocat Ab umbilico vero inferius secessum
propter quod et fella porci reponuntur in unguentis laxa-
tivis et si vis acuere adde aloes quantum de
fellibus **Canon** Medicinas et cibos laxa-
tivos non convenit omni die assiduare quia virtu-
tem stomachi retentivam debilitant et virtute ex-
pulsivam intestinorum reddunt consuetudina-
riam adeo ut pigritetur in expulsione superfluitatum
nisi fuerit stimulata Item omnem cibum vel
medicinam laxativam expedit dare in ieiunio
vel in principio comestionis ne forte cibum
corrumpat cui permistus est et virtutem propriam
amittat propter solum diacatolicon acuatum quod post
cibum illico dari convenit quia solvit comprimen-
do similiter et mirabolani Sciendum preterea quod ex me-
dicinis solutivis exhibitis per superius melior
in stipticitate ventris que fiunt ex mollis cas-
siefistule manna tamarindis quia solvendo ventrem re-
linquunt lubricitatem Similiter et dyaprunis
acuatum et syrupus viol acuatus cum dyagridie
reubarbaro et propter hoc in causa calida neque utatur aliquis
solutione forti et mirabolani quia est dettior soluto-
rium in hoc casu Vel tamen convenientius est lubri-
ficare ventrem per inferius cum clisteri vel suppo-
sitorio quam per superius cum medicina quia omnis medicina
laxativa quantumcumque levis vel consolidata debi-
litat membra nobilia et propter hoc stomachum et epar propter
quod omnis eorum maxima sunt evitanda nisi quando requiritur
aliorum membrorum evacuatio vel venarum Item
tenetur sanitatis custos omni die ventris luba-
tatem debitam sumere quia maximum est in ca
iuvamentum et preservans a multis malis pas-
sionibus et propter hoc lex propter hoc zoda pulsativa vertigine
scotomia febre putridis apostematibus membrorum
interiorum ydropisi et colica propter quod ait G. super ali-
mentorum capitulo de feniculo elixato solum est hoc re-
medium indigestionis habere secessum stercoris totius
quaque die etc **Pronosticatio** Ventris
stipticitas superflua in omni egritudine malum
quia virtutem egri debilitat appetitum perdendo membra

gravat replendo angustia inducit ad cerebrum
fumando torsiones parcat membra nervosa scin-
dendo et quod deterius est morbum et sua causa
fovet dispositionem fortificando et cause evacuationem prohi-
bendo Convenit ergo mediocris omni die ventrem leme-
rum clisteri si virtus sit fortis vel cum suppositorio
si sit debilis et propter hoc post sompnum et ante cibum
hora sanitatis sue consueta vel hora maioris
quietis si fiunt cum se qualitercumque Item dicit ypo 2a
particula aforismorum quibuscumque in iuvenibus existentibus
ventres sicci sunt hiis senescentibus humectantur
et econverso mutata complexione naturali mutatur eius
operatio Hoc tamen fallit in duobus casibus ut dicit
commentator ibidem primo quidem si colera sit pauca
quia fiet minor in senio et per consequens remanet stip-
ticitas 2o si epar sit frigidum naturaliter quia magis
fiet frigidum in senio et per consequens remanebit humidi-
tas et lubricitas ventris que fuit in iuventute
Capitulum tertium de colica et yliaca et
Iste tres passiones conveniunt **yleos et**
in forma sive essentia quia quelibet unaquaque
earum est torsio sive dolor ventris
propter que si fortificetur videtur egroti quod eius corpus
terebello perforetur Sed differunt in subiecto sive materia
et causa efficiente Nam colica dicitur quando causa
doloris puta stercus humor vel ventositas in intestinis
grossis et propter hoc colon continetur propter quod sentitur
dolor infra umbilicum ad quatuor digitos ubi sto-
machus situatur super quem circulariter transit colon et
si declinet ad alterum latum hoc erit magis versus y-
pocondrium sinistrum ubi coniungitur cum longaone Ilia-
ca vero dicitur quando doloris causa posita in intesti-
nis gracilibus et propter hoc in yleon continetur propter quod
sentitur dolor sub umbilico directe vel infra ad duos
digitos ubi sunt intestinorum gracilium revolutiones
situate et si declinet ad alterum latum hoc erit magis
versus ypocondrium dextrum ubi residet yleon
locatus Yleos vero dicitur quando causa doloris est apa-
natum in intestinis quibuscumque et propter hoc sibi gracilibus
eorum claudens transitum adeo ut stercus et flatus per ipsa
descendere non possint propter quod cogitur eger in ea
stercus vomere et est cum febre pacatura et dolore et
tristissimo propter quod inter egritudines per acutas numeratur
sed que usque ad primam prodiunt que est in die
quarto nullo remanet ad salutem per vel primam
De primis igitur duabus dicamus passionibus quia
de yleos primo sequenti capitulo dicetur Sciendum
preterea quod dolor renalis similis est in loco sive si-
tu predictis passionibus ita ut dolor renis dextri
yliace et dolor renis sinistri colice similet Signa
tamen et distinctiva ista ponemus infra capitulo
de calculo et arena **Methodus** Colica et ylia-
ca tribus de causis in genere fieri demonstrantur
aut propter stercus exiccatum in intestinis ea stringens
aut propter ventositatem grossam plenam ipsa vehe-
menter extendentem aut propter vermes in eis natos
ipsa mordicantes Signa eorum patent Hec si propter stercus
similiter et cura plene ponitur in capitulo de stipticitate
ventris omnium modorum nisi quod hoc solum oportet addere scilicet
quod postquam venter lubrificatus fuerit per remedia
velut posita et feces sunt educte fiant aliqua
anodina clisteria propter reliquias stercoris et crullas

raditutus extirpandis · sicut est clistere factum ex
aqua decoctionis florum camomille militi mal-
uavisci centauree roris marini et furfuris co-
lata et cum aliquantulo olei camomille vel anetini
vel lauri vel mellis et salis et iterum bulita et tepida
bis vel ter iniecta ante cibum Colica non et yliaca
quam fuit propter ventositatem · solerti per earum cognitionem
et curationem indiget distinctione Cum aut ista vento-
sitas est pura sine humorum viscidorum omnino aut parva
et tunc fit a mala complexione frigida stomachi et intestinorum
sine materia · et hoc contingit raro / aut est cum humoris
vitio a quo continue elevatur quod est ut plurimum et iste
humor aut est frigidus aut materia · aut cibus inflativus
viscosus Iterum ista ventositas aut est contenta
in concavitatibus intestinorum · aut in spongiositatibus
eorum penetrans inter tunicam et tunicam cum intestina
sunt membra nervosa villosa panniculosa Signa
igitur ipsarum que fiunt propter ventositatem sine materia
humorali omnino aut plurima · sunt · quia evaporati-
vos et sacellatos calide conferunt etiam a principio
non premissa evacuatione cum medicina vel clisteri
et dolor postea mitigatur illico et est cum obedientia
et levitate ventris debita Cum igitur omnia illa
apparuerint et venter sit inflatus cum dolore et
tensione que non cedit impressioni vel vix cedit
sicut et vesica inflata et auditur rugitus et eru-
ctuatio frequens difficilis et fit retentio ventositatis
omnino · vel si quid ex ea egreditur est modicum
quod non sedat dolorem vehementem et urina est alba
subtilis aquosa et colica et ventosa passio Et si
antecessit usus oleorum vel leguminum vel fruc-
tuum et corpus consuevit habere talem passionem
per exitum ventositatum plurimarum sive vomitu
sive secessum tunc magis certa fiat tua significatio
Et cura eius est ut hora paroxismi statim a principio
sacelletur venter totus cum milio sinapi nas-
turcio torrefactis in sacculo super lapidem ignito as-
perso aceto acutissimo frequenter aceto calido et
fomentetur cum latere lato seu lapide molari igni-
tis vehementer et involutis pannis lineis subtili-
bus aceto modico aspersis vel vaporetur cum pecijs
infusis in vino al decoctionis ana carui cimini
rute seminum foliorum lauri absinthii florum camomille
aneti aliquantulum expressis et actu calidis reite-
ratis sepe super ventrem vel ponatur ventosa cum
igne sine scarificatione super locum dolorosum vel
suctione vehementi · omnia namque ista remedia re-
solvunt ventositates sine attractione ubi non est
materia humoralis vel modica et ideo dolorem illico
sedant vel mitigant postea iniciatur clistere calidum
quod sic fit ℞ ruthe calamenti origani sature-
gie serpilli mentastri ana m j centauree mino-
ris carui cimini ana aneti polipodii ana ʒ s deco-
quatur in quatuor lb aque fontane donec
medietas consumatur coletur et in colatura
dissoluatur olei communis ʒ iii mellis cocti ʒ s casto-
rei sagapini opoponacis ana ʒ j vel ij et iterum bulliat ali-
quantulum ad ignem lentum et coletur et cum tepidum
fuerit fiant ex eo due vel tres iniectiones
continue se sequentes · hec namque clistere si frequen-
ter dissolvunt colica et yliaca ventositatem forte quod
si dolor fiat fortis et difficile tollerabilis ponatur

ponatur in ipso quantitas ciceris vel fabe de opio
Item clistere aliud terminans ventositatem potenter
Decoquatur ruta in oleo communi tribus vicibus de-
inde sumatur de isto oleo ʒ iii et dissoluatur in eo
sagapini opoponacis castorei ana media ʒ usque ad ʒ una
et iniciatur tepidum quia sedat ut plurimum dolorem
ventositatis eadem hora et inducit sompnum et ipse
si addatur ciceris quantitas de opio Et si fortior do-
lor fuerit ita ut intollerabilis fiat et virtutem
decidens detur ei in potu filonium recens cum vino
veteri al puro vel tyriaca nova vel tiriace veteris ʒ s
in qua ponatur granum unum vel duo opij et indul-
cetur pinpinus grosse, et si virtus tollerat non co-
medat tribus diebus aliquid, vel parum come-
dat de mica panis infusa in vino veteri albo
amaro puro Cum aut dolor ceperit mitigari
intret balneum aque tepide decoctionis florum
camomille militi foliorum lauri origani et si-
milium et exeat quando debilitetur et fiat viassim per fo-
mentationes clisteria et balnea regatur dolor omnino
transicit paroxismus et supervenit hora quietis
Tunc igitur caveat ab omnibus ventosis sicut
sunt legumina olera fructus Caveat etiam a fri-
gidis sicut sunt cucurbite melones pruna persica
et similia Caveat etiam a stipticis sicut sunt
pira citonia mora rubi nespile sorbe risum
et similia Caveat a potu aque frigide omnino
Nutriatur carnibus laudabilibus pullorum et edorum
et avium parvarum montanarum et iuribus carnium
inspissatis cum vitellis ovorum et speciebus calidis
aromaticis sicut sunt zinziber cinamomum piper lon-
cardamomum croci et similia Utatur sapore
facto ex alleis vel sinapi et speciebus et melle
non crudo quia ventosum est · sed cocto bene spuma-
to Bibat vinum al vetus clarum potens pu-
rum Sumat sepe in aurora aliquid tiriace ve-
teris cum cocto vino et cum vino decoctionis ame-
os amomi carui cimini piperis longi spicenardi ori-
gani et similium, vel sumat diaciminum vel
trifera magna cum liquoribus predictis, vel
de confectione baccarum lauri que sic fit secundum
Rasis in suo antidotario ℞ rute sicce ʒ x ame-
os amomi nigelle seminis leuistici origani
carui seminis petroselini amarari piperis
longi et nigri calamenti dragaganti acori ana ʒ ij
baccarum lauri castorei sagapini opopopanacis ana ʒ iiii te-
rantur et conficiantur cum melle quod si detur
ex ipsa ad modum castanee cum vino calido
quam ventositates potenter terminat et dolorem sedat
nec est ei par in hoc alia medicina comedatur
omni die in ieiunio, parum et raro comedat dolor
fortificatus fuerit in eo calor naturalis Super ventrem
continue deferat emplastrum de granis lauri quod
dolores stomachi intestinorum renum matricis vesice et
viscerum frigidorum · ventositates potenter sedat et mollificat
calefacit quod sic fit secundum Iohannem Mesue
in suo antidotario ℞ olibani masticis mirre
ana ʒ i granorum lauri ʒ ij cipperi costi ana ʒ s
mellis colati quod sufficiat ad aggregandum
et extendatur in panno et calidum supponatur
ventri Si aut triplicatur ceptus et ponatur
de stercore caprarum vel vaccarum sicut podus

om̄ invenit inutabile ad ydropisim si ponat
sup ventrem pro aliquas purgationes Signa co-
lice et yliace si fiunt propter ventositate cum humore
flatica viaso quod est ut plurima sunt qui sunt flec-
katos et fomentatos calidis non conferat eis
purgatorium vel purgatos ymo causat dolorem
et fortificant et antecessit sanctas nauseativa
antiqua et forte egreditur flegma viscosum cum vo-
mitu et secessu et est eius urina aliquantum grossa
viscosa spumosa et forte sedatur dolor quandoque et
redit et commouetur per duas aut tres horas
prout ventositas mit elevatur a flate et mint
resolvuntur vicissim et propter hoc si flegma sit subtile
Si vero fuit grossum viscosum retinet fex et ve-
tositas omnino et multiplicatur nausea et fit dolor
in ventre fortis cum rugitu et sudat eger
quandoque sudore frigido Et cura eius est ut hora
poxismi statim a principio purget cum clisteri
ipso sic ff Rx collocinthidos agarici ana ℥ s· centau-
ree minoris ruthe calamenti origani satu-
regie ana ʒ i polipodion ℥ i decoquantur in ii
lb aque donec ad unam redicit colet et in
colatura ponatur oleum ruteaceum vel lauri vel
aneti ℥ iii mellis ʒ i salis ʒ ii et iterum bulli-
at aliquantulum postea colet et tepidum inicia-
tur ante abnem et si vis magis ipsum acuere adde
in colatura prima aut i pulvis albi dicti
in cap° de stipticitate ventris propter flegma grossum
uel yerapigre ℥ ℥ s vel benedicte laxative
ʒ i Et fiat suppositorium ex pulvere albo predicto
et purget quandoque cum aqua calida· vel cum ca-
tartico imperiali dando cocho et eadem hora l
vel cum benedicta laxativa quam vel cum hiuori
medicina Rx turbith albi et electi ʒ i hermo-
dactilli ʒ s sicamoe granea gro ℥ ℥ s succi rubei
℥ i fiat pulvis grossus qui detur totus cum
dietum cum vino callido et differat per ipsum
et abnes quin est levius et tarde solutionis
ffiat etiam vomitus quandoque cum oximelle et
syr° acetoso et aqua decoctionis aneti vel
kaphani premissa repletionis ex oleribus
et cepis et piscibus salitis prout docuimus
cap° de fetore nasi post purgatorium vel purgatos
ffiant clisteria carminativa ventositatum
et fiant omnia remedia localia predictam
sicut scripta sunt in colica ventosa sine ma-
Signa eius que fit propter ventositate eleva-
tam a cibis super qua antecessit sanctas
nauseativa retinens opprimens caliditatem na-
lem stomachi et intestinorum fiunt multitudine in-
flans et extendens ea sui ventositate fit
est crapula ex piscibus oleribus leguminis-
bus fructibus et similibus cum stipticitate
ventris propter quod non egreditur fetus et ve-
tositas vel adeo parum egrediuntur ut do-
lorem non minuat vehementem et surgit ru-
gitus in ventre et fit eructuatio fetens
assidua Et cura eius est eadem cum ea quae
de flate nisi quod si sit possibile conveniunt ut vo-
tus precedat purgatorium et propter hoc si crapula sit
adhuc in stomacho vel prope eius Si vero tota desce-
dit ad intestina quod facies· quia dolor et

gravitas omnino sedata sunt circa furculam et loca
circa umbilicum tunc fiat primo clistere lenitivum pre-
dictum et si non sufficiat fiat acutum Vel pur-
getur cum aliqua medicinarum dictarum et postremo
fiat localia· et non comedat neque bibat per ii
vel iii dies si possibile donec tota crapula evacuetur
vel digeratur et appetitus redierit Si aut virtus
debilitaretur bibat parum vini albi clari vetus
potentis puri et comedat tortellas infusas
in eo Vtatur dyagalange dyaton pipion dya-
cimino electuario ducis dyamarton et similibus
cum eodem vino actu calido in alijs fiat sicut
prius Signa eius que fit propter ventositatem
elevatam a materia flegma effusa in ventre sunt
acetositas eructuationis et inflatio ventris
illico cum dolore vehementi post effusionem eius a
splene et forte sentitur gravitas vel inflatio
in loco splenis et fit ut plurimum in corporibus meli-
cas per complexionem vel etatem Et cura eius est ut
hora poxismi clisterizetur sepius cum clisteri
carminativo ventositatum dicto in colica ve-
tosa pura et vaporetur cum pannis laneis
mollibus infusis in aceto forti decoctionis ap-
pei cappari rute calamenti origani sisleos
satureie cimini nucis vigelle carui cardamomi
et similium actu calidis et expressis aliquantulum
cum reiteratione frequenti vel cum lapidibus igni-
tis aspersis liquore eodem Et si non sufficiat neque
postea dolor sedetur detur in potu aliquid vini
albi calidi clari· in quo cocta sunt cimini ca-
rui ana et cardamomi bibendo ex ipso parum
post parum in hora aut quietis abstineat a cibis
et potibus melancolicis multiplicatis sicut sunt
lentes caules caro ferina vinum grossum rubeum
et similia diligat iura cimini edorum pullorum
agnorum et vinum album subtile clarum lymphatum
parumper et purgetur quandoque sicut diximus cap°
de opilatione splenis et rectificetur splen· sicut
docuimus cap° de debilitate splenis paragrafo de
causa frigida quia ista ventositas non potest
elevari ut videtur a materia non naturali adusta sed
vel a materia congelata vel naturali superfluente
in quanto Si aut paciens sit senex· vel debili-
tatus solvatur cum hac medicina decoquatur
gallus antiquus decrepitus in aqua pura in
cuius ventre ponatur polipodion sene carta-
mi ana ℥ ii et si inmedio diligenter locari nequid ex
meniis exeat et buliat usque ad ossium separationem
cum obturatione olle deinde ex hoc iure in aurora
℥ iiii vel vi actu calide quod faciat assellando
reullas emittere et digerit et evacuat melancoliam pau-
latiue Signa eius quia ventositas est clausa
in concavitate et concavitatem intestinorum sic quod raro
fit propter incipiendo sed consequendo ad colicam an-
tiquatam de flate et est cum angustia et ve-
hementia doloris maxima quam non allevat
vel parum valde vomitus et secessus· et non
egreditur ex ventre ventositas sed eructuatio
omnino sed retinetur· neque rugit venter etiam si
desuper comprimatur Et tertium signum est quod non
movetur dolor de loco ad locum licet sit ventosa
sed continue in eodem loco figitur sicut dolor

renalis nec permittit egrum una hora quiescere et
clistere carminatiua uetositatum moditiua in ipa
conferunt Et cura eius est ut hora paroxismi fiat
fomentaciones et euaporaciones et sitellaciones dicte
de colica ventosa sine materia cum reiteracione freque
tata et ponat ventose late cum igne super locum fri
stalficacione sed cum sictione vehementi et cum cepit
dolor sedari sumat aliquid de tiriaca veteri uel
dyacimino uel dyamargariton uel cum vino
albo puro uel cum vino decoctionis carui et
cimini calido omni hora vero quietis abstine-
at a cibo superfluo grosso et preter uentoso et labo-
ret et sudet in ieiunio Nutriat carnibus lau-
dabilibus et iuribus eorum conditis cum pipere car-
damomo croco et similibus et bibat vinum album
vetus clarum amarum purum sed parum per uice ut ca-
lefaciat ventrem sine humectacione omnino
et omni die in aurora sumat aliquid de confe-
ctione de baccis lauri dicta ibidem cum vino pre-
dicto Efficiuntur etiam colica et yliaca ex vermibus genera-
tis et intestinis inuolutis et circumuersatis cum sicce
morditatibus ea vehementer et signa eorum sunt
appetitus cessio sacietatis nauseatiue assidue et
maxime ex fructibus uel oleribus et cibis putidis
seu facile putrescentibus sicut sunt pruna ceru-
sa persica poma et pisces corrupti quare fit iste
dolor maxime in pueris et gulosis et tempore au-
tumpnali et est cum eis fetor oris plurimus
et multitudo comestionis cum pluralitate egestionis et
grauitudine macra et multitudo saliue currentis
ex ore post solitum et ventris inflacio uero multa ym-
mo fortassis venter apparet inanitus et augmentatur
dolor hora et est cum eo citrinitas oculorum et frigidi-
tas narium cum pruritu aliquo in eis propter fetores
copiosos ascendentes ad nares et quandoque superueniunt
egritudines defectus uirtutis quare fit sincopis et quandoque
sequitur disposicio similis epilensie et spasmo propter mordica-
tionem et quandoque mors Et si vermes visi sunt in egestio-
nibus certior erit cura significatio Et scias quod vermes
nati in nobis sunt trium generum scilicet longi qui nascuntur
in intestinis gracilibus uel lumbrici vocantur Alii
vero lati qui generantur in intestinis grossis qui cu-
curbitini dicuntur quoniam sunt lati curti sicut semina
cucurbitarum Tercii uero minuti rotundi sicut tinee
qui generantur in ano et magis generant inductionem tenas-
monis quam colica passionem Et quicunque fuerint semper
generantur ex materia maticida viscosa frigida in qua
agit calor naturalis ventris et calor putredinalis
illius materie cum repletione caloris pluralis qui calor
vlterius appellatur Et cura eius est ut eger famem
tolleret et patiatur donec fortis fames supperemat tunc
sorbeat ante comestionem suam aliquod lactis dulcis
recentis vacce uel capre et cum hoc fecerit tribus aut
quatuor diebus et vermes assuefacti sunt in potu
lactis sumat quinta die eadem hora hoc medicamen
interficiens eos Recipe succi absinthii recentis et rute
et abrotani et narcissi et amigdalarum amararum et
lupinorum amarorum et persicarie et nucleorum persicorum
ana quantum volueris de quolibet istorum succorum et de vno
solo et misce cum lacte dulci predicto et potest addi mo-
dicum aceti Si aut succi haberi non possunt fiat aqua
decoctionis earumdem herbarum que prorsa insteat
cum lacte amigdalarum amararum et nucleorum
persicorum et omnia incorporentur cum lacte dulci pre-
dicto et modico aceti et bibat ex hoc paciens
magnum haustum in ieiunio hora famis mag-
ne Et ad idem confert decoctum seminis absi-
thii coctum in vino veteri et bibitum sepius in
ieiunio quoniam omnia amara interficiunt vermes sed
dulcia vnctuosa eos nutriunt Ungat ventrem
totum cum vnguento quod Recipe olei citrini uel de a-
migdalis amaris uel de nucleis persicorum
℥ iij aceti acutissimi ℥ ß pulpe colloquinti-
de rute fellis vaccini uel tauri aloes epatici
ana ℥ iij cere quod sufficiat Vel si aliud presto
non sit post simpliciter vnguentum et lacte amigdalarum
amararum et nucleorum persicorum in quibus dissoluatur
yerapigre ℈ ℥ ij aloes ℥ ß addendo aliquid
aceti gratia penetracionis et fel predictum ipsum
namque suo fetore et fortitudine vermes in intesti-
nis natos interficiat adeo ut si quandoque stomachum intrent
uel meri Vbi tamen nullatenus generari possunt
ut dicit G 7o de accidenti propter caliditatem plurima
stomachi et loca illa intrugiant exitus in-
ficient et faciet eos redire ad intestina quoniam
commodosa esset ipsorum eductio per superius sponta-
nea uel coacta propter vomitum esse motu labori-
osum ut nec stomachi et meri conueniunt nisi forte in
corpore consueto et facilem vomenti Et super vn-
guentum ponat illico tale emplastrum Recipe summitatum absin-
thii rute abrotani foliorum persicorum sticados
arabici poly montani ana manipulum j pistentur et co-
quantur in aceto forti et cum eis incorporetur
fel tauri puluis lupinorum amarorum uel nu-
cleorum persicorum ana ℥ j aloes ℥ ß et actu calidum
ponatur super ventrem cum reiteracione frequenti pu-
rgum hoc factum sit per dies aliquot et cognoueris
uel vermes esse mortuos quod scies quia eger
parua uel nullam sentit ex eis morditacionem tunc
educantur cum ℥ ß yerapigre ℈ uel yeralogodion dando
ante diem cum aqua calida vel cum ℥ j et ß de
pillulis cochijs vel aureis uel cum medicamine
de turbith turbith dicto capitulo de zoda Si autem
paciens sit infra xiiij annum etatis sue pur-
getur cum ℥ j et ß medulle cassiefistule dissolute in
℥ iiij aque feruentis decoctionis nucleorum persi-
corum uel amigdalarum amararum uel aque fumiterre
Si aut sit puer uel infans lactans soluatur
eius venter solum cum lacte amigdalarum ama-
rarum et nucleorum persicorum mixto cum aqua cali-
da dando circa sepius in potu Qualiter autem
interficiant vermes nati in ano dicetur capitulo
de vermibus in ano Abstineat a cibis dulci-
bus viscosis sicut sunt pisces tortelle et pasta
Abstineat a fructibus et oleribus et rebus pu-
tridis et corruptis Nutriatur carnibus lauda-
bilibus assis uel coctis conditis cum pipere et
speciebus calidis Vtatur saporibus factis ex alle-
is uel sinapi et aceto bibat vinum vetus clarum
amarum **Empirica** Cum iste passiones
sint timorose atque periculose cautius est sce-
ita et efficatia exhibere remedia in metho-
do scripta quam sub cura seu blanditiua empirica
dubiosa pacientem per dies plurimos detinere Est

sciendum preterea quod licet aput quosdam operantes coli-
ca et yliaca inducentes passiones de causa frigida
et per calida curantur. secundum omnes eius species sive
modos prout visum est Refert tamen G. xii de
ingenio sanitatis recepisse se quendam hominem
colicum cui dum calida clisteria de oleo ruthe
iniecisset et syrupos calidos subtiliativos atque
masticos humorum grossorum viscosorum admi-
strasset et alia que putabat conferentia magis
ac magis fuit per hec dolor augmentatus. tunc
igitur ut dicit morbi causam cognovit quoniam
fuerat colera rubea in ventre contenta mor-
dicans intestina. quare cura illico mutavit
in contrarium. primo igitur materias acutas pau-
latim eduxit de corpore in corpus quoniam virtus fuit in
egro debilis. cum sua yerapigra. deinde intestina
confortavit cum frigidis stipticis tam cibis et po-
tibus quam medicinis sicut scriptum est capitulo de
fluxu ventris paragrafo de cura dyarrie propter cole-
ram plurimam transmissam ad intestina. et post-
ea cepit dolor mitigari et eger potuit dormire
quod diu ante ea non fuerat et sic infra quedam
dies perfecte extitit liberatus. In quibus verbis
G. duo utilia nobis insinuat. primum scilicet
quoniam sunt morbi aliqui absconditi difficiles
quorum causa non cognoscitur nisi ex posterioribus
scilicet a iuvantibus quoniam in effectu operis unaqueque
causa comprobatur. Secundum vero quoniam morbus non
curatur nisi primo causa eius cognoscatur. Et si
curatur est magis beneficio nature vel a casu
quam auxilio medici. Sciendum preterea quod licet
colica et yliaca sint ut plurimum cum retentione et
stipticitate ventris propter quod ventositates et hu-
mores nocivi congregantur est tamen
quandoque cum sunt cum fluxu lienterico utputa quando
doloris intensio impedit virtutem retentivam
stomachi et intestinorum. quare tunc medicus est
perplexus indigens stipticis contra fluxum
et calidis subtiliantibus contra materias et anodinis
lenientibus contra dolorem. fiant igitur cum tali
casu empla et fomentationes calide stiptice
super stomachum dicte capitulo de fluxu ventris paragrafo
de cura lienterie propter debilitatem virtutis rete-
tive stomachi et dentur cibi sicci sed assi
non liquidi et dyacitoniton et in ore teneat potum
composite qui sit vinum rubeum ponticum lim-
phatum cum aqua decoctionis masticis fiat
aut balnea et clisteria resolutiva usque ad um-
bilicum dicta in isto capitulo paragrafo de cura colice
et ventositate sine materia et paragrafo de colica
ventosa cum materia flatica et purgetur cum mi-
rabolanis emblicis et citrinis si necesse fuerit et non cu-
re alia sicut diximus capitulo de fluxu ventris pa-
ragrafo de cura lienterie propter flegma in stomacho et intesti-
nis sic namque liberabitur si deus voluerit Et si
fluxus plus in se stet quoniam dolor augmentetur
stiptica, si vero augmenta carminativa
si vero equaliter. equaliter **Canon** In cura
morborum intestinalium clisteria atque medicine
que administrantur in hoc different. quoniam si admini-
strentur per curam fluxus ventris conveniunt ut
cum liquore modico exhibeantur Si vero per curam
stipticitatis ventris cum liquore plurimo In colica vero
mediocri modo. sed tamen cavendum ne peccetur excedendo
vel citra sistendo quoniam liquor exuberans virtutem
evacuativam atque medicine dissolvit et colliquat
liquor vero deficiens eorum virtute traducere retar-
dat **Pronosticatio** Colica et yliaca si fiunt
cum fluxu ventris aut vomitu et post hoc dolor alle-
viatur bonum quoniam cause expulsionem significat Si
vero cum fluxu non alleviat malum quoniam cause mul-
titudinem virtutis retentive defectum nervorum spermaticorum
humorum sinthoticum designat Item colica perduras
que neque arte neque natura tollitur. in timpanitem
mutatur periculosam Unde ypocras septima particula aforismo-
rum Quibuscumque fiunt torsiones et circa umbilicum
dolores et lumbos et dolor non solvitur neque a farma-
ciis neque aliter in ydropem siccam permutat In colica
si supveniens per se vel per artem tollit egritudinem
unde ypocras 6ta particula aforismorum Quibuscumque dolor
fit circa ypocondria sine flegmone id est sine apa-
te febre his superveniens solvit dolorem In colica
et yliaca si retineatur secessus et urina simul inte-
ficiet infra vii dies si non supervenit fluxus
ventris flaticus fortis vel urina alba grossa plu-
rima vel febre unde ypocras septima particula aforismo-
rum Quibuscumque extra. yleos invasit
in vii diebus perimit. si non febre superveniat
aut multa urina fluxerit et est ergo yleos
id est yliaca Item si fuerint cum retentione ven-
tositatum omnino malum Item sollicitandum
in cura istorum dolorum. quoniam ut dicit Avicenna primo
canonis fen 2a capitulo de dolore dolor est de ma-
xime virtute prosternentibus, maximi autem dolorum
corporis modo accidere possibilium sunt hii tres,
dolor articulorum dolor dentium. dolor yliorum
ut asserit Averrois 3o sui colliget et est in corpore
sensibili raro delicato quapropter timendum est
ne forte cadat in sincopim periculosam etc.

**Capitulum quartum de appilatione inte-
stinorum et dicitur yleos**

Cum appilatio fieri non possit in membro
nisi ex materia humorali currente per vias
et arterias penetrante in spongiositate
membri debilis et claudente eius extremitatem,
ut dicit G. in tegni capitulo de appilationibus eodem evidenter
sequitur ut intestina non possint appilari
nisi ex materia subtili calida acuta densa inmo-
sa Signa igitur colica in intestinis fuit do-
lor in ventre maximus cum eius inflatione
et pulsatione et febre acuta et siti et vomitu co-
lere et si dolor fortificetur cogitur eger stercus vo-
mere propter appilationis magnitudinem opilantem
propter quod fit eius anhelitus fetitudus et eru-
ctuatio similiter et corpus totum et est cum angu-
stia et revolutione continua de latere super latus
et appellatur hec appilatio yleos id est domine miserere
Et fiunt omnia ista quandoque circa passiones et tunc
non signat yleos. hec facta grossum viscosum ad-
herens meatibus intestinorum vehementer
et curam eius diximus capitulo de stipticitate ventris
et capitulo de colica paragrafo de colica propter flegma
grossum **Methodus** Cura yleos est
ut a principio egritudinis id est ante primos

quatuor dies ad plus fiat flomia duisiua
de basilica in brachio dextro deinde de zaphe-
na pedis que est intus in talo, et iniciatur cli-
steri reptussiuum mollificatiuum factum ex aqua ordei
uel et aqua decoctionis viol malue bismalue
ordei lactucarum intiualis colando et addendo
in colatura albumine duorum ouorum et mucillaginem
psilly et tepidum iniciendo, et si caliditas sit
vehemens, potest addi semen papaueris se. cucurbite se. ci-
trulli se. portulace et similia in decoctione et olium
viol, et sumat sepe de sirupo viol vel ros. cum
aqua decoctionis psilly lactuce et similium infri-
gidancium et leniat venter si sit possibile cum ʒ j me-
dulle cassiefistule dissoluta in ʒ iiij aque decoctionis
prunorum endiuie tastute lactute et altee colando
et tepidum cum ministrando cum die Sumat sepe dya-
prunis zuccarum ro vel viol et triasandali cum
aqua predicta Nutriatur hora illa cum cibis subti-
libus lenitiis sicut est ius pullorum in quo coc-
ta sunt malua bismalua atriplex lactuca por-
tulaca spinacie blet et olus factum ex his coctum
cum lacte amigdalarum dulcium, quandoque sumat de ptisa-
na colata vel non colata et quandoque utatur diu-
reticis, et ut membra diuitantur ab intestinis sicut est
aqua decoctionis apii et aneti vel pisarum Bibat
Julep vel aquam ordei vel aqua decoctionis
prunorum Et si virtus sit debilis conforte cum esu
pullorum et uiribus eorum in quibus sit aliquid
pulueris aromatici non acuti sicut est cinamomum et
croceus post die electu et in augmento vngatur locus
vel oleo de camomilla vel de aneto ad dolorem
mitigandum, et compleatur cum mollificatiuis et re-
solutiuis sicut est emplastrum factum ex radice mal-
uauisci et malua et se. lini et fenugreci et viol
coquendo omnia in aqua predicta et pistando et
incorporando cum mucillagine fenugreci et oleo camomillino
vel anetino vel de lilio vel de amigdalis dul-
cibus et calidum ponendo super locum et cetera regatur cum
cibis et medicinis per totum statum donec apostema predicte
resoluatur si deus voluit Et si nichil predictorum
conualescit primo post hec omnia febris vel dolor mite-
scunt quatuorque die sit quoniam apostema huiusmodi neque e-
uitari potest neque resoluit sed tendit ad collectionem
maturatiue que precedat ad emplastra resolutiua
maturatiue que diximus capitulo de apostemate stoma-
chi cum de apostematibus famosis loquimur Pro-
nosticatio Rasis dicit in diuisionibus quod yle-
os raro curatur et si consumetur nequaquam curatur
propter doloris intensionem et membri nobilitatem consumatur
aut usque ad primam productum ad plus quam terminatur
in die quarto quare modo cum inficiat vel prius
cum sit morbus pacutus si non fiat sibi ra-
tionabiliter a principio subuentum quoniam post diem
quartum membra tota vel quasi fluxa est ad locum
quare non potest apostema de cetero euitari Item
si yleos tenetur ad resolutionem de die in diem
cum doloris et febris diminutione bonum si uero
ad saniacionem vel scirrosum mortale unde ypocras vii
particula aforismorum In dolore diutino cum venarum fa-
mes malum Item si in yleos primo retinetur
corma et post hor stercus et urina simul mor-
tale unde ypocras vi particula aforismorum quibusque

ex stranguria yleos innascitur hy in septem die-
bus pereunt si non febris superuenerit aut vrina
multa fluxerit ut dicit commentator si yle-
os sit de causa calida frigida flatica et vrina
al grossa quoniam si sit de colera quod plus ac-
cidit cum febris quanto magis superuenerit tanto
citius inficiat yleos ergo sanum est propter ypliaca
passione non apostema Item dicit ypo in 6ta particula
aforismorum In febre acuti spasmi et circa vis-
cera dolores fortes malum tamen apostema sit in
aliquo membrorum Item in yleos frigiditas
extremitatum cum terminate vetere mortale
Vnde ypo vii particula aforismorum In acutis passi-
onibus frigiditas extremitatum malum scilicet
quia apostematis magnitudinem et nimie effrenitate
demonstrat Idem in commento In yleos vomitus aut
singultus aut spasmus aut dissipiencia
malum supple et mortale quoniam apostema significat
fore confirmatum Incipit Tractatus
Quintus qui est de passionibus
ani cuius sunt sex capitula

Fiteris .i. ani sex sunt in genere passio-
nes prima tenasmon et pruritus
2a exitus siue mollificatio ani, 3a ver-
mes in ano, 4ta ragadie 5ta emorroide et
eruptiones venarum similes emorroidibus, 6ta
apostema et vlcus in ano Est autem anus orificium
longaonis habens musculos latitudinales et
transuersales quibus clauditur et confirmatur
ne quid ingredi possit preter voluntatem puta
aqua vel puluis que omnia ledent intestina

Capitulum primum de tenasmone
et pruritu in ano etc.

Tenasmon est appetitus assellandi
frequens assiduus cum conamine et
ponderositate sine effectu omnino vel pauco
Pruritus uero est mordicatio ani assidua
et est sicut dispositio tenasmone precedens
Fiunt iste passiones aut ab humoribus natis
in ano mordicatiuis Et signa eius et curam
dicemus infra suo capitulo, aut ex flegmate salso vis-
coso mordicatiue adherente labiis sitelli et ca-
stimulate fit aut flegma salsum, aut propter adu-
stionem flatis naturalis et tunc est magis viscosum
et minus mordicatiuum et coloris al. aut propter colere
permixtionem et tunc est magis mordicatiuum et minus
viscosum et coloris palearis Signa istarum
passionum prout fiunt ex flegmate salso sunt
quoniam eger sentit in ano stimulos incessanter
quasi febris et egestionis cum dolore, et quando in assel-
lando nichil egreditur aut parum aliquid
velut sputum aut mucillago neque est fecibus
permixtum sed purum, et si sit passio recens erit
sine excoriatione, si uero antiqua apparebit
excoriatio et sanguinis vel saniei exitus
cum illo sputo et quoniam iuuatur a suppositoriis
et lenitiuis plusque a clisteriis et illud est
certissimum signum distinctiuum tenasmonis a dys-
senteria et cetera quando excoriatio est intus in quo
Methodus Cura eorum est ut digeratur
ab vlcere, iniciatur ergo frequenter collia lauatiua
cum siringa que dicentur cap° de vlcere ut san-
guinis et saniei reuocetur Item canones dicti
in cap° debilitatis renum conueniunt et scitos pro-
ti cap° et toto tractatu presenti **Pronosticacio** Minctus san[guinis] puri prodiens supremus et
cum alleuiacione infirmi nullatenus restringatur
nisi superfluat et virtute deiciat quoniam naturalis est
et creticus conuenit namque sicut fluxus quemadmo-
dum et vomitus sanguinis et fluxus ventris san-
guineus in quibusdam corporibus certis vicibus sa-
lubriter euenire ipsos a multis preseruans passioni-
bus scilicet scissura venarum synocha ydropisi lepra
et similibus, et tempore in corpore ocioso crapuloso
vel per restriccionem menstruorum et emorroidarum in corpore
consueto Item mictus sanguinis exuberans an-
tiquatus qui neque per se neque per artem restringitur
ydropisim vel marasmum et finaliter mortem in-
ducit Item ad mictum sanguinis cronicum sequi
consueuit mictus saniei et propter hoc vlceracio in
renibus et vesica cum ardore et dolore in vrina ad
quam in principio sufficiat quoniam vlcus difficulter
consolidatur quoniam renis tempore mictionis multitu-
dine in curando Vnde ypo. vii particula afforismo-
rum In sanguinis sputo saniei sputum et cetera

Capitulum tercium de calculo et arena rubea vel alba

Lapis calculus et arena generantur
ex materia grossa sicca cinerosa terre-
stri a calore igneali assante sicut i
caminis Si igitur tali materie cineroso aliquid
adueniat ex humore viscoso glutinoso ipsam con-
gregante partes fit lapis Si vero nichil visco-
sitatis aduenerit fit arena propter quod et sa-
bulum nequaquam in petram conuertitur neque a calore
adurente neque a frigido constringente qualitercumque Si-
vero medio modo se habuerit vbi terra quia pars
quedam parti coniungatur et parti alteri non consistat
fit calculus Est enim calculus lapis paruus sed
principatus Arena vero est puluis ex quo fit
calculus atque lapis Et licet lapis mineralis
fit tempore a frigido constringente partem cinerosam cum
parte argillosa, lapis tamen in corpore animali neque-
quam quoniam vita non sustinet tantam frigiditatem
fiunt autem iste passiones plurimum in membris de-
fluctibus receptioni et expulsioni superfluitatum
digestionis secunde que sunt renes et vesica quoniam
ad ipsa pellunt virtute regulante totum superflu-
itates secunde mucillaginose generate in epate post
indigestionem quae stantes inter loca angusta
figuntur donec assentur Vnde ypo. 3a particula
afforismorum Quibuscumque in vrinis arenosa subsi-
stat hiis vesice aut renes lithiasim paciuntur enim
generacionem lapidis vel eius dissolucionem Signa
autem distinctiua sunt quoniam si sit a renibus est
color vrine rubeus, et forte egrediuntur cum vrina
fila longa sicut pili Vnde ypo. 3a particula
afforismorum Quibus in vrina grossa quasi
carnium frusta esse vel sicut pili de renibus ex-
eunt, et sentit eger dolorem similem colico Et hoc
ideo quia venter et vrina restringitur et mouetur
nausea et fit dolor in illis sicut in passione
colica Et hoc quidem fit propter viciniam istorum mem-
brorum et compassionem Sed oportet ut distinguatur inter
ipsum et colicam per vrinam vbi terra quoniam est in fundo
eius residens sicut arena rubea. aut de consue-
tudine egri est ut mingat post huiusmodi dolorem lapi-
dem aut arenam rubeam aut iam minxit ante
illud per aliquot menses vrinam nigram cum qua
fuit dolor in alcatim qui est locus spondilium
sub quibus situati sunt renes Et tunc namque sci-
es quod est lapis in renibus et tempore si dolor descen-
derit per inguina et pectine donec peruenit ad te-
sticulos et vesicam et forte retinentur vrina vel
paruum ex ea egreditur quoniam pori vritides extant
opilati Si vero non affuerit aliquod signorum dictorum
tunc dolor precedens per sacietatem nauseatiua an-
tiqua vel recente est significatiuo colice et nau-
sea post est cum colica et locus doloris ventris in co-
lica lacior est et ad inferiora declinior versus
vmbilicum In lapide vero qui est in renibus
est locus doloris minor et versus spondiles dorsi de-
clinior Et iterum dolor colice permutatur de loco ad
locum quoniam eius causa est ventositas et fecalia Do-
lor renum perseuerat fixus sicut clauus quoniam ca[usa]
eius est lapis Et si lapis iam renes exierit
et ad poros vritides descenderit sentitur dolor
quasi ab alcati ad inguina descendens quasi
sit in eis aut quid suspensum Et si lapis iam pro-
pinquus vesice fuerit sentitur dolor in concauitate que
est super anum et sub spondilibus caude Signa
vero lapidis calculi vel arene in vesica sunt
albedo vrine et subtilitas eius et residencia alba
in fundo vrinalis post quam fuit commedio circa circa
conquassatum et erectio virge propter retencionem vrine
et difficultas exitus eius cum dolore vehementi
et quia paciens precabit virgam et circa ipsam laborabit

manibus tractando et quandoque accidit exitus cum praeter
nimia multitudine et plurimo continue et replendi
et sentit patiens dolorem sub pectine et pudendis Et sci-
as quod lapis in renibus ut plurimum accidit adultis
infantibus vero in vesica quoniam in adultis est calor as-
satis promptior quam virtus expulsiva in infan-
tibus fortes sunt omnes virtutes naturales sed est in eis
gulositas quae multiplicat superfluitates ar-
gillosas que licet renes pertranseant ad vesicam tamen
currentes eius frigiditate naturali primo condensat
et puerorum vesica diutius retinentur donec a calore
naturali figerentur sicut cementum in fictorio Scias
preterea quod lapis in renibus vel vesica duarum est specierum
Unus namque est qui frangi potest per medicinas ut puta qui
recens mollis parvus Alius vero qui nequaquam
frangi se permittit ut puta quia antiquus lenis
planus solidus grossus incisione indiget cum ferro
et extractione que tamen facienda non est nisi post
desperationem medicinarum apparuerit arenule in fun-
do urinalis magis solito multiplicitate et facili-
tas emissionis urine et mitigatio doloris circa
alcatim vel pectine atque virgam tunc scire debes quod
lapis frangitur quare usum medicinarum assidua
Si vero res equaliter se habuerit scire oportet quia ma-
nuali indiget operatione ista tamen operatio locum non
habet nisi de lapide in vesica vel de lapide renum
postquam descendit per poros ureterides in vesica quoniam
ad renes et poros est multa profunditas in tanta
incisione est indubitata desperatio ad salutem

Methodus Cura lapidis in renibus est
duplex Una curativa qua indigemus hora dolo-
ris et paroxismi Alia preservativa qua indigemus
hora quietis ante et post paroxismum Renalis pas-
sio in quibusdam corporibus prodire resolvitur que-
admodum et emorroide et empla et dolor intinuatur
et nimium quoniam omnis morbus a materia dependens
successione participat et periodo ut ait G 2o de fe-
bribus Actus curativus hic est ut eger illico post
sensationem doloris inungat alcatim totum inguina
pectine et virgam cum oleo de lilio vel camomilla et
aneto vel cum oleo de scorpionibus quod diceo
paragrafo de empiacis post hoc evacuent intestina
cum suppositorio vel clisteri lenitivo dicto capitulo
de frenesi et capitulo de bolismo quia per hoc renes
et pori minus angustantur Post hoc intret ci-
tuna aque dulcis tepide vel aque decoctio-
nis malve bismalve viol camomille milliti
feni graeci se lini foliorum ... et salicis ungule cabal-
line caulium recentium aneti apii lactuce draci
pastinace endivie et ordei quoniam dicitur mollifi-
cat materias colliquat vias elargat urinam provocat
atque dolorem sedat et ex eisdem herbis fiat emplastrum cum
oleo anetino vel camomillino quod sufficiat et po-
natur tepidum super locum et ante emplastrum et post
ungatur locus predicta cum unguento arogon et agrip-
pa ana partes ii dialtea p. i butiri recentis partem
i Et sumat post quam per duas horas in balneo sederit
et vie dilatari ceperint de mena frangente lapi-
dem et provocante urinam qua etiam dicemus pa-
ragrafo de empiacis et bibat super ipsam aliquid
vini albi subtilis aquosi et cum balneum exierit
stet erectus super pede uno et saltet vel descendat

gradus vel scalas velociter vel equitet equum diu-
ter ambulatem Vel ponat ventosas siccas super
locum doloris gradatim descendendo cum ipsis per
inguina et pectine usque ad principium colli vesice
sic namque exibit cum urina si deus voluit Si
autem lapis descendit ad vesicam et in eius collo
fixus stetit propter sui magnitudinem vel laterum
obliquitatem tunc educatur sicut iam dicetur Si autem
post exitum lapidis cum urina non sequatur mictus
sanguinis tunc est incolume et plurimum illud fit
cum lapis est planus et parvus si non sequatur
mictus sanguinis propter magnitudinem vel tuberositatem
lapidis lacerat vias per quas transit tunc curetur
cum filonia diuina basilice et medicinis scriptis
dictis capitulo de mictu sanguinis et que dicentur
capitulo de ulcere in vesica Sic igitur regatur alterna-
tim cum medicinis dictis donec lapis totus expel-
latur et dolor sedetur Confert preterea ut fre-
quenter utatur medicinis solutivis lenientibus sicut
sunt cassiafistula tamarindi manna prima vel
quoniam intestina evacuant et vias urinales molli-
ficat et dilatat neque utatur hora illa farma-
cis acutis ne forte materias ad inferiora declinet
Immo utatur vomitu si fuit possibile gratia eradicationis
et diversionis Si autem per hec omnia non cessavit
Immo lapis fixus stetit in renibus ut possit tunc
narcotica donabis que sensum doloris auferat
infrigidando atque mortificando quoniam melius est
aliquod malum egris gignere quam sine eos in
morte cadere ut dicit G xi de ingenio sanitatis
et huiusmodi sunt filonium recens vel tyriaca infra
vi menses constructa vel tyriace ʒ ii opii grana
sex in potu da cum vino bibe calido Actus
preservativus est ut patiens abstineat a cibis et po-
tibus grossis viscosis sicut sunt caseus et pa-
nis azimus vinum rubeum grossum et a grossis
dulcibus ut ficus dactilli carnes porcorum extre-
ma animalium criticum pasta et frixa omnia in
oleo vel butiro sed utatur penetrativis subtilibus ut
sunt carnes laudabiles elixe et uva earum condita
cum pe. et speciebus aromaticis et vinum album cla-
rum purum vel limphatum cum aqua fontis vini
vitetur quoque coitum et post in ieiunio quoniam potest re-
nes evacuat et fortificat si fiat usu moderato
utatur purgationibus in principio veris et au-
tumpni educentibus humores grossos frigidos vel
adustos preparatus cum suis propriis digestivis ut dicetur
capitulo de passione artetica si deus voluit Verum
tamen ne sub silencio preteramus pille sublimes
arenulas et earum materiam adustam et non adustam
educentes ex renibus sic fiunt Recipe seminis eruce
silvestris milii solis saxifrage ana ... cicer ... ame-
os maratri ana ʒ i semis quattuor seminum frigidorum mundatorum
ʒ ii cassie lignee castorei capparis tamarindi
apii ana ʒ i spice ʒ i semis armel ʒ s sapini
bdellii opoponaci ana ʒ ii reubarbari boni ʒ ii dissol-
vantur gumme in vino albo claro et reliqua pulveri-
zata conficiantur cum eo et fiat pille minime ut
cicer detur ex eis sero sine cena a ʒ i usque ad
ʒ ii cum vino calido Abstineat a sompno meridi-
ano super tibiam et sompno super dorsum et strictura
cinguli plurima et equitatione superflua

et fatigatione dorsi cum tractionibus vel sustentationibus vel coitu superfluo non permittat ventrem siccari sed ipsum leniat cum suppositorio vel clisteri Non permittat etiam fleuma attenuari in viis urinalibus ymo ipsum omni die euacuet cum sirupo et puluere diuretico qui sit sic ℞ seminum quatuor calidorum que sunt radices feniculi carui[?] semi quatuor frigidorum maiorum que sunt semen endiuie lactuce scariole portulace vel ana ameos amomi carui ciminj dragmam unam sal saxifrage graminis lactuce maiorane endiuie valeriane rubee tinctorum ana fiat sirupus cum lb 1 zucari et detur in aurora omni die cum vino albo aquoso Et si vis ipsum aromatisare pone ℥ cinamomi ligni aloes foliorum cariofili cubebarum lauri ana ʒ ii terantur grosso modo et ligentur in panno lineo et suspendantur in hora sirupi decoctionis scaldate Si aut ipsum volueris acuere adde cappari capparis citri ana ʒ ii grana iuniperi cantaridarum sine alis et capitibus ana ʒ i vel fiat ex omnibus predictis seu pluribus puluis subtilis ut alcohol vel electuarium prout maxime sapuerit egrotanti vel vtatur electuariis diureticis famosis que sunt dyamisu diatrionum blanconpirum metridatum nefrantarum diacastor bibendo post ipsa aliquid vini albi clari Confert plurima in ieiuno semine amigdalas amaras vel tiriace ʒ ii cum eodem vino semel vel bis in ebdomada Cura lapidis in vesica est est ut fiat omnia supradicta in cura lapidis in renibus per ordinem cum reiteratione frequentata vicibus alternatis donec exierit cum urina Si aut omnia illa non contulerint ymo lapis in meatu virge stetit et vias opilauit et urine retentionem induxerit dolorosam tunc intrat per orificium virge aliquid ex oleis suprdictis vel mucilagio altee vel psillij vel oleum viol cum siringa donec via mollificetur et dilatetur et ponatur virga in aqua calida predicta vel embrocetur cum aqua et oleo quatuor mixtis et calefactis infundendo pecias in eis et inuoluendo virgam et summe ventris et fricetur locus in quo lapis est et ad inferiora expellatur vna vice post aliam donec egrediatur Si vero in medio virge stetit neque aliquid predictorum contulerit et locus apostemetur vel tumescat tunc incidatur virga inferius subtus et extrahatur Si vero in radice virge lapis consisterit in loco qui est principium colli vesice et urine exitum prohibuerit tunc scias quod lapis durus planus magnus non obediens ad frangendum vel educendum quare oportet ut incidatur collum vesice in loco eodem cum obliquatione virge super latus oppositum et extrahatur et postea hoc consolidetur quod si extrahi non potuerit dimittatur locus apertus per totum tempus residuum vite sue et cum necesse fuerit urinare immittatur canulla et egredietur urina et non incidatur substantia vesice quoniam est neruosa spermatica quare sequeretur dolor et prauus distractio spermosa Collum aut est carnosum musculosum sicut fistula consolidabile Et si incisionem facere volueris ut dicta quia paciens est adultus in tanquam incisione cadit timor mortis magis quam in pueris propter sensus acuitate et membrorum duritiem

Tunc fiat sibi cura blanditiua qua urina educatur omni hora cum necesse fuerit et vita conseruetur que est ut eger ponatur in balneo predicto vel fomentetur eius virga cum aqua et oleo tepidis tempore longo postea resupinetur paciens et eleuetur virga et per eius orificium intromittatur siringa ad longitudinem virge vel plus in cuius concauitate sit tecta vel filum extensum de extremo in extremum et cum descendit siringa in totam vesice et lapidem opilantem repulerit et extrahatur tenta vel filum subito et mingat paciens hora illa per siringam et postea expulsionem urine completam intrat per siringam liquor abstersiuus ut est aqua mellis se. apij se. endiuie se. feni et similium vel sicut est oximel compositum quoniam urinam prouocabit et humores viscosos qui sunt materia augmentationis lapidis abstergit et sunt qui per solam resupinationem urinam expellunt sine impositione siringe Est aut siringa canna ex auro vel argento fabricata quantitate vie virge vilis simul et eius longitudinem continens vel parum plus grossior in parte que retinetur et subtilior in parte que intromittitur per cuius concauitatem consistit de extremo in extremum virgula ferrea vel seta porcina vel filum de lana vel pilis equi repleta vel aliud simile et cetera reiteratur per dies residuos vite sue quotienscumque difficultas aduenerit urinandi Et si ante iniectionem siringe euacuetur vel cum clisteri lubrificatiuo et vnctuoso plus solito vtile reputatur **Emperica** Medicamine completum ad frangendum lapidem in renibus et vesica si per menas frangi potest et educendum cum urina sicut ℞ cineris scorpionum vitrorum adustorum in olla terrea noua sicca parte obturata lapidis iudaici lapidis spongie lapis lincis lapis renalis hominis vitri adusti lapidis lazuli lapis ematitis ossis sepie sanguinis leporis exiccati pilorum leporis adustorum cicadarum adustorum tanacorum adustorum sanguinis hirci antiqui nutriti tempore longo et herbis diureticis mactati in diebus canicularibus exiccati parte super prunas ardentes atque assi cum sale vsto sufficienti ne putrescat cicere malue saxifrage omnium ana parte semis[?] seminum diureticorum seminum quatuor frigidorum maiorum et minorum mundatorum radicum diureticarum agrimonia renbarbari quantum partem Conteratur omnia subtilissime ut alcohol et cum zucaro fiat puluis vel electuarium de quo sumat omni die in ieiuno ʒ ss vel ʒ ii vel ʒ i cum vino albo aquoso Et si descriptionem augmentare volueris adde aliquid ex quorum rerum que sunt sicut semen citruli semen sinapis semen carui se. cicere se. urtice[?] se. bugelle semen urtice se. zucce semen raphani sem dauci se. genestre radicum enule sinapi scolopendrie genciane piperis aristologie longe et rotunde salis nitri adusti granorum iuniperi granorum saxifrage cassie lignee cinnamomi rubee tinctorum Et si descriptionem adhuc magis fortificare volueris adde aliquid ex gummis calidis acutis velut est galbanum opopanacum armoniacum bdellium sagapinum similiter et ex rebus menstrua prouocantibus velut est mirra acorus asarus Et si cum istis predictis ponere volueris dyacinum fortissimum et virtutis vltimate adde cantaridarum abscisis capitibus et alis que sunt partes venenose ana ℈ i cantarides namque tanta proprietate vias urine respiciunt

ut plerumque vesicam ulcerant et ardorem efficiat in v-
rina. Auge ergo cavendum est ab ipsis. Similiter a
minera et gummis prohibitis cum adest incitus sanguinis
aut dissinteria aut fluxus menstruorum aut emorroidarum
et aut medicina iam dicta sit delectabilior sumenti
aromatisetur cum cinamomo cardamomo garioffilis spica
calamo macis croco et similibus. Et quidam addunt
ameos amomi cyperi capparis costi amigdalarum amararum
miliorum psiliorum et ceruisarum milium solis macedo-
nia lemisticum maratri xilobalsamum carpobalsamum et hiis similia. Fit
est namque cum continet omnes medicinas simplices vri-
natiuas et lapidem frangitiuas. Item expertum ad hoc
est ut accipiatur lepus vivus et extrahantur ab eo
intestina et renes et cum pilis et sanguine et car-
ne sicut est ponatur in olla terrea noua vitreata
et fundatur super ipsum sanguis hirci non castrati donec
totus fuit coopertus et obstruetur os olle diligenter cum
terra sigillata et ponatur ad ignem tempore donec totum ag-
gregatum in cinerem convertatur uel rem adusta tunc
extrahatur et pulverizetur ut alcohol et detur
de hoc pulvere omni die ʒ i uel ii cum vino diureti-
co. Item liquor qui potatur ad idem sit sic ℞
miliorum psiliorum et ceruisarum mundatorum amigdalarum
amararum mundatarum ana terantur et imbibantur
cum aqua calida dulci uel vino diuretico et exprimatur
lac ex hoc mixto quod potetur in ieiunio. Ad idem confert
aqua distillationis saxifrage milii solis foliorum
seminis apii senationis petrosilini tribuli marini
camepitheos rute agrestis cinamomi vitis albe car-
di radicum rubi torti radicum genestre capil-
ve petro macedonici ? mis pentafilon stolopen-
drie camarisci acori asari squinanti lupuli eu-
patorii endiuie lactuce sileismon pulegii ysso-
pi feni emuli radicum quinque generum omnium ana ʒ i si
retenta ponatur in alembico et distillentur. Sic
fit aqua rosacea de qua bibat patiens omni die ali-
quid in ieiunio et cum ipso inungat renes et vesicam
atque virgam totam. Si uero res omnes hic non possunt
retentes virigra ut hieme tunc infundantur res iste
per diem et noctem uel amplius in vino albo claro
postea distillentur sicut prius. Hic namque liquor vri-
nam provocat potenter sua virtute subtiliat are-
nulas dissipat vias elargat et renes purgat.
Oleum de scorpionibus quod inunctum super renes et ve-
sicam inunctum et per siringam lapidem frangit et expel-
lit. Sic fit secundum Johannem Mesue in suo anti-
dotario. Item scorpiones xx vno plus uel minus iuxta
ipsorum quantitatem pone in vase vitreo et funde super eos
olei amigdalarum amararum libras ii et stringe caput vasis
et dimitte in sole diebus xxx tunc cola et utere. Alius
modus eius secundum ipsum est ℞ aristologie ro-
tunde gentiane cyperi capparis ana ʒ i funde super ipsa
olei amigdalarum amararum libram i et dimittatur in sole
diebus xx. Deinde pone super ea scorpiones a x
usque ad xv iuxta quantitatem ipsorum et item stringe ori-
ficium et pone in sole diebus xx. Deinde cola et
repone. Est enim mirabile si de ipso patiens inun-
gatur per quam cum ingreditur et de ipso iniciatur
aliquid per siringam. Oleum aut de amigdalis amaris
ad idem conferens sic fit ℞ amigdalarum amararum
mundatarum ab utroque cortice quantum vis terantur
contritione vltima et fiat pasta ex eis et dimitte

in loca calida per quinque horas. Tunc item tere et pone
in torcular et exprime et manebit oleum. Si aut
in vase duplici decoxeris sicut per hoc spatium et
deinde expresseris in torculari magis habundabit.
Aut amigdalas contritas sacculis impleueris et sub
cinere calido aut arena calida inter pannos se-
pellieris et postea expresseris habundabit. Est namque
hoc oleum apertiuum opilationum carminatiuum ventosi-
tatum lenitiuum asperitatum mollificatiuum duritierum
sedatiuum doloris et plurimum confert dolori aurium atque
surditati et tinnitui si de ipso fundatur in aures
et eodem modo fit oleum de amigdalis dulcibus sed non est
tam conferens in hoc casu. Est tamen magis lenitiuum
et humectatiuum propter siccitatem duarum asperarum quare
confert raucedini et tussi et ptisi. **Canon** Non
est conveniens ut negligatur cura doloris renum et
vesice etiam cum anodinis uel stupefactiuis et si
non aliud quam per mensem vini prohibitum egrum ad ethi-
cam cum assiduatione doloris et quoque vincat ve-
sicam et induat vrine ardorem et forte si dolor
vltimetur perimit. Item provocatio emorroidarum uel men-
strua in corpore consueto confert quoniam materias gros-
sas adustas et non adustas evacuat et diuidit unde
ypo vi particula amforismorum aslitis et nefreticis
emorroide innate bonum. **Pronosticatio**
Si lapis in renibus uel poris stetit et vrinam pro-
hibuerit et dolorem fortem induxerit neque per se neque
per artem exierit mortale. Item lapis calculus
et arena in renibus et vesica similiter et vlcera
in ipsis raro perfecte curantur et maxime si fuerit antiqua
quod quidem contingit propter materie grossitiem uel adhesi-
onem viarum angustationem et membrorum profunditatem
et si corpus fuerit senex minus curatur propter caloris
fortitudinem et virtutis defectum. Unde ypo vi parti-
cula amforismorum nefretica et circa vesicam dole-
tes laboriose sanantur in senibus et intellige
senes omnes qui sunt ultra quadraginta annos.

**Capitulum quintum de dya-
bete sive dyarria vrine etc.**

Dyabetes est multiplicatio vrine super-
flua ex renum caliditate proveniens cum
nocumento virtutis attractive atque digestive
que in eis propter quod ab antiquis nuncupata est
dyarria vrine. Signa eius sunt sitis fortis
assidua quam post potum aque uel alterius liquoris
fit illico emissio plurima replens vrinale atque
exsiccatur os et labia propter potum hora aliqua et
est vrina alba subtilis sicut aqua propter simplicitatem
eius atque cruditatem et extenuatur cum ea corpus
de die in die. **Methodus** Cura eius est
infrigidatio renum posse et debilitatio virtutis attrac-
tive in eis quod fit cum emplastro ex rosis terra sigillata
sanguine draconis sandalis psilio pistatis et conquassatis
cum aceto et aqua rosacea infundendo pecias in ipsis
et actu frigidis ponendo super loca renum uel
cum emplastro facto ex summitatibus rubi et vitis albe
et foliis solatri uel spumie et plantaginis
coctis in aqua et aceto et pistatis et incorporatis
cum farina ordei uel cum vnguento quod sic ℞ po-
puleon olei rosacei olei violacei olei nenufari ana partes
equales mucillaginis psillii per ii tere quod
sufficiat et si vis fortificare magis adde dragaganti

carabe gu arab aqua ro z camphora z cu
eo inungatur pectus et spina tota si corpus
plim extenuatur qm marasmu phibet uel
tardat sit in aere frio humido omi hora et in
grediatur aqua frigida ter in die usqz ad umbi
culu si corpus sit carnosu aliquali et dor
miat resupinus sup tra ul lecto strato ros viol
salicibus ex herbis frigidis Utatur trocisc de al
kekengi dictis ibide qm sanguine muco sedant
calores reprimunt attractiva diminuit z sitim
extinguunt fiat omia dicta ca° de siti et que
dicentur ca° de macie reni Vitet omia diu
retica atqz urinativa z coitu omio z uta lem
tivis donec mc diutat sicut sut pulmenta ordei
uel farris ul avene condita cu amilo pein
dys amigdal dulcibus z zucco Utatur et sti
pticis alienati sicut sut lentes caules carnes
asse uel elixe cu mirtillis z suach codite cu
succo berber uel granatoru uel agresta Utat
et cibis plim nutrientibus sicut sunt testiculi
gallorum nondum coeuntium vitelli ovor rece
cu extrema porcellor Utat in alteratibus sic
sut cancri fluviales pisces petrosi lac recens
ustulatu bibat aqua ordei uel se prunor da
mascenu uel vinu cub pontitu limphatu cu
aqua pluviali Sumat omi die in ieiunio de
ess mirtina R rosate novelle dyarodon abbat
zucca ro zucca viol cassiendali an p 1 dyaz ps
gra deiectionis **Emperica** Communit ope
rantes faciut laminaz plumbeaz latam subti
lem valde spissam pforatam sicut cribru qua
patiens defert sup renes firmata cu fascia
tempore omi **Pronosticatio** Sbelutad
in cura huius passionis statim a principio
qr si pduxerit calorem inflamat humiditates
substantificas exiccat z se ethicam inducit
Item si dyabetes supvenit in se ethica acuta
uel no acuta post signa digestionis in die
cretica nullatenus restringat ymmo fortifice
cu aqua acer uel pisar si na pigtavit qm
creticus e et nalis Si uo ante signa dige
stionis et die no cretica et cu debilitatione
virtutis assidua z corpis arefactione restingat
qm sinthom est et corpis colliquatoz sit et ppe
si supficies urine apparuerit oleaginea

Capitulum xxiiii de macie renum

Macies renu est consumptio adipis sta
tis circa renes cu exsiccatione humiditatis
substantifice que e in eis stat naqz pin
guedo queda condensata circa renu pte concava
quemadmodu et circa vasem cordis no statte ge
nerata sicut in alys membris nri corporis s
industria nre regulantes totu corpus fabricata
gra defensandi ipa a marasmo qm ad eor
arefactoz sequit arefactio totius fit aut
ppe coitu supfluu aut siccitate dominatez in
ipis aut ppe fame et puatione nutrimenti Signa
eius qma sunt paucitas desidery coytus uel
impotentia ad illud Et si appetitus fuerit ali
quali lacessitus et multitudo urine cu albedie
ipius z unctuositate et extenuatio corpis plus
solito z sitis assidua et dolor in dorso no fortis

qm renu subä non sentit Est go no dolor ppe sed
virtutis defectio ptis euisdem sicut ppe exitud uel
laborez Si aut fuit ppe coitu uel fame supflua
patet ex relatione patientis Si ppe mala comple
xione siccam innata uel influxam patebit ex pluatoe
causar pmitivar iam dictar **Methodus**
Cura eius ex quatuor causis accidit eadem
est scz ut hecatur retento ad impinguationem renu
et corpis totius qd fit ex esu multu z subito in
finetis sicut sunt pisces petrosi recentes z ppe
assi z uva carnis laudabiliu inspissata cu vi
tellis ovor codita cu cinamo cardamo liquiri
z croco z pultes ex simila condite cu amilo pe
nidys lacte recen capre ul lacte amigd dulcia
et sicut sunt ovor sorbilia testiculi gallor ul
edorum z arietum avellane ficus sicce pinges
fistice acute dactili z vinu cub dulce z lac
calidum ex mamillis mixtu cu zucco z mica
simile Et sicut balneu aque dulcis tepide py
cibum p ii hoas sine mora in ipo Et cu exire
voluit ungatur corpus totu ex oleo ro ul viol
et neufari et post unctioz spgatur aqua frida
sup ipsum qm caloz nalem adiuvat et tunc
dormiat sup lecto molli in ae frio humido uel te
perato et si fuit aqua decoctionis malvar viol
salic ppi magis confert Utat sompno longo
pg ipm otio gaudio z quiete abstineat a co
itu si posse. stoma solutione ventris quia ubi
indigentia no oz laborare Similit et a provocatibus
urina et ppe diureticis qm adducit in exiccatione
vehementer Sinapi uel aceto non utatur neqz
acrimibus nisi forte gra provocationis appetitus Utat
multiplicatibus spma sicut est dyasatiron dyadra
gantu et omia que dicemus ca° de diminutione
coytus Ungantur renes et spina tota et pectus
cu ungento qd sic R oli ro oli viol an ʒ 1 butiri
recentis sine sale ʒ iii adipis renu edoru et arietu
an ʒ ii cere ʒ 1 dissolvat omia in cazola et cole
tur et reservetur vel cu ungeto tali si aliud psto
non sit R ungti ʒ 1 populeon dialtee an ʒ ii mu
cillaginis psilly butiri an ʒ ii misceant Et si
volueris magis resiste calefactioni adde campho
re ʒ 1 **Emperica** Cura huius egritudinis
tribus psistit intentionibus pma in extinctione caloris
assantis Scda in alteratione siccitatis marasmatis
Tertia in multiplicatione spmatis renes confortatis
pma collit ex ca° de ptisi et ca° de fe ethica 2a de
debilitate sto paragrafo de mala compositione si
ca et ca° de dyabete 3a uo ex ca° de diminutione
coytus Item sciendum qr scripta in ca° de spasmo
et ppe de inanitione scripta ca° de ptisi et ca° de de
bilitate stomachi sicca et ca° de diutie renum
et ca° de fe ethica simul aggregent intengibit
psistim regime humectationis z impinguationis
put est si psle p artem qm sicca humectare de nro
difficillimor est ppe humiditate activa **Canon**
Het passio fortibus indiget medicinis atqz penetra
tibus et adherentibus qm facilius est humidu extinue
qm sicca humectare ut dicit septimo de ingenio
sanitatis z ca° z ppe ubi siccitas stat cum cali
ditate qm tunc dupliti opus est intentione siccit
tas naqz est smea caloris. calor aut e fornax

sitiitatis ut dicitur ibidem **Pronosticatio**
Sollicitandum in cura huius passionis statim
a principio quod si antiquetur et confirmetur non
curatur ymmo perducit corpus ad tabem et ad fe-
brem ethicam et demum ad mortem

Capitulum vi de opilatione et duritie renum

Fit autem propter fla[gma] grossum viscosum **Hus**
adherens renibus et poris urinalibus aut
propter apostema consistens[?] l sclirosim Signa eius
propter flegma grossum vel micaz vel compositum ex
hiis sunt paucitas urine amplior debito vel soli-
to cum albedine et subtilitate ipsius et dolor gravativus
in spondilibus dorsi circa locum renum et si ista passio
prolongetur incipit renum inflamari et urina magis
ac magis retineri et sequitur ydropisis asclites
Signa eius propter apostema scliroticum sive antecessio
apostematis in renibus cum signis predictis postquam dum an-
tiquatum fuerat non sequebatur resolutio et dolo-
ris gravativi cessatio neque sanici visio in urina
ymmo remansit gravitas in altatum[?] et cum hoc mino-
ratur urina et venter inflatur **Methodus** Cura
eius propter flegma grossum vel micaz vel grossum ex
ipsis est ut digeratur materia et educatur sicut dicemus
capitulo de arteticia pagraco de causa frigida Confert
adhoc etiam plurimum pille dicte capitulo de lapide in reni-
bus pagraco de actius preservativo que educunt
materias grossas et frangunt lapidem Confert etiam
per digestivo oximel compositum vel sirupus acetosus
compositus datus cum aqua decoctionis seminum diure-
ticorum post purgationes aliquot valent plurime et sirupi
diuretici dicti capitulo de calculo in renibus et vesica
et plura dicemus capitulo de stranguria et dissinteria vel
utatur dyamirro[?] dyacasiore[?] nefrico cataraco et similibus
fiat emplastrum suprarenes et malua bismalua
et similibus dictis capitulo de macie renum Et si ipsum
magis fortificare volueris in mollificando et pene-
trando adde medulle cruris vituli vel cervi et cham[?]
et aliquid aceti acutissimi Cura eius propter apostema
scliroticum licet sit difficilis est ut sumat omni die
bis hora maioris maturationis scilicet de sirupo molli-
ficativo vel resolutivo sicut est oximel compositum
datum cum aqua decoctionis ordei et mellis vel
seminis maluavisci et mellis et hic est melior
purgetur virtutibus alteratis paratur post paru[m] cum bene-
dicta laxativa vel cum oximelle acuato cum ʒ ij re-
ubarbari bonum [et] in unguentis et emplastris fiat sicut
prius **Emperica** Electuarium bonum mollifi-
cativum leniticum resolutivum et urinativum sic fit
℞ pinearum mundatarum avellanarum citri liquiritie
peonidiorum amili dragaganti seminis altee seminis lini
seminis malue capilli veneris ana ʒ ß mane tama-
rindorum ana ʒ j saxifrage milii[?] semel macedo-
nici enule ana ʒ iij seminis apii seminis feniculi seminis ana seminis
petrosilini seminis ameos ambi ana ʒ ij lapidis spongie
lapidis iudaici cicadarum sanguinis hirci antiquis-
simi armoniaci saponi[?] opoponaci bdellii ana ʒ j reu-
barbari optimi ʒ ß zucari vel mellis quod sufficit
Et si vis aromatisare adde ʒ ʒ gariofili cinamomi
cardamomi calami aromatici ana ʒ ij detur ex ipso mane
et sero ʒ j cum vino albo aquoso in causa flati-
ca vel militia seu cum aqua decoctionis seminis
altee et mellis in sclirosi **Canon** Non sis in

usu diureticorum vel resolutivorum sed virtutibus alte-
ratis misce mollificativa ita ut mollifi-
cativa excedant in proportione septupla alia vel dup-
la quod securius est quoniam in timore lapidificationis
raro contingit excedere in mollificando ut plurimum ubi
resolvendo **Pronosticatio** Opilatio re-
num curationis est facilis antiquata vero que
durities dicitur difficilis Scliroticatio autem diffi-
cilis est curationis et impossibilis propter eius inobedien-
tiam et membri profunditatem et viarum longitu-
dine[m] incessam[?] Item opilatio renum inducit pri-
mo stranguriam 2o dissinteriam 3o ydropisim
precipue cum eius causa removeri non potest

Capitulum vii de apostematibus renum

Apostematur renes sicut et alia membra
ex congestione humorum peccantium in quan-
to et quali in renibus et alterius ipsorum
vel ex decursu illorum per ipsas Et fit ex omni
genere quatuor humorum ut plurimum tamen ex commix-
tione flatus cum eo cum dominio flatus Signa
eius sunt febris continua punctiva et cum horripilatione
non tamen porisma[?] et sensatio doloris gravativi
in altatum quasi sit aliquid in eo suspensum
cum percipitur eger ut iaceat supinus et imo-
ratio urine omni die et si apostema sit magnum su-
premat stranguria et surgit circa epar
propter urine regurgitationem Et scias quod licet ad
quodlibet apostema membrorum interiorum sequatur febris
continua propter continuam transpirationem fumorum capitulo mo-
rum adeat[?] ipsum inflamatum acutum si membrum
propinquum fuit ut pulmo pleura stomachus
epar et splen sit febris continua acuta Si vero re-
motum fuit ut renes surget febris continua punctiva
ta i non acuta nisi forte membrum fuit nervo-
sum sensitivum ut vesica et matrix vel principale
et nobile ut cerebrum et testiculi vel materia calida
acuta tunc namque fiet febris inflamationis intense
Methodus In principio huius passionis
fiat flobotomia [?] de basilica pedis eiusdem
partis deinde ex basilica brachii dextri et si corpus
fuit sanguineum et virtus aptans extrahatur sanguis
plurimum ut diversio pertingat ad renes post flobotomiam
fiat emplastrum repercussivum ex ro[sis] sandal[is] semina
psilii[?] extremitatibus rubi et vitis albe coctis et pista-
tis et incorporatis cum farina ordei et plantaginis
ponendo tepidum super locum Et addatur aliquid
aceti fortissimi propter penetrationem Epithime cum
sandalis ro[sis] bolo ar[meno] terra sigillata infusis in a-
qua rosarum et aceto vel succis herbarum predictarum Nu-
triatur hora illa tunc cum melone citrullis fa-
rina ordei vel avene coctis et conditis cum
lacte amigdalarum dulcium et aceto bibat aquam
ordei vel prunorum citrorum vel seminum frigidorum
Sumat in aurora sirupum rosarum vel de nenufare
cum eisdem aquis et sic regatur donec apostema
evitet si fuit possibile In augmento vero quod est
post dies quatuor addat in emplastro aliquid
ex anodinis resolventibus reliquias fluxas
que sunt flores camomille mellilotum se[mina] lini fari-
na fenugreci aneti et similia et si videris in
eis effectum fortifica ipsa usus statum et ad-
huc plus in declinatione donec perfecte liberetur

Si uo no videris in repussiuis pfettu usqz ad diem vij vel viij pmo tuc se attuit et dolor quia sanies gnatur Tunc mutpe alia turaz sczt digstiua et maturatiua p interius et exterius ffiat igitur emplm ex maluia altea semine lini farina semi et similibus tortis et incorporatis cu olo anetino et camomillino et si vis ipm fortificare adde axungia recente porci ul butiru uel adipem anseris anet et galline et si uis magis fortificare in maturado et sanie gnando adde amigd amaras dragantum gu arabie seme nasturcii qm sanies gnatur ex quolibet p adustioz sicut cimis et stercoris vidibus ut dt G in gto illius anfoisim pte ita generacionez saniei Et plura maturatiua diximus cao de apostemate stomachi paragrafo de methodo et si times se inflamatoz pone in emplo farinaz ordei et tritici bibat hora illa aquam decoccionis ordei et semis ordei altee et semis malue et endiuie et se lini qm matuat et lenit et no diminutatur vent restringi si lenit cu clisteri lenitiuo dicto cao de bolismo et cao de frenesi purge quqz cu mena lenitiua no acuta sicut est cassiafistula tamarindi manna dissoluedo ex aliquo ipor ʒ j ul ij in aqua decoctionis talia lactuce pruno et similiu et pt addi zucm viol uel syrupi viol Si aut vis acuere medicina adde reubarb bom ʒ j in pulue ul purget cu ʒ s bnditte laxatiue ul yerapigre G dando in sero cu aqua calida et sic regatur donec ad statum et maturatoz saniei pfectum quod cognosces quia se lentescit et supremunt rigores et remanet grauitas in dorso Tunc fiat ruptura p artem si p se no euenit neqz sanies in urina visa fuerit Conquassetur ergo corpus infirmi et tractetur alcatim manibus compmendo et si non suffitit erigat et precipitat ut saltet Cumqz visa fuit sanies dentur pmo ruptura lauatiua in pota sicut e aqua decoctionis mellis et semis appi vel oximel ergo post dies uo duos a ruptura dentur vicissim consolidatiua sicut sut trotisci de carabe ul de alkakengi dicti cao de inicu sn et saniei vtatur hora illa lacte calido et amimillo mixto cu melle et sucro Confortetur hora illa cu carnibus laudabilibus condictis cum sinapi et melle et pulte ex amilo et pernidijs et farina simile codito cu lacte amigdalarum amararum qm ista omnia confortat et mundificat vlcus Bibat ydromel ul vinu album lumphatu cu ydromelle In fine uo fiat empla consolidatiua dicta cao eod vel emplm quod fit Ex thuris mastitis mirre boli ar gu arab dragagati san dra gallarum cipressi mirtillorum an ʒ s oli mastitini ul mirtini et cere quod sufficiat terant gume ut alcohol et dissoluantur in olo et cera ad ignem in cazola et fiat cerotu uel vngetu Et scias qz vngetu magis penetrat ppt subtilitatem sue sbe Si aut a principio dicta non contulerint et gnitas de die in diem augmetata fuit et urine difficultas sine se ul modica tuc apa tendit ad sclirosim que quae tuc precedat ut diximus cao de opilacoe et duritie renu

Canon Hot apa sic et quodcuqz aliud et aut pmittat ad locu aliud nobilem magis aut ignobilem aut stat et sistit aut terminat ad resolutoz et est salubre aut ad sanositate et est difficile aut ad sclirosi et est mortale Ex quo hoc trahitur canon utilis in oppositoe uel in ope sczt quia pz usum repussiuoz p dies quatuor dz medicus pmo hre intetom ad resoluendum et si non pficit in eis usqz ad dies vij uel circa id tuc sit conatus ad maturad et si non pficit p illud usqz ad dies .x. l^ta uel circa precedat desperatus ad mollificatiuam Item apa renu matricis et ani sequitur stranguria ppt vesice compatoz sed hic stranguria curari non pt medicus circa vesicam adhibita qm ibidem non est eius conuenies Vn ypo 7 pticula anforismoz In ano flones pati et matrice flonez habite stranguria superuenit et in epate flone habite singultus superuet et in renibus habitibus sanie stranguria superuenit

Pronosticacio apa renu si terminet ad resolutom salubre si ad dubellati et rupturaz timorosam ppt morbi longitudine doloris et se intensiom et vlceris difficilem consolidatoz urine infsite pt fluctus predicte Vnde ypo vj ptla anforismoz Nefretici et circa dolentes laboriose dolentes sanatur in senibus si aut terminet ad lapidificatoz mortale Item si ad apa renu sequatur tumor ventris magnus ydropisim innatur pnicosam sicut est ydropisis que fit ppt apa duru epatis ul splenis Item si in apate renu superuenit fluxus emorrod uel menstruoz in corpore consueto p se uel p artem salubre et ppe si sit cu alleuiatoe se et doloris Vnde ypo ibidem militis et nefretitis emorroide innate bonu Est em nefresis nomen gnale ad omez renu passionem sicut nefreticiaz est nomen gne ad medela omez passionu in renibus quam innuimus

Incipit Tractatus septimus de passionibus vesice cuius sut vj ca

Vesice passiones sunt sex in gne pma scabies siue ulcus 2a ardor urine 3a stranguria 4ta dissuria 5ta exitus urine insensibilis 6ta apa Nam de lapide et arena in vesica diximus vbi de renibus loquebam Cu at dico uesica intelligo eius duas cauitas ex quibus 9 et collu ipius qz in viro uirga dicit et in femella collu matricis modo in pueris Nam in masculo collu vesice est via pncipalis Virga aute spmatica a testiculis ascendentia cu mediu virge lateralit cu ipo concurrit vnu a dextris aliud a sinistris In femellis uo collu vesice e equitas colli matricis et in media uia defrices descendit in collu matricis ita ut aput vulua unica uia efficiat

Cam pmu de scabie in vesica et ulce

Scabies in vesica uel uirga et uirga fit ex ulcere uel ulcus aut fit aut pz apa sanosum eruptum et de apa diximus cao de apate in vesica et uga aut ppt mas calidas uitrosas corrodentes ptes quas diu supsisse ut uel moratur sicut est fla salsum et co Signa eius sunt qm si sint iste passiones in vesica sentit

cta sume et pertine cu extenuatione corporis totius et egreditur sanies mixta aliquam cu vrina sic non adeo pfecte sicut apud vlcus in renibus de quo diximus tractatu de mictu sanguinis et saniei quanto quanto via longior fuit tanto res victure melius commiscentur et inest ei fetor et si antiquetur egreditur cum vrina et sanie squame subtiles albe uel cortices parui similes furfuribus Vn ypocras 4ta particula anforismorum Quibus vrina ut pinguis existente furfurea mingitur hys uesica scabit et statim post Si sanguine aut plus mingit et squamas et odor grauis fit vesice vlceratos sit Si aut fuerint predicte passiones in collo uesice sentit eger dolorem in radice uel medio ul capite virge ul aput labia vulue uel circa id quod mingit et vrina labitur sup ulcus et egreditur sanies cum vrina Et scias quod dolor est fortior in vlceribus vesice et colli eius quam in vlceribus renum et pororum uiritides propter istorum membrorum maiorem sensatorum **Methodus** Cura amborum est eadem pficitur aut duabus intencionibus Vna in curacione morbi que est ulceris mundificatio et post hoc consolidatio alia in curatione accidentis que est doloris et ardoris vrine mitigatio Cura morbi est ut a principio digeratur materia acute cu syrupo de fumo terre et post hoc euacuetur put dicemus tractatu de scabie et pruritu corporis libro 2o si deus voluerit post hoc procedatur ad remedia localia Bibat igitur paciens omni die in aurora 2 iii ul circa id de potu lenitiuo sicut est aqua decoctionis ordei seminis altee seminis malue liquiricie bis colatum et si uis adde et vrmatiuis lenibus adde semina communia frigida maiora ul minora Vel sumat eadem hora aliquid ex cibis lenibus sicut sunt iura galliarum pinguia et pultes ex amilo penidiis farina simile conditi cu lacte amigdalarum dulcium uel cum oleo earum Post ista uero per duas horas intret balneum leue sicut est aqua decoctionis malue altee viole ppli salicis atriplicis mercurialis branche vrsine vngule caballine fiele et mingat in balneo quod ulcus mundificat cu leuitate et ex eisdem rebus fiat emplastrum cu oleo camomillino quod tepidum ponatur sup sumen et ungatur post exitum a balneo et inungatur cu dyaltea et populeon mixtis Postquam hec fectis p dies aliquos erit ad mundificatiua fortiora procedendum bibat igitur paciens hora predicta ydromel cu vino albo subtili uel aqua decoctionis ficuum siccarum pinguium et fortius illo est oximel compositum si non timueris ampliationem vlceris Debilius aut illo est lac capre uel asine si bibat calidum ex mamillis postquam extinctus fuit in eo lapis ul calibs ignitus 3bus vicibus addito post hoc aliquantulo mellis ul zucari et simile huic est vinum album subtile lymphatum cu aqua decoctionis ordei et seminum frigidorum Deinde gradatim procedendo ad localia proxima Incipiat ergo cum syringa primo ydromel purum uel lac muliebre uel lac asine uel capre uel aqua decoctionis seminum endiuie sem. altee se lactuce se malue uel aqua decoctionis ciceris et pisarum quoniam omnia ista saniem abstergunt et cum eger minxerit iniciatur illico cum syringa vinum ex trociscis uel de alkekengi dictis tractatu de mictu sanguinis et saniei dissolutus in aliquo liquorum eorundem quod mundificat mitigat et consolidat et cu minxerit alteratur cum lauatiua Deinde in sine iniciatur consoli-

datiua fortiora sicut sunt trocisci de karabe dicti ibidem dissoluti cum eisdem et sumat istos trociscos cu eisdem liquoribus p superius in aurora conferunt uel iniciatur collirium album Rasis in suo antidotario cum latte quicquid quum dolor est vehemens cu aqua uero mellis et sicut cum est sordicies plurima in vesica quod fit secundum Rasis am 31 fiat suffumigium forme sicut auellane cu mucillagine seminis altee ul psillii uel seminis citoniorum uel latte asine seu mulieris et instillato eo mixti cu populeon et precipue si dolor sit parte colli anteriori **Experimenta** Coitus vsu moderato factus et precipue in ieiunio confert vias mundificando inmoderatus aut et inordinatus nocet magis atrahendo et membra debilitando Nocet vsus acuminum sicut sunt sal et cepe allea sinapis et acetum Nocet etiam diuretica acuta sicut est semen apii brusci sparagi Confert in principio cibi lenitiui ut pultes ex amilo uel farina ordei uel auene similiter et mene leues ut tamarindi cassiafistula viola prima In fine uero glutinosa si epar non impediat ut est caro porcorum recens sine sale uel modico extrema animalium et pulmentum ex risi uel tritico coctum cu butiro uel adipe renum caprarum Confert preterea vngenta maturatiua linita extrinsecus sup locum et precipue si ulcus sit in virga sicut sunt vngentum album et vngentum fuscum nicolai et precipue in declinatione morbi Vtatur sepe in ieiunio et in mutua R dyadragagantum zucari co rosate nouelle dyarodon abbatis cum parte vna dyan p s **Canon** Licet in ulceribus vesice et renum conferat medicine exhibite p superius et inferius p intus et extrinsecus tam lenitiue quam consolidatiue Nulli tamen dubium medicinas tanto melius operari quanto vicinius attessierint ad particulam lesam et ideo in passionibus renum magis conferunt exhibita p superius et p intus in passionibus uero vesice econuerso **Pronosticatio** Iste passiones si durent vsque senium curantur et precipue in senibus Vn ypo vi particula anforismorum Nefretici et circa vesicam dolentes laboriose sanatur in senibus et intellige p senes 3am et quartam etatem quoniam vesica cum sit membrum spermaticum frigidum natura magis fiet frigidum p etatem vlceribus aut frigidis est modicorum Vnde ypo dicit 7ma particula anforismorum Ad hoc facit etiam vrine difficultas assidue corrodentis Item si in scabie vesice cortices grosse exierint cu fetore vrine plurimo difficile curatur Sic igitur tale signum in vlceribus intestinorum minatur quia eger ex eo moritur ita in ulcere vesice consistat quia post ergo commoritur Vnde ypo 6ta particula afforismorum Si a dissinteria habito ut intestinorum carnes egerantur mortale et hoc fit precipue dissinteriam esse morbum velocem Item ulcus vesice penetrans mortale Vn ypo vi particula afforismorum Vesica incisam aut cerebrum aut cor aut dyafragma aut epar aut renes aut intestinorum aliquod gracilium aut stomachum mortale et hoc verum ut in pluribus et precipue in substancia vesice non collo eius Item vrina ethicorum et vrina scabiencium in vesica sunt similes in vnctuositate superficiei et continentis squamis caue ergo ne decipiaris ut dicit ypo 2o pronosticorum Distingue ergo per fetorem et dolorem que non sunt in febre ethica et

Cam Secundum de ardore vrine.

Ardor vrine est mordificatio partis vlterose
a re nitrosa proueniente currente super ipsam
simul cum vrina. siue sit uesica siue col-
lum eius siue caput virge siue volua siue re-
nes et pori eius propter quam sentit dolor acutus in
parte eadem et precipue in fine exitus vrine efficit aut
ab humore acuto ut sunt flegma salsum et colera aut a
sanie. Et scias quod istud accidens stare potest cum morbis
diuersis. vbi quidem cum vlcere in renibus. cum scabie in
vesica cum vlcere in virga cum stranguria propter quod eius
singulis earundem passionum talis sublimiter suffragatur
Signa eius patent ex relatione patientis cum an-
tecessione signorum morborum predictorum et sensatione
doloris in loco leso **Methodus** Cura eius
duabus intentionibus perficitur vna cura morbi
cuius est morbi accidens. alia cura sui quam dice-
mus. Dirigatur igitur a principio humor acutus
cum syrupo de fumo terre. et purgetur post hec cum
pillulis similibus sicut diximus capitulo de pruritu cor-
poris 20. Demum procedatur ad localia prima quare in-
grediatur ciffer tinam cum patitur aque dulcis te-
pide. uel aque decoctionis malue altee populi
salicis seminis lini psillii et omnium infrascriptorum et
humectantium cum lenitate. et ante balneum uel in
balneo sumat vinum ex tronsiscis vrinatiuis lenitiuis
sicut sunt trocisci de alkekengi dicti capitulo de mictu
sanguinis et sumat cum syrupo viol ℥ j et aqua
fria ℥ ij uel cum vino albo aquoso. uel cum aqua
decoctionis seminum quatuor frigidorum maiorum mundatorum
uel sumat in aurora et ante cenam vinum ex
trocistis de seminibus frigidis qui fit ℞ quatuor seminum
frigidorum maiorum que sunt semina melonis citruli cu-
curbite mundatorum seminum quatuor frigidorum minorum que sunt
semina lactuce portulace endiuie scariole ana ℨ j seminis
iusquiami semen altee semen papaueris semen plantaginis ana
℈ j semen apii ℨ ij amigdalarum dulcium excorticatarum dra-
gaganti amili succi liquiricie boli armeni cicatrice ana ℨ iii
incorporentur cum mucillagine psillii et detur cum
eisdem liquoribus uel cum aqua ordei. uel cum aqua
decoctionis prunorum damascenorum et viol uel cum
iure pullorum et agnorum pinguium quia sanie lenit
abstergendo et cum vrina educendo causam doloris
remouet accidentem Nutriatur ex carnibus laudabilibus
et iuribus earum conditis cum lacte amigdalarum dul-
cium et precipue agnorum annalium porcorum iuuenum pul-
lorum et edorum coctis cum cucurbita malua bleti
et portulaca et fructibus vtatur recens perfectis sicut
sunt ceresis maturis prunis et pomis dulcibus a-
quosis si stomachus non prohibeat Bibat iulep et
ydromel aquosum uel aqua ordei. uel vinum
album aquosum limphatum cum aqua decoctionis se-
minum quatuor frigidorum maiorum mundatorum et cum eisdem
liquoribus sumat omni die in aurora de syrupo viol
uel rosarum uel neufaris. si dolor supplicat decerunt
cum medicatur hic paciens bonum videtur ut absti-
neat ab omni potu possibile per v uel vj dies ita ut
desiccet vrina quoniam dum supfluit vlcus elargat
et medicinas si non permittit in suo loco Et si potus
sit ei necessarius aut precipue sitim tollerabile aut propter
famei absorptionem morditatis vlcus vehementer
abstineat prosse a ciminibus ut sunt acetum agre-
sta berberis pira pontica malua anstia, similiter

et ab acutis ut sunt piper sinapis sal allia cepe nastur-
cium petrosilinum apium vinum vetus amarum purum nisi forte
causa digestionis stomachi uel appetitus, datur quidem co-
itus sed raro quoniam sperma vias lenit et purgat, si vero
frequentetur materias attrahit et in partibus suis angustias
inducit Consequenter remedia ad localia proxima sinonga
ergo caput virge cum lacte mulierum calido cum mu-
cillagine. uel lacte papaueris. uel mucillagine psillii et se-
citoniorum. uel oleo ro. uel oleo viol uel populeon disso-
luto in aliquo ipsorum, et instilletur ex eisdem aliquid
in volua et caput virge si sit ibi dolor et si non
sufficit iniciatur cum siringa collirium album dictum capitulo de
scabie in vesica. uel trociscus vrinis et predictis disso-
lutus cum lacte mulieris uel cum lacte papaueris. si do-
lor est fortis, uel cum aqua mellis similiter intendis
absorptionem. et si talis aqua mittetur siringa circa
loca uesice et virge et postea eius inuncturas illico predi-
cta anodina iniecerent melior fuit operatio In fine
uero doloris et mundificationis initiant consolidatiua
dicta capitulo de scabie in vesica si necesse videatur.

Emperica Collirium sublime quod mittitur cum siri-
nga ad ardorem vrine mitigandum sic fit ℞ semen
papaueris albi ℨ iii pistetur et exprimatur eius humidum
per modum olei, deinde misceantur cum ipsis olei ℨ j opii
boni ℨ j et calefiant ad ignem continuo miscendo cum
spatula deinde colentur per pannum densum fortiter exp-
rimendo sicut in torcular et reponetur Et si uis for-
tificare adde olei neufaris ℨ s populeon ℨ ij mucillagi-
nis psillii quantum volueris Item ad idem confert oleum
factum de seminibus papaueris recentis exprimendo ea cum tor-
culari sicut fit oleum de nucibus et semine lini ad
idem confert lac factum ex seminibus quatuor frigidis pista-
tis in mortario et distemperatis cum aqua frigida
et colatis Confectio syrupi nobilis ad idem sic fit
℞ adyanti ℨ viij pollitrici capilli veneris scolopendrie
foliorum lactuce endiuie linguae bouine borraginis
violarum ana ℨ iiij mirtillorum liquiricie ana ℨ j pistentur
grosso modo et bulliantur in libris iij aque decoctionis
et libris ij vini albi aquosi donec libre ij consumantur tunc
coletur et addantur succi ℨ vj et iterum bulliat paru-
per et coletur et reseruetur dentur de hoc syrupo omni
die in aurora et ante cenam ℨ iij sine aliquo liquore
vel in vlcere renum et scabie vesice et ardore vrine po-
tenter siue potetur siue iniciatur quia lenit et infri-
gidat ac incarnat Item vaporatio sublimis ad
idem sic fit, decoquantur herbe frigide in aqua plura scilicet
plantaginis spinum psillii salix violaria cum viol rosis
malua altea vngula caballina capillus veneris folia
neufaris lactuca endiuia portulaca et fructus frigidi cum
seminibus suis scilicet cucurbita citrullus melones citrulli papa-
uer iusquiamus et aliqua anodina et flores
camomille mellilotum et ponat eger inde in vrceo
bene coperto et ordinetur canna procedens a loco deco-
ctionis in vrceum et applicet virgam uel voluam quanto
vicinius poterit quoniam hic vapor materias acutas resol-
uit loca lesa confortat dolorem mitigat et precaue ad
firmius tecte si necesse videatur et precipue recens quoniam humo-
res acutos rectificat cum uirtute aut fomentet partem la-
tum pannis lineis mollibus infusis in eadem
decoctione aut fomentet cum lacte igniro asperso ex ace-
to uel vino cum stiptico atque pannis lineis invo-
luto quoniam hic vapor materias acutas reprimit et me-
mbra debilia confortat Confert preterea assiduus vsus

talis tragee quaque die in ieiunio cum potu vini albi
aquosi limphati cum aqua pura. Recipe seminum quatuor frigidorum
maiorum mundatorum ℥ ii seminis portulace papaveris al-
bi ana ℥ ß seminis iusquiami ℥ iii zucari albissimi ad pondus
omnium terantur grosso modo vel fiat ex eis pulvis te-
rendo subtiliter et tabellando vel fiat ex eis electuarium
addendo cinnamomi mat. ana ℥ ii. Item confert trociscus (?) mu-
tuatus Recipe dyadragantum zucari violati dyapapaveris ana
partes equales. **Canon** Sciendum quod cura ardoris
urine sine cura ulceris ad quod consequitur est
sicut cura blanditiva sine cura eradicativa vel sicut
cura temporalis sine duratione perpetua quoniam impossibile est acci-
dens curari sine suo morbo cum ipsum sequatur sicut
umbra corpus et sicut morbus sua causa propter
quod ait G. xiii° de ingenio sanitatis quod triplex est
genus medicorum. Primum adulatium scilicet qui accidentibus
intendunt de quibus infirmi conqueruntur neglectis mor-
bis quos non cognoscunt. Secundum sinistrum scilicet qui mor-
bo et eius cause vehementer insistunt adeo ut morbum
et virtutem simul infirmant. Tertium rationabilium scilicet
qui morbo et sue cause obviant cum remediis gra-
dativis a levioribus ad altiora scandendo ut sic
morbum deiciat et virtutem observet que est principa-
lissimus iudex in actu curativo. Accidentia inl-
oriunt (?) procedendo et propter difficilia que curam adsequuntur
Pronosticatio Solliciandum in cura eiusmodi
doloris et sue cause et statim a principio ne forte an-
tiquetur et corpus exiccet vigiliis atque doloribus
superfluis et sic se ethicam attendat. Item ardor u-
rine sine sanie facilis est curatione cum sanie non dif-
ficilis

Capitulum xiiii de stranguiria

Stranguiria licet apud quosdam operantes ad
extraneas trahat significationes ut potest ad
omnem actum lesum accidentem circa expul-
sionem urine sive sit ablata sive diminuta sive
corrupta. Non tamen res et nomina propter prosse di-
stinguentes stranguiriam soli actioni corrupte appro-
priamus dissuriam non actioni diminute. Scuriam non actio-
ni ablate copulamus. Est igitur stranguiria ut
dicit G. in quarto illius amforismi vii particula Stranguria
et dissuria cum urina guttatim mingitur omni
hora unde virtus festinativa ad unicam expulsionem sed
exit velociter propterea quod nuper recepta est in vesica et hoc
totum preter voluntatem. Et est duarum specierum aut cum
ardore urine aut sine. Fit etiam stranguiria que
est cum ardore urine aut ex acumine urine propter
quod illico cum in vesicam guttatim stillat per poros
urinides excitat expulsivam aut ex ulcere in vesica
propter quod sentiens morditationem ipsam eiciat extra se. Stran-
guria non que est sine ardore fit aut propter debilitatem
vesice in sua corpulentia quod nichil aliud quam
raritas compositionis seu texture dicitur aut propter mol-
lificationem et palisim in collo vesice propter quod musculi
ipsius transversales retentive virtuti deservientes la-
xantur et ista palisis nichil aliud est quam ma-
la complexio diversa humida dominans super ipsam
aut propter causam primitivam ut potest percussio difficul-
lime vel casum et percussione. Signa eius in quantum
sive sit cum ardore urine sive non patent ex la-
tione pacientis. Si non sit propter acuitate urine appa-
rent urina citrina vel rubea intense subtilis velo-
cum privatione signorum ulceris si non sit ex ulcere apparet
omnia signa dicta capitulo de ulcere in vesica et virga
si aut propter debilitate vesice appareret quod urina non
egreditur copiose nisi cum desuper manibus com-
primitur vehementer. Si aut sit propter mollificationem
apparet urina alba grossa lactea cum confectis
flatibus pluribus nisi epar conditat. **Methodus**
Cura stranguirie dolorose propter acumine urine est
ut a principio fiat purgatio ulcerum humorum acu-
torum et postea balnea lenitiva et remedia la-
vativa videlicet urine cum infrigidatione sufficienti
ut plene docuimus capitulo de ardore urine paragrafo
de methodo et non negligatur alteratio epatis
cum cibis et medicinis frigidis ut diximus capitulo
capitulo de debilitate epatis paragrafo de causa ca-
lida. Deinde allata causa provenendum ad curam
accidentis. Dentur ergo trocisci frigidi stiptici ut
confortetur virtus retentiva vesice sicut sunt tro-
cisci de alkekengi dicti capitulo de mictu sanguinis
per superius et inferius cum siringa et sicut sunt
trocisci de bolo ar. karabe ana ℥ v. acacie ba-
laustie gummi arabici ypoquistidos ana ℥ i et seminis se-
apii seminis iusquiami ana ℥ i conficiatur cum succo
berberis vel mirtillorum vel sumach vel mucil-
lagine psillii quoniam ardorem reprimunt et ulcerationem
prohibent et retentiva confortant vel sic sunt
trocisci de glandibus qui sic fiunt. Recipe glandium
℥ v mirtillorum rosarum siccarum ana ℥ i et ß acacie
℥ i amili gummi arabici boli ar. ana ℥ ß lenticularum excor-
ticatarum ℥ v conficiantur cum aqua rosacea vel succo
citoniorum vel succo vispilorum vel sorbarum vel pru-
norum inmaturorum. Ungatur pecten et virga
cum unguento stiptico quod fit. Recipe gummi arabici opii
ana ℥ i mirtillorum ceruse boli ar. ana ℥ ii aceti
℥ ß olei rosacei ℥ iii cere ℥ ß terantur et incorporentur
ad ignem in cazola. Vel cum unguento tali si ardor
presto non sit. Recipe populeon unguenti albi ana
℥ ß sanguinis draconis lapidis ematitis ana ℥ i pulverizentur
subtilissime et incorporetur simul propterea vel
epitimetur cum pecijs infusis in aqua rosacea per ii
aceti p. ß postquam in eis dissoluta fuerint terra
sigillata bolus ar. sanguis draconis mirtilli acacie
gummi ar. ypoquistidos mastix thuris ana partes equales.
Nutriatur carnibus assis vel elixis cum her-
bis frigidis coctis cum succo berberis vel granato-
rum vel agreste. Utatur etiam riso farre ordeo
coctis cum lacte amigdalarum dulcium et lectuca
excorticata vel bis cocta cum reiteratione prime aque.
Bibat vinum rubeum stipticum limphatum cum aqua
pluviali vel aqua decoctionis sumach plantaginis
mirtillorum si stomachus vel epar non conditat.
Sitim posse tollerare per dies pluros donec urina
restringatur quoniam dum superfluunt virtute mediante
in loco suo stare non permittit unde si potus sit
ocius pertransmeat ad omnibus diureticis et acu-
tis quoniam hec passio non est defectus sed excessus
in mingendo. Cura eius propter ulcus in vesica
est ut a principio fiat cura ulceris dicta suo capitulo
proprio hec et non primus proveniatur ad localia iam
dicta. Cura eius propter mollificationem vesice est
ut digeratur flegma grossum crudum et purgetur
vehementer sicut diximus capitulo de palisi et sic
dicemus de artetica paragrafo de causa frigida

et balneet^r in aquis decoctionis calidis sicut est a-
qua termarum vel aqua decoctionis salvie ab-
sinthii rute arthemisie savine iuniperi mente meta-
stri calamenti origani serpilli costi et similium
Vel fiat fomentatio pectinis assidua cum eisdem
rebus bulitis in aqua pluviali cum vino cub-
stiptico similiter et emplastrum ex eisdem bulitis in
vino et oleo pistis deinde cribratis et incorporatis
cum pulvere croci et lentium excorticatarum et cipu-
larum glandium et karabe atque ypoquistidos subtile
cribellato Confert preterea suffumigium ex thure
mastice bdellio cornu cervino gummi arabico dra-
ganto tritis et incorporatis cum pice vel lauda-
no vel terebentina donec fiat velut forme pil-
lularum ex quibus una ponatur super carbones et
si paciens sit mulier fumus in vulva capiatur
mediante canna Confert et licinium bombacinum
assidue gestatum intra vulvam prius tamen inunctum sit
ex unguento marciaton vel arogon vel ex o-
leo de castoreo vel de costo cum quibus pulvis
olibani masticis gummi arabici bdellii castorei (?) fructicor-
patis Ungatur preterea inguina et pectine cum ungento
eisdem calefactis ad ignem quod si mollificationem
magis timueris quam stranguriam adde castorei
mixture aliquantulum minime quantum volueris de unoquoque
Detur post superius in cibaria et ante cena tro-
ciscus de coriandro qui sic fiunt Recipe semine cori-
andri apii iuniperi mixte galange cinamomi
enule anisi ana ʒ ii glandium thuris ana ʒ i conficiatur
cum vino rubeo et detur unus cum eo vel cum
vino albo veteri claro Vel sumat eisdem horis
unum ex trociscis de mastice qui sic fiunt Recipe masticis
mixte thuris minime ana ʒ ii conficiantur cum succo
plantaginis vel citoniorum vel sorbarum vel nespilorum
vel prunorum immaturatorum et dentur sic priores
Nutriatur carnibus laudabilibus assis vel eli-
xis conditis tamen speciebus aromaticis vel iuribus
earum alteratis cum menta plantagine vel agresta
Comedat etiam vitellos ovorum assorum et pul-
tes ex riso et simila conditos cum lacte caprino
Bibat vinum vetus amarum vel vinum rubeum
stipticum limphatum cum aqua decoctionis cina-
momi et piperis longi aut bibat ydromel con-
ditum cum speciebus calidis verum tamen conferens
videtur ut paciens abstineret ab omni potu per
v vel vi dies quod si non potest propterea abstineat a
diureticis nisi confortativis et stipticis excellenter Cura
eius propter debilitatem et raritatem corporis vesice aut
propter causam primitivam est ut utatur in ieiunio fre-
quenter et assidue electuariis calidis stipticis cum
aromaticitate ut sunt dyagalanga dyacalamin-
pion dyacardamomum electuarium ducis filantropos
et similia Ungatur pecten et inguina cum ungento
marciaton vel oleo de costo vel mastice quibus
incorporata sint castoreum spica mastix olibanum
cinamomum galliamuscata gariofili addendo cere
quod sufficiat et si paciens sit mulier inungatur
licinium de bombace ex eodem ungento ad ignem
et actu calida gestetur assidue intra vulvam
et fiant omnia localia super pectine et inguinem que
diximus capitulo de debilitate stomachi paragrapho de debi-
litate eius in sua specialitate dietetur sicut in stran-

guriam propter mollificationem **Empeurta** dicit ypo-
cras particula aphorismorum stranguriam et dissuriam
vini potacio et flobotomia solvit in ea de vero vena
que intus in talo ponitur Et visitans commenta-
tor dicit quod verum est quod quinque condicionibus observatis
prima ut sint de causa frigida 2a ut vinum bibi-
tum sit plurime quantitatis 3a ut sit vetus purum
vel parum adaquatum 4a ut corpus non
sit plectoricum 5a de sane vel omnibus quibus
simul fiat flobotomia predicta si vero de quibus alio
fiat farmacia **Canon** Strangurie secundum
omnes modos reducitur ad dyabeten quando est fluxus
urine superfluus peccans in modo exeundi propter quod
concluditur manifeste quod dicta ibidem suffraga-
tur predicti capitulo et propter quantum ad stranguriam cum
ardore **Pronosticacio** Stranguria raro
curatur in senibus id est qui sunt ultra lx^ta annos
et propter si fuit perdurans dicit ypocras vi particula a-
forismorum Nefreticorum et circa vesicam dolentes ca-
lorose sanantur in senibus Item stranguria de ca-
lida est periculosior in senibus sed de causa frigida
in iuvenibus quoniam fortitudine cause fit unde
dicitur 2a particula illius aforismi In morbis minus pericli-
tantur zc fortis est ignis qui in aqua non extin-
guitur Item stranguria propter ulcus quantum ad causam
calidam vel propter debilitatem vesice ad curandum
omnium difficilioris sunt curationis **Capitulum**
Quartum de sturia et dissuria

Dissuria sive sturia de quo huius quarto
non potest urina expellere Dissuria vero quando
ipsam expellit sed cum difficultate et insufficientia
et guttatim solum sive hoc accidit prodire sive
tempore omni et sic patet quod sturia sit accionis leta
oblata contingente in virtute expulsiva urine
Dissuria vero accionis lesam diminutam neque diffe-
runt secundum magis et minus quare ipsorum eadem
sunt signa cause et cura et hec omnia testificatur
ypocras in 4to illius aforismi vii^e particule Stranguria
et dissuria zc et vi de accidente aut quod dissur-
ria vel sturia fit defectu expulsive Stranguria
vero defectu retentive ut supra tetigimus capitulo de
stranguria fiunt sturia et dissuria aut propter egri-
tudinem in vesica collo et inguina Si propter egritudinem
in renibus et poris tunc quod est egritudo aut est
lapis opilans aut apostema aut verruca et caro
dura Si propter egritudinem in vesica aut est molli-
ficatio aut extensio propter vehementer urine retencionem
aut sanguis coagulatus purus vel cum sanie
permixtus Si vero in collo vesice et inguina aut est
lapis stans in radice vel medio eius aut apostema
aut verruca **Methodus** Signa eius propter
lapidem in renibus et poris sunt gravitas in
dorso et manatio vesice et urina que ad ipsam
descendere non potest Et dolor circa epar cum infla-
cione ventris et ydropisi et antecessio lapidis
vel arene in urinali Et cura eius est sumere
in potu medicinas que frangunt lapidem et pro-
vocat urinam quas suo diximus capitulo Signa
eius propter apostema in renibus similiter et cura sunt
dicta capitulo de apostemate in renibus Signa eius
propter verrucam et carnem orta in renibus vel
poris sunt quod fit ut plurimum post actum ultera meatu

propter quod fuit antecessio urine privata cum sanie et
sanguine et dolor continuatus atque pungitivus in dorso
et inguinibus cum febre continua et quandoque acuta et non
prohibet in exitura totam urinam sed modicam eius
partem. Et cura eradicativa non sed quoniam medi-
cine corrosive perfectius exhibite non penetrat
per minus non nocumentum maximum inferret secundum
stomachi epatis et renum corrosionem. Et medicatio eius
blanditiva est cum balneo aque dulcis tepide
decoctionis malve altee caulium rerum seminis
lini seminum viol. salicis ungule caballine intuba
lis atriplicis et omnium mollificativum et evacua-
tivum cum lenitate, quoniam vias amplificant dolorem
mitigant et urinam provocant et ungentis et em-
plastris lenificativis que diximus tractatu de opilatione
et duritie in renibus. Signa eius propter mollifica-
tionem et paralisim vesice et lacertorum colli eius
sunt quod quando eam mingit cum facilitate quando super vesicam
fit compressio cum manibus et tumor et repletio
vesice ex urina. Et cura eius est in unctio pecti-
nis virge totius cum ungentis calidis superius pre-
dictis sicut sunt ungenta marciaton ad ignem vel
solem calidum et cum oleis similibus sicut sunt oleum
nardinum costinum castoreum de scorpionibus dictum
tractatu de lapide in renibus passio de emperica et si
in aliquo istorum oleorum dissolute fuerint gumme
sicut opoponacum bdellium armoniacum storax melius
operabuntur circa sic membrum frigidum. Utatur electua-
riis calidis in ieiunio cum vino albo claro veteri sicut
sunt dyarmarcy dyacastoreum tyriaca et in fine
rei utatur diureticis sicut sunt filantropos ne-
fraticarum balneetur pleca in balneis calidis
in ieiunio sicut sunt aque cuiarum vel subeth
in sulphureis sitiis et propter aput manitoz vesice.
Signa eius propter extensionem vesice post retentionem
urine vehementem superflua sunt quoniam ut pluri-
mum accidit pueris stolidis cum ignavia vel ad-
ultis stantibus in presentia magnatum vel loco
honesto propter quod replentur eorum vesice infla-
tur vehementer adeo ut constringi non possint
neque urinam comple nisi fortiter manibus com-
primatur. Et cura eius est introitus in balneum
diureticum et propter post compressionem et urinationem fit
est aqua decoctionis opii ebuli lupuli melliti
caulium retencium sicli tartarum et similium et si non
sufficit fiat omnia dicta tractatu de dissuria propter mol-
lificationem. Signa eius propter sanguinis vel sanie coagu-
latum in vesica sunt antecessio mictus sanguinis et sa-
niei post hoc retinetur urina et inflatur vesi-
ca. Et cura eius est ut a principio incipiat cum
sirupis medicamine dissolutivis sicut est ydromel
et fortius illo est ydromel mixtum cum vino al-
bo vel aqua decoctionis florum sticados et apii et
fortius illo est oximel gutta et item fortius est
oximel squilliticum et adhuc fortius est vinum
album vetus in quo dissoluta sunt armoniacum bdel-
lium sapinum ad ignem in tazola si non timueris
ulcus in vesica, et ungatur locus cum ungento dis-
solutivo mollificativo quod fit ex marciaton et
agrippa ana partes I dyaltee butiri recentis ana partes
In fine vero utatur medicina frangente lapidem et pro-
vocante urinam sicut diximus tractatu in renibus

et vesica et iterum plura dicemus. Signa eius
propter lapidem stantem in radice virge vel medio sunt
dolor in loco in quo stat lapis et repletio vesice
et eius inflatio que si comprimatur nil egreditur
sunt dolor fortificatur et si pueris infirmum super
dorsum suum et levaverint pedes eius tendunt se ad
superiora et vehementer cum commotus egreditur
urina. Et cura eius est ut utatur medicinis la-
pidem frangentibus superdictis donec frangatur et
exeat cum urina. Et si frangi non potest fiat tibi
elevatio omni hora qua necesse fuerit et extrahatur
lapis incisione facta in collo vesice ut docuimus
tractatu de lapide in renibus et vesica. Signa eius
propter apostema in virga similiter et cura dicemus capitulo
de apostemate in vesica. Signa eius propter verrucam
in collo vesice et virga sunt dolor acutus in vir-
ga quoniam fit ut plurimum ultra acriora in hoc meatu
que antecessit mictus sanguinis vel saniei et propter
ante exitum urine. Deinde post dies aliquot
impeditur exitus sed non totus primo secundum partem
eius quoniam perfecte non opilat et replet vesicam et in-
flamatur. Et cura eius est ut si sit in capite
virge corrodatur et mundificetur cum ungento viridi
dicto tractatu de surditate aurium post hoc consolidetur
sicut ibidem diximus et sublime consolidativum
est ungentum fuscum et ungentum album. Si autem fuerit
in radice interiori dentur medicine frangentes
lapidem per superius et inferius quoniam quandoque sanatur
cum eis et propter in principio. Si vero non sufficit
et caro fuerit induata fiat incisio virge secundum
longum usque ad locum verrucam et abscidatur cum
rasorio et consolidetur verruca et virga.

Emperica. Scripsimus medicinas comple-
tas ad frangendum lapidem ad provocandum
urinam in tractatu de lapide quibus nil potest addi
in naturalibus simplicibus sed solum in modo
describendi que nunc ponemus. Aqua subli-
mis diuretica sic fit. Recipe radicum quinque generum
citoree ana unc. II seminum saxifrage milii
solis petrosilon volubilis maior et minor scolo-
pendrie tamarisci eupatorii squinanti ana unc. I
seminum quattuor frigidorum et calidorum ana drachmas VI nucleorum
ceresarum et persicorum et amigdalorum amararum ana
drachmas III omnia perfecte terantur et in lib. VIII vini albi
subtilis aquosi veteris buliat parum. Deinde
totum ponatur in alembico et distillet simul
cum istis rebus. Recipe ciceri azal spice calami
aro. apii petro. cassie ligni cyperi costi ana drachmas ß
corticis citri vel pisarum rubearum drachmas III cineris
scorpionum adustorum vel loco eius cicadarum
drachmas II sanguinis hirci macerati in augusto exsiccati sanguinis
vulpis sanguinis leporis collecti et exsiccati ana drachmas II
vitri combusti drachmas II cancrorum combustorum drachmas I pipe-
ris drachmas ß corticis radicum capparis lapidis iudaici
spongie liquiricie papaveris albi seminis portulace seminis urti-
ce seminis rute seminis nigelle seminis acetose ana drachmas II. Hec
omnia terantur et cum vino predicto et aliis rebus
misceantur et distillentur. Pulvis ad idem. Recipe
brusci sparagi fumiterre pulegii milii solis saxi-
frage maratri ana dragantis cimini aneti ana drachmas ß
cardamomi folii gariofilorum matris nucis indice ana drachmas I
et semis turbitis drachmas III liquiricie drachmas I et semis reubarbari drachmas ß

siler montani semen nasturcii spice nardi se-
petrosilini apii seminis ana ℥ ß siseleos sileris montani ana
ʒ iii zucari albissimi ℥ iii terat omnia subtilis-
sime et misceantur et fiat de ipso patiens omni
die in ieiunio ʒ ii cum vino albo claro aquoso Et
si vis ipsum bene fortificare adde cantaridarum absci-
sis capitibus et alis ʒ ß azari se ameos ana ʒ iii
et si times ipsorum caliditatem vel ulcus in re-
nibus et vesica dimittas ea et pone pro eis semi-
num frigidorum mundatorum ℥ i Si autem volueris ex pa-
rare trociscos adde armoniaci ʒ ii dissoluti
in vino albo et alie species conficiantur cum ipso
quoniam opilationem omnem et lapidem removet si sit
possibile per medicinas removeri et cum urina expellit

Canon dicit rasis in divisionibus cum de
retentione urine quod pluribus medicinis difficultatis
urine convenit insessio in aqua calida in qua
decocta sunt folia caulium retentarum et tartarum
et fenugrecum et rubea tinctorum et apium et eupatori-
um et similiter emplastrum ex eis super altatum et
pectine quoniam aperit mollificat et provocat similiter
et usus medicinarum provocantium urinam per intus
Sed in hoc observanda est cautela quoniam et si prefuit
quoniam vesica est vacua. notetur tamen vehementer
quoniam est plena quoniam extendimus et forte scindit
replendo Sciendum preterea quod dicunt medicinarum diureti-
ca et urinativa. Dicitur namque res diuretica
que sua caliditate et siccitate vehementi sanguinem in epate
et renis coliquat subtiliat et dissolvit quare
pars plurima attracta est per renes et sequestrari
sicut docet G v de simplicibus medicinis augdi
sunt vinum vetus album clarum amarum radices
quinque generis et semina calida omnia Urinativa
vero dicitur omnis res frigida humida quoniam cuius pars plu-
rima transit per urinam et parum cedit in corporis nu-
trimentum sicut sunt vinum album clarum aquosum et
iura carnium et pruna et cerusa et semina omnia
frigida Communia autem ad utrumque eorum est
urine provocatio, et intellige scripta auctoris Con-
ferunt igitur diuretica in causa frigida et lapi-
de et opilatione Urinativa vero in causa calida
scabie ulcere motu sanguinis materie renum et eorum
debilitate in sua scabie In causa vero mixta conferunt
urine provocativa **Pronosticatio** Iste
passiones raro sanantur in hiis qui sunt ultra
sexaginta annos. et ipse si perdurent vii ypocras sexta
particula amphorismorum Nefretici et etiam vesicam do-
lentes etc Item si fuerint ipse aqua durum in
renibus vel tactu vel verrucositatem vel lapidem
qui se frangi non permittit aut cito inficiunt ex
dolore aut ydropisim ascitem inducunt propter ipsa
Item si fuerint ipse per sanguinem coagulatum in vesica
scabie et ulcus faciunt ea nisi infra xx^ti dies
aut xx^ta ad plus expellantur quoniam in ventre ca-
lido sanguis convertitur in saniem in xx^ti diebus vel
circa id ut contingit in pleuresi et piplemonia
In ventre vero frigido in xl diebus hoc contingit et
circa id cum sanies per adustionem plus generatur sicut
contingit in intestinis mente et vesica Unde
ypo vii particula amphorismorum Catarri in superiori
ventre in saniem convertuntur in xx diebus Immo
erat dicat ibidem commentator quoniam sicut xx dies
est tempus primi periodi plus ita xl secundi Item dissur-
ria et mollificatione vesice pueries in senibus
ut plurimum contingit eis sicut et paralisis aliis et alia
quoniam complexio estatua tunc infrigidatur

Capitulum de mictu insensibili exitu urine et mingentibus in sompno

Accidit in quibusdam super lecto
et ipse in pueris ut mingunt nescienter
in sompno et quandoque ipse vigilantes
quoniam et si in eis virtutes naturales sunt fortes, virtutes
tamen animales sunt debiles ut dicit Avicenna tertii
sen 2a tractatus de causis spasmi ex quibus sunt virtus
sensitiva et retentiva in vesica Fit igitur ista
passio ipse aliqua quatuor. aut ipse propter complexionem calida
humida aut ex mollificatione lacertorum vesice aut
ipse potius superfluum etc **Methodus** Signa eius
ipse propter complexionem calidam humidam sunt habitudo corporis
carnosa humida sitis plurima urina alba vel rubea
et forte sentit patiens aliquem ardorem in eius exitu
Et fit maxime in pueris quare cum se revolvunt
super lata excitatur virtus expulsiva et ipse si super-
venerat ymaginatio mingendi in loco in quo consue-
verunt homines urinare Et cura eius est si sit
puer ut mutatur ei timor ex verberibus et cibis
frigidis quoniam species eius remanebunt in memoria et
regulabunt fantasia hora sompni Si vero sit iuve-
nis vel adultus adultentur renes et vesica cum
emplastris et unguentis frigidis scriptis tractatus de dya-
bete similiter et cum pulvere quem ponit Rasis in divi-
sionibus prima tractatus Recipe coriandri assati et postea
infusi in aceto unum per diem et noctem quia fiat
magis stipticum ℥ i mirabolanorum emblicorum sandalorum
boli armeni glandium cipressi karabe lentium excorticata-
rum partes equales cum coriandro terant omnia
simul detur ex eo ℥ ß vel ʒ iii cum aqua pluviali
vel vino cum pontico Ad hoc etiam conferunt
trocisci de karabe et trocisci de alkekengi dicti
tractatus de mictu sanguinis Fiat quoque flobotomia basilice
in brachio vel saphene in pede quoniam confert
Dietetur dieta frigida sicca in cibo et potu et cum medicamen-
tis si stomachus et intestina nil prohibeat Signa
eius ipse complexionem frigidam humidam sunt habitudo
corporis flatica urina alba grossa exiens sine
mordicatione omnino et profunditas sompni plurima
et privatio sitis omnino Et cura eius est ut si sit ad-
ultus detur ex hoc pulvere tractatus stiptico quem ponit
Rasis ibidem Recipe glandium siccatorum ℥ v thuris
ʒ xxx mirre ʒ vi coriandri assati cipperi caparis
actoi ana ʒ x terantur omnia simul ut al-
cohol dentur ex eo mane et sero ʒ iii cum vino
cum pontico vel vino veteri amaro Ungatur pectine
et ultra cum oleo mastiçino vel rutaceo postquam in
eisdem dissoluta fuerint euforbium castoreum
et mirra Emplastretur cum herbis calidis siccis sicut
sunt menta mentastrum salvia ruta absinthium
sipillum postquam cocta fuerint et pistata et incor-
porentur cum mastice et bdellio dissolutis cum vino
veteri amaro vel aceto acutissimo ad ignem in ta-
zola Confert post balnea laxativa vel saphe-
nette et ipse post purgationem flatus frequentet si fit
cum sua. Dietetur cibis et potibus et medicinis
calidis siccis si epar non contradicat Signa eius

ppt mollificatom sunt quia et tempore vigiliarum egreditur vrina insensibiliter et fit maxime in senibus et decrepitis Et cura eius est eadem cum cura stranguirie ppt mollificatorum vesice et eius que fit ppt debilitatem corporis vesice Signa eius que fit ppt potum superfluum fiet narracio infirmi et qm fit solum per inebriacionem et crapula Et cura eius est cura generalis omnium passionum contingencium a causa primitiua innecte qua ponit ypo ubi dicit In omni motione corporis **Canon** In cura istius passionis administrare conuenit medicinas locales non tm circa membrum colligens sed et circa membrum generans vrinam quod est epar et sequestrans quod est renes si methodo procedatur Medicine igitur debite sunt subtiles in vltimo puluizate et cribellate ut cito ad renes et vesicam peruenire valeant cum virtute Verum tamen sciendum quod renes magis alterari possunt per intus vesica vero per extius nisi forte interiora inmittantur per inferius per siringam

Pronosticacio Iste passiones si fuerint in pueris per se rectificantur ex eorum (?) quando exiccantur quod fit usque ad xxv annos ad plus quod si post remanserit plerumque commoriuntur Vnde ypo 3a particula amforismorum Quecumque uero permanent pueris et non soluuntur circa iuuentutem aut feminis circa menstruorum erupcionem consenescere consueuerunt Item ista passio superueniens in senio non sanatur quia eius causa magis fortificatur Vnde ypo sexta particula aforismorum Nefretici et circa uesicam dolentes laboriose sanantur in senibus **Capitulum vi**

De apostemate in vesica et colio eius

Hoc apostema licet ex natura sui generis possit fieri ex omni genere quatuor humorum illud tamen quod fit ut plurimum est apostema calidum ut dicit Ras et ppe de co(lera) uel san(guine) colerico quia in vesicam penetrare non potest nisi humor acutus subtilis non sit membrum neruosum et exsangue Et signa eius sunt febris acuta et dolor vehemens cum punctura in vesica et alienacio mentis et nigredo lingue sit in frenesi quod totum accidit ppt huiusmodi membri plurimam sensacionem et mente caliditatem et magis fit retencionis stiptus et vrina **Methodus** Cura eius est omnis cura frenesis Fiat igitur statim a principio flobotomia diuisiua et basilica dextra in brachio uel manu et non empletur cum frigidis stipticis sicut fit in aliorum membrorum apostematibus sed cum frigidis lenibus quia induceret in vesica frigiditas extimata cum sit membrum ex natura frigidum et exhibetur mente resoluto linatur ergo pecten et uirga tota usque ad dies quatuor a principio cum oleo viol(arum) uel ro(sarum) uel de nenufare uel de papauere et empletur cum malua violaria et psilla coctis et pistatis et incorporatis cum eisdem ponendo tepidum super locum Die uero quarto uel circa illud fiat flobotomia euacuatiua de saphena pedis sinistri que est intus in talo et tunc linatur locus cum resolutiuis lenibus sine attraccione sicut est oleum camomille calefactum in vase duplici et anetinum quia mitigat dolorem et empletur cum farina seminis lini feniculi et semine aneti et floribus camomille et mililoto et altea coctis in aqua et pistatis et incorporatis cum mucillagine seminis altee et butiro recenti sine sale et oleo camomillino

sufficienti et potest addi farina fabarum gracia (...)sionis et apertionis pororum et ipse in pressu(ra) Et utique emplastrum dolorem mitigat tumorem et extensionem reuoluit et materiam in sensibiliter resoluit si sit parua et sit reiteratur per totum statum sed in declinacione conforteretur cum resolutiuis forcioribus sicut sunt semine apii et aneti Nutriatur hora illa ex ordeo uel auena conditis cum lacte amigdalarum dulcium uel cum carnibus lenibus carnium alteratarum cum lactucis portulaca cucurbita Bibat aquam decoccionis ordei uel liquiricie uel ordei et prunorum siccorum Si autem non videris profectum ex resoluentibus usque ad diem vii uel circa illud primo tunc dolor et febris acuuntur quia sanies incipit generari procede ad maturatiua que diximus capitulo de apostemate in renibus et sic procede usque ad perfectam maturacionem et per rupturam et curacionem sicut diximus illic Si uero neque in illis videris profectum usque ad diem xiiii uel xx ad plus primo extunc dolor et febris minoratur et apparet tactui tumor cum duricie per commissuram que est inter testiculos et anum et augmentatur retencio vrine et stercoris Tunc scias quod subtile ex materia calida exalauit et grossum residuum induratur quare tunc conforte virtutes cum carnibus bonis et primo ut longum morbum valeat tollerare et procede ad mollificatiua Primo quidem per intus detur ergo in aurora z i uel ii cassie fistule dissolute cum aqua calida uel cum aqua decoccionis seminum quatuor frigidorum mundatorum quia euacuat et mollificat Deinde cibetur cum seminibus calidis ut est semen apii et capillus veneris Purgetur etiam quandoque cum tamarindis et manna coctis et dissolutis cum eisdem Ista namque tria farmacia scilicet cassia fistula manna et tamarindi plurimum conferet in omni duricie similiter et viol(e) condite et empletur locus apostematis si apparet et si non apparet empletur commissura et pecten et virga cum emplastro quod diximus capitulo de apostematibus renum paragrafo de cura apostematis duri Et vngatur semper cum oleis calidis predictis et confert plurimum in molliendo et resoluendo materias duras balneum dictum dulcis uel aque decoccionis malue altee caulium retencium viol(arum) cucurbite melonis et radicum capparis **Canon** Idem est canon apostematis renum et uesice quare videatur illic

Pronosticacio Apostema in vesica cum dolore et duricie in ea et febre continua acuta malum pronunciat ut dicit ypo iiiia particula pronosticorum circa finem magis tamen cum ventris strictura quia apostema confirmatum sit Item secundum eundem ibidem apostema vesice si resoluatur salubre si uero confirmetur et in sanie conuertatur et plus exierit cum vrina salubre erit Si uero ad sclirosim processerit uel etiam si ad saniacionem tendit et plus non exierit neque vesica mollescerit neque febris defecerit morbus in prima periodo aderit scilicet in die septima ad plus quia hec apostema magis preacuitas febris naturaliter Idem ibidem huius morbi species scilicet apostematis in vesica cum febre acuta pueris amplius a vii anno usque ad xv solet euenire quod ideo forte contingit quia dum membra formatiua sunt perfecte exsiccata et fortificata sicut post annum xv quare materie acute in ipsa sunt penetrare et apostema inducere

Incipit tractatus octavus de passionibus virge et testiculorum cuius sunt quatuor capitula

Membra generationis in masculis sicut sunt tria scilicet testiculi et vasa spermatica atque virga. Sunt autem vasa spermatica vene due albe stricte longe valde orte prope renes dextra quidem a vena chilis super renes sinistra vero a vena mulgente infra renes. Deinde procedentes dorsum supra spondiles dorsi premunt ad ossum id est bursam testiculorum ubi revolvunt circa testiculos singula iuxta spiritum revolutionibus mutatis plus quam centum subtus ingrediatur. Post hoc ascendentes inter cutem et os pectinis (?) hinc sua orificia terminata in via virge que est colli vesice. Dextra quidem a dextris sinistra a sinistris ita ut hec 3ª vie in unitatem aput virge radice transformentur. Et dicuntur vasa spermatica quoniam sanguinem nobilissimum superfluentem in nutrimento omni cum corporis totius in quanto non in quali generatum quidem in epate secundum medicos in corde secundum philosophos sugunt a locis predictis et vehementer ad testiculos ut eorum albedine dealbetur sicut lac in mamillis et finaliter in sperma convertatur. Propter quod accidit ut hii qui excesserunt in coitu sanguinem loco spermatis effundant. Consequenter autem predictis membris generis quatuor morborum eveniunt. Primum est ablatio et diminutio coitus. Secundum corruptio que nil aliud intelligitur quam excessus in desiderio coeundi. 3m gomorrea id est emissio spermatis involuntaria. Quartum morbus gravis omnium morbo et est apostema. De malitia spermatis dicemus cum de ablatione coitus et causis eius loquemur. Capitulum primum

De ablatione et diminutione et impotentia coeundi et causis eius

Aufertur vel diminuitur potentia coeundi quatuor ex causis. Prima est appetitus debilitas. 2ª est erectionis virge fragilitas. 3ª spermatis modicitas et frigiditas. Certa corporis virge brevitas atque equalitas de quibus per ordinem disseramus. Methodus debilitatur appetitus propter duas causas. Prima est corporis totius debilitas ut pote quia senium et extenuatum naturaliter vel decrepitum vel femine plurima exhaustum vel egritudine continua consumptum vel maceratione et labore fatigatum. Et cura eius est confortatio corporis et impinguatio cum regimine convalescentium et addatur in cibo et potu laudabilibus multum et subito nutrientibus ut sunt pisces recentes petrosi et pise assi et caro pullorum et edorum et agnorum et porcorum iuvenum et iura eorum inspissata cum vitellis ovorum condita cum speciebus aromaticis dulcibus ut sunt cinamomum cardamomum (?) liquiritia mundata crocus macis et similia et ova sorbilia et lac capre et vacce calidum ex mamillis et testiculi gallorum et hircorum et arietum animalium et vinum dulce et claretum et panis de simila et omnia que dicuntur capitulo de se ethica et capitulo de impinguatione corporis matrici libro secundo si deus voluerit et confortatio cordis et cerebri cum aromaticis et appositio in compositio ocio in ... quiete et dimissio coitus omnino et ... labore usque ad perfectam resumptionem debita ... vel consueta. Secunda est animi ... debilitas ut pote quia passionibus ... plurimis anxiatum propter quod virga mollificatur ... et spermatis prurigo quietatur ut accidit monachis penitentibus et continentibus. Et cura eius est talium propositio et additio in gaudio solacijs tripudio pictura puellarum et ubis dissolutis pueribus. Erectionis autem virge fragilitas fit propter alteram duarum causarum. Una est ventositatis inflative paucitas cuius signum est paucitas erectionis cum pruritu inflatione et virtute corporis bene se habente. Et cura eius est usus assiduus ciborum inflantium quorum tamen inflatio non resolvitur per digestionem prima quam talia inflant solum intestina ut pira et poma cruda comesta sed quorum ventositas est remanens in venis post digestionem secundam et tertiam et consumptionem eorum in sanguinem ut sunt fabe pisa cicera faseoli que comedunt recentes vel sicci cocte et conditi cum sale et cardamomo et rape cocte cum carnibus vel asse in igne et lac recens mixtum cum melle et pistes supra cum tepidis crudis et tractatio virge assidua cum levi fricatione attrahente non resolvente. Alia est palisis id est frigiditas in nervis virge cuius signum est quod sperma est habundans subtile et facile egrediens et desiderium constans sed erectio in semetipsa debilis. Et cura eius est usus electuariorum calidorum ut sunt diasatyrion (?) vel dyagalanga theodoriton anacardinum et similium et inunctio virge assidua cum oleis et unguentis calidis dictis cap de palisi et assiduatione in cibis et potibus calidis si epar non contradicit et excitatio in coitu et fricatio virge frequens et coitus usu moderato. Spermatis autem modicitas fit propter siccitatem donantem super testiculos vel corpus totum. Et signum eius est paucitas exitus spermatis aput coitum et eius puritas et diminutio in quantitate continua et districta. Et cura eius est humectatio corporis et impinguatio predicta quoniam omne impinguatio corpus est multiplicatio spermatis et humiditatis influentes et in hoc conferens est medicamen de camarebin (?) ut dicit Ali. Recipe lactis vaccini vel ovium quod sit omni maxime butirosa ℔ ij vini confectorum dulcis ℥ ij coquatur usque ad spissitudinem mellis dentur ex eo omni die in ieiuno ℥ iij vel iiij et post ipsum comedat pisces recentes assatos cum tepidis crudis vel cibum conditum cum speciebus dulcibus predictis. Confert preterea balneum aque dulcis tepide et propter post cibum per ij horas sine mora et in ipso et multiplicatio sompni post ipsum et otium et quietis. Spermatis vero frigiditas sic manifestatur per hoc quod est paucitas pruritus in ipso vel desiderij ad coitum et quod egreditur aput coitum sperma plurimum subtile aquosum sed tardi exitus post se ... plurimam. Et cura eius est cum omnibus que calefaciunt ex cibis et medicinis et assiduatio ... conditi et dyasatyrion et dyagalanga et quibus aggregantur ambe dispositiones in spermate sicut frigiditas et siccitas. Et signa eius sunt habitudo

corporis multa sit materia nigra gracilis mollis et laxe carnis paucitas sanguinis et spermatis et tarditas egressionis eius apud coitum et cura eius est aggregatio intentionum duarum simul predictarum et assiduatio ciborum grossorum calidorum inflatiuorum si stomachus obediat sicut ciceris et cura pinguium elixa in aqua cum tepidis et pultes ex tritico et cepulla assa condita cum [illegible] et pipere et ipse cepulla anium piperaceum silvestrium non aquaticarum ut sunt passeres sapientium et perdices et fabe cocte cum carne porcorum salita condita cum puluere assa dulcis vel cinamomo cardamomo pipere et omnia multiplicantia sperma que dicentur passio de empiriis Virge aut breuitas atque virge gracilitas coitum diminuit et ipse gignitur quoniam sperma non deducat in totum meritus qui e longinquo ci ipsius quare stans in collo matricis resoluit et colliquatur a frigido continentis et effluit saliuacum Cura eius si hoc pe modo aliquo et ipse ante tempus consistentie et cum adhuc membra crescunt est ut abluat virga tota omni die cum aqua calida decoctionis piperis uel sinapis vel cum mali fricando donec tepide rubea et inflammata. post hoc statim ungatur cum oleis vel vngentis attractiuis sicut est oleum de costo uel desputa et vngentum margaraton dyaltea arrogon uel agrippa super vnctorum uero ponatur illico emplastrum factum et pice calida liquida alba munda et aromaticis matris equaliter et extensis super corrigium album molle et fiat hoc omni die bis uel ter usque ad dies xl uel plus et per longum modum impinguat membrum quod est corpus tota de quo dicemus libro secundo Confert postea frequens et assidua tractatio virge cum manibus cum extensione et dilatatione et frequentatio coitus cum fricatione leui perdurante **Empeiga** Electuarium dyasation confortans coitum ex omni causa diminutum uel ablatum sit sic Rx sation retentiuo q abscindent a pre suo ℥ iii pastinate cortica vel yringarum ana ℥ vi radicum capam ℥ iii kuplam ℥ s terant et infundantur in aqua tiicrum uel fabarum quorum abiecta fuit aqua prima per die et nocte postea exprimat et ponatur in latte vaccino uel ouino quod supereminneat radicibus duobus digitis postea addantur butiri recentis vaccini ℥ iii et coquantur cum facilitate usque ad spissitudinem et si adhuc radices non bene cocte sint funditur item super eas et latte et butiro usque dum perfecte cocte sint postea pistetur hoc totum perfecte et addatur ei carnium dactillorum pistatorum et mileatarum pistaciorum pinearum mundatarum auellanarum mundatarum ana ℥ iiii mellis albi despumati lib. i sucuri recte ℥ [illegible] et omnia bulliat in simul usque ad perfectam decoctionem et spissitudinem postea deponat ab igne et addatur puluis istarum specierum Rx caude sinci cum rombus et sanguine ℥ i s erute ℥ beenalbi et rub lingue auis se nasturci cinamomi piperis longi se bantie sinapis sperma ana ℥ ii galange nucis indice piperis al piperis nigri se porri se rape ana ℥ i cerebella passerum ℥ ii et dimittant leuiter bullire continue permiscendo cum spatula In fine uero aromatizetur cum ℥ i boni musci distemperati cum vino optimo uel claro et sit dosis eius ab ℥ s usque ad ℥ i cum vino et pauco ℥ et est desertus[?] ipso cum [illegible] in suo

antidotario paruum ab ea dicens ipse familiaritatem Electuarium aliud sit sic Rx se bantie se rape teparum speci rapcam eruce se pinearum mundatarum cardamomi piperis lenticu sistorum lingue auis yringarum been albi et rub sation costi dulcis ℥ piperis longi nasturcii ana ℥ s terantur et cribellentur et conficiat cum melle despumato decoctum vino dulci et latte calido et mamillis Et si corpus fuit calidum dimitte et pipere et rapistrum et nasturcio et pone pro eis alchekangi et amigdalarum dulcium mundatarum et conficie cum zucaro vel penidiis Electuarium aliud forte in vltimo et datur ante horam coitus modico Rx semencorum recentium uel non corruptorum ℥ iii uel iiii cubebarum piperis longi lingue auis sation ana ℥ i asse dulcis ℥ s terantur omnia perfecte et misceantur ad ignem cum melle despumato cocto et induato et totum simul comedatur Vngentum ad idem Rx oli nardini et costi ℥ iii cere ℥ ii euforbii piperis cubebarum sinapis costi dulcis ana ℥ i s musci grana viii dissoluatur cera cum oleo et in hoc toto incorporetur puluis rerum aliarum postquam deposita fuerint ab igne vngatur ex eo renes et pectinem totum femur pectinem et virga/ sed cauendum ab eo in corpore ualde calido sicco uel cum aere et in matrice uel dyabete

Canon Coytum tria constituunt Primum est titanis appetitus et hic est a corde et epate / 2m uentositas erigens et hec est a carne spongiosa in virga / 3m humiditas seminalis prouentus et hic est a testiculis et uasis spermaticis Ex quo scire potes medicum non oportere negligere cordis et epatis confortationem in coitu procurando **Pronosticatio** Ablato simpliciter et diminuto potentie coitus si fuit ex generatione aliquam malam complexionem frigidam siccam testiculorum innatam cura non recipit. quoniam deficiente iam domina deficere oportet medicina instrumentum Item ablato difficilius curatur quam diminutio Item ista passio difficilime curatur in senibus primis uel secundis

Capitulum 2m de satiriasi et priapismo et excessu in desiderio coeundi

Satiriasis est erectio virge cum assidua cum desiderio coeundi Priapismus uero est inflatio virge continua sine desiderio coeundi uel pauco sicut accidit quibusdam impotentibus et pueris Desiderium uero est sicut genus ad utrumque et sic patet quod licet iste passiones differant forma non tamen subiecto uel efficiente ipse quod ipsorum eadem sunt signa causa et cura ipse quod in mulieribus est satiasis cum pruritu forti labiorum uulue locorumque eretionis **Methodus** Fiunt autem hee passiones quatuor ex causis Prima sanguinis et spermatis multitudo et signa eius sunt habitudo carnosa rubicunda cum uirtute corporis et paucitas debilitatis post coitum plurimum et pollutione et impugnatione mulierum cum quibus coeunt Et cura eius est minoratio sanguinis prosse cum omni re que hoc facit et corpus extenuat que sunt quamquam prima flebotomia basilice uel mediane frequens 2a assiduatio meditinarum ventrem soluentium / 3a fames et labor in remo / quarta

vsus ciborum acetosorum similiter et medicinarum sicut
sunt lentes cocte in aqua condite cum aceto vel
agresta vel vino granatorum et sicut est potus
aque frigide mixte cum aceto et simpliciter syrupi
acetosi quaque die in aurora. 3a. usus ciborum
frigidorum actu et virtute sicut sunt lactuca portula-
ca comesta cruda cum aceto et agresta cum ab-
stinentia calidorum sicut sunt carnes et vinum
vel humidorum pinguium sicut sunt lac oleum et
butirum. 6ta assiduatio medicaminum dimi-
nuentium sperma a qualitate et proprietate que dice-
mus paragrafo de empiricis post illa vero de cura
remedii ad localia renes infrancia cum excita-
cione rurigdi sunt linimenta super alcali et ungere
et testiculos ex oleo ro[sarum] mixto cum camphora et
cera vel populeon mixto cum aceto vel mo-
dico argenti vivi et si paciens dormierit
flegma prout dormiens capitulo de fluxu menstruorum et con-
fert ad hoc benedicta laxativa cum virtute et praecipue
aput matricem Post hoc vero balneetur et vaporetur
et fomentetur ex aquis calidis stipticis qualis est
aqua citrine que sic fit secundum Rasim in suo an-
tidotario Recipe nucis cipressi costi spice celtice spice
nardi mirre rosarum mirti balaustie corticum grana-
torum cupularum glandium sumac ana ʒ i nespilorum
sorbarum pirorum immaturorum si tempus fuit ana ℔ i
pistentur grosso modo et conquassentur et bulli-
antur in aqua pluviali sufficienti et fiat in-
sessio. i. balneum ab umbilico in aqua illa
calida et cum exierit vulvam diligenter exiccet cum
panno albo lineo molli et spargat super eam
pulverem cribellatum qui sic fit Recipe olibani ka-
rabe gallarum balaustie antimonii acacie aluminis
nucis cipressi ana partes equales et si volueris
adde mumie boli armeni cupularum glandium ceruse
mastices draganti ana quantum volueris et pulverizentur
et cum pannis calidis similiter fastientur Si vero
matrix egressa fuit reducatur primo manibus
calidis ad interiora quod si propter duritiem non introi-
erit mollificetur cum vino aromatico tepido
in quo butirum fuit dissolutum Et demum reducta
et ponatur ventose due sicce super duo inguina et
iaceat mulier capite depresso et anchis exaltatis
per dies plures et impleatur locus cum pulvere
iam dicto donec consolidetur Et si laceratum fuit
interstitium quod est inter anum et vulvam consuatur cum filo
serico forti quatuor vel quinque perforationibus
prout oportet Si vero umbilicus solus exierit post partum
firmatur tela gracilis dura et involuatur panno
lineo molli super ipsum et accipiatur pulvis
cribellatus thuris et confiatur cum albumine ovi
in modum mellis crudi et impleatur ex eo
umbilicus intus et liniatur extus et comunit-
tatur vz eciam adhuc pulvis supradictus / in aliis
fiat sicut prius

Emperica Communiter
operantes predicta faciunt suffumigia aromatica
et timiamata gallia muscata aliptamuscata et similibus
fetida vero per inferius et ex aliqua fetida parte liquida capilli
capitis fimo et similibus quoniam a proprietate matrix
prosequitur odorifera et fugit horribilia Preterea
suffumigium ex ungulis asinorum cuius est specialis
proprietas matricem ad se trahere et fetum mortuum e-
ducere licet sit de maxime fetentibus ut dicit Avic.
3° canonis fen xxi capitulo de eductione fetus vel secundine
Quibusdam eciam et praecipue carnosis faciunt emtaugi-
ma ex aqua frigida sine mora quoniam et si frigida
noceat matrici ano et omnibus nervosis partibus
brevius tamen in eo mora plus affert iuvamenti
per antiparistasim constringendo quam nocumenti per se alterando
quemadmodum et in tetano Item ordinat dietam
stipticam ex carnibus laudabilibus assis et piris
et coctanis et ovis assis et tortellis et vino rubeo
puro in causa frigida vel limphato cum aqua ex-
tinctionis calibis vel lapidis igniti et regimine sub-
tiliat quoniam frequens motus ad assellandum et urina
plurimum retardat curam Ex electuariis confert dyaca-
toniton dyamargariton dyarodon abbatis zucca-
ro in causa calida Unguentum stipticum sic fit Recipe
mumie balaustie aluminis nucis cipressi boli armeni thuris
mastici litargiri galbani bdelli sarcocolle masti-
ce sandali rubei ana ʒ ii in cerola cum oleo rosaceo vel mirtino
et cera sufficienti incorporetur fiat Et potest
addi ceruse si dolor fuit fortis

Canon Cum
annus et vulva ex natura sint frigida sunt et orificia
viarum expulsionis per hanc ad hoc opus fabricata
consequens est ut dicta capitulo de exitu ani pruri-
tu sublimiter suffragantur Similiter et cum pueri quia
exitus fit per essenciarum mollificationem necesse vide ut
cura paralisis conferat iuvamentum

Pronosticatio Est eadem cum pronosticatione exitus rec-
ti

Capitulum septimum de signis impregnationis et sexus fetus

Signa impregnationis certa prout est philosophi in arte hymnenali sunt
octo ut dicunt Rasis et Avic. capitulo proprio Primum
est vehemens adherentia vulve super virgam et sinus
corrugatio aput coitum virginitatis Secundum est sicci-
tas vulve post talem coitum maior debito et solito
ita quod in ea non reperitur humiditas quemadmodum
accidit labiis oris et lingue post cibum comestum
in fame plurima Et si quarto die vel quinto ante-
cessit purgatio menstruorum regularis atque comple-
ta erit verior eius significatio quoniam talis purga-
tio disponit plurimum ad conceptum Tercium est quod acci-
dit mulieri pigritia et tarditas et declinatio
ad sompnum Quartum quod si obstetrix digitum longum
miserit in vulvam repperiet os matricis adeo constrictum
quod neque stilus ingredi possit sine lesione ut dicit
G 3° de virtutibus animalibus Quintum est quoniam per dies
aliquot et praecipue post duos menses vel circa illud retinentur
menstrua et incipiunt mamille ingrossari et pa-
pille earum denigrari licet et retentio menstruorum quo-
busdam accidat statim a principio et praecipue in dulcibus et
exsanguinibus Sextum est quod post duos menses vel
tres advenit appetitus corruptus et nausea Sep-
timum est quoniam post menses illos fit stola et panni
in facie qui est color immutatio quemadmodum a sole
vel igne Octavum est urina subtilis praecipue circa
initium opilationis alba aquosa in mulieribus frigidis
et praecipue in principio Subtilis vero in calidis et praecipue

in processu conceptionis in summitate cuius est nebu-
la et est liquor eius diversi coloris sicut est yris
et in medio eius est stans coitum terminatum et
cum commovetur turbatur minime sed quanto magis processerit
impregnatio tanto magis rubescit et turbatur
Et est quoque in urinis pregnantium apparebunt
quedam granula ascendentia et descendentia
alba gracilia velut anthomi ut dicit Avicenna
primo canonis fen 2a capitulo de signis impregnationis
ex urina Et prima quidem signa sunt quatuor
predicta atque efficacia que non faciunt errare
cum simul fuerint Reliqua vero quatuor
dubia sunt et communia et probabilia Signa fetus
masculi sunt ut dicit ypocras 3a particula afforismorum bo-
nitas coloris in facie mulieris iuxta debitum
vel solitum et pluralitas appetitus coitus licet omni
mulieri accidat ardor et pruritus titillosus in
vulva post impregnationem et calore fetus et siccitate
vulve quem imperiti credunt desiderium coeundi
Similiter et ingrossatio mamille dextre amplior
et papille eiusdem rubificatio et sensatio gravi-
tatis in latere dextro et fluxus sanguinis ex nare dextra
et oculorum rubor et levitas ad motum Signa
fetus feminini sunt signa contraria que sunt pannus
faciei plurimus vel color pallidus seu plumbeus
et appetitus ad coitum et inflatio mamille sini-
stre amplior cum denigratione papille sue et
multitudo desideriorum malorum et fastidii et sensa-
tio gravitatis in latere sinistro et fluxus sanguinis
ex nare sinistra et plumbeitas oculorum cum
pigritia ad motum Signa gemellorum sunt com-
plicatio signorum omnium cum permixtione contrariorum

Experimenta Si mulieri detur ad potandum
sero post cenam cum vadit dormitum ℥ ij ydromelli-
tum ℥ ij aque pluvialis et senserit per noctem cor-
rosiones circa ventrem et precipue circa umbilicum tunc con-
cepit sin autem non concepit Et oportet ut ydromel con-
ficiatur ex partibus viij aque dulcis et parte j mellis
decocti mixtis non bullitis ut dicit Galienus Iste namque
torsiones premuntur ex eo quod matrix corrugata super
spinam moratur secundum longum et ingrossatur
secundum profundum quare comprimit longationem ne ven-
tositates egredi valeant que surgunt ab ydromelle
neque sit mixte femellitati quam bibit mellicratum ne
forte calor inflammatus terminet ventositates
Unde ypocras 5a particula afforismorum mulierem si vis scire
si concepit mellicratum cum dormitura est da bi-
bere et si quidem torsiones habuerit circa ventrem
concepit si vero non non concepit Istud tamen verum
intellige tribus servatis conditionibus Prima ne
sit apostema in intestinis vel ulceris vel humor acu-
tus Secunda vero ne sit vel constipatus et stercore plenus
Tercia vero ne mixtura excitata fuerit per diem sed tempore
prandii tunc namque sompnus et quies vero predicta
ventositate elevabunt a cibi plenitudine et
mellis cruditate ut verificat ubique commentator
Dicit preterea experti quod purgatio mulieris ante tempus
menstruorum per x dies et mixtum cum quarte parte
cum emplastris suffumigiis balneis suppositoriis per
superius aromaticis post menstruorum purgationem
per dies quinque et tunc circa coitum modo et ordine
convenienti et aput effusionem spermatis caveat

mulier ad se firmare cum inclinatione quadam
super latus dextrum faciat ad masculum generandum
super sinistrum vero feminam et hec omnia scripsimus
supra capitulo de facientibus ad impregnandum

Canon Affirmat Galienus in commento illius anforismi
quinte particule Mulier si quidem masculum etc. quod istorum
singularitate signorum predictorum est omni quasi certitudo
Patet namque splen mulieris esse calidior epate quare
fiet masculus in latere sinistro Patet etiam fetus ge-
rari statim a principio quare fiet femella in
latere dextro Patet etiam menstruum esse calidissimum
respectu spermatis ut ypocras predicte regule non
possit quare certum fiat femina in latere quocumque
Patet etiam feminam esse eminentis bonitatis omnique
quare semper fiet masculus Patet etiam fluxus men-
struorum restringi et appetitus diminui ex humorum
aggregatione frigidorum grossorum in stomacho venis et ma-
trice propter quod impregnetur Patet etiam venter propter mo-
la tumefieri Patet etiam color faciei propter laborem
alterari Patet etiam menstrua fluere hora impregna-
tionis geminie vel ctis prodis obstruatis ut dicit
Galienus in commento illius aforismi Mulieri in utero habenti
si purgationes exeant etc. Cum et si non a toto vaso
matricis saltem a venis que sunt in eius
collo Ex quibus omnibus autem eiusdem con-
cluditur ubi supra quod hec signa predictis non sunt
certa sed certum signum soli deo notum est quare me-
dicus in iudicio suo retineat presagium donec
certitudo cum multitudine clarescat signorum Sciendum
preterea quod gemellorum conceptio fit hora una ut
plurimum aput coitum in quo spermatis fortitudo et
multitudo gradatim impellitur ad matricem
velut buttella post buttellam et ipse cum recipitur
in cellulis diversis in quibus abundantia recepit
menstruum sanguinis attrahendi Raro quod fit per
superimpregnationem hoc accidit ex oris matricis strictu-
tudine prohibente et si fiat per superimpregnationem
fieri est possibile a prima die conceptionis usque
ad diem xlm et amplius quare et talis fiet eorum
exitus aput partum si aliquod ipsorum non acciderit
orbari Gemellorum autem multiplicatio vij numerum
non transcendit quoniam et plures non recipiunt cellu-
le seu interpositiones matricis notabiliter distincte
quarum tres sunt in latere dextro et tres in latere
sinistro Una vero in medio Verum tamen licet hoc
fit albe polligonum est tamen ut plurimum primum fetum ge-
nerans et nobilitate sue conceptionis quinque vero
duo vel tres pereunt orbentur quod si hunc novem transcen-
dent portati quod omnes vel plures orbentur vel mo-
riantur **Prognosticatio** Quinque causa est prognosticatio de abortu

Capitulum octavum de mola et inflatione matricis

Accidit quoque mulieribus post matricis
retentionem menstruorum plurimam vel aggre-
gationem spermatis et castitatem longam ut
appareant ventres magnificantur et surgant dis-
positiones omnes que sunt impregnate Et si quidem
hoc fuit a materia humorali mola dicitur Si vero
ventosa nuncupabitur inflatio matricis Signa
autem ipsius sunt signa distinguentia inter ipsam
et impregnationem que sunt quoniam in hac passione
est magnificentia ventris cum mollificatione
mamillarum et quoniam post menses quatuor non

sentit motus embrionis omo vel si sentit quasi
tactum lapidis de late sup latus et qm vectus g-
uitas est in directo sinus mag~ qz aput aliquod
latus quoru omniu qzra dispositio reperitur i imp-
gnate Et etius signu est ex post apparentibus
ut quia post menses ix non parit sz remanet
sic est vel si parit parit pz laborez plum frustu
carnis durissimu cui no est forma generata ex
congelatione vehementi matr~ pdictaru vel forte
emittit san- nigru grossum vel ventositati qua-
titatez ingentez et tunc residet venter et sanatur ~c
Methodus Cura eius e cura restrictionis
menstruor~ quam diximus et si non sufficiat
gradatim premat ad illa que puocant aborsu
que etiam suo iam diximus ca~ qm hec passio
sanatur non nisi calidis acutis subtiliantibus
et penetrantibus cu puocatione Et si in~a ven-
si cognoscat ex loci mutatione et sonor~ rauco~
multiplicatione insistent p intus et p extus
carminatiua dicta ca~ de colica pagrafo de
colica ventosa **Emperica** Accidit plerumqz
qz mola pz coitu mulieris singnece cu viro fri-
gidi spmatis quae attrahatur sanguis menstruo-
sus plurimus ad locu generationis et in rem duraz
carnosam condensatur pz qz a spmate valeat
regulari et deficit virtus informatiua spmatis
eiusdem et aput horam ptus vel prius egre-
ditur fetus orbatus Accidit pterea mulieribus
frigidis frequenter inflatio matricis post impregna-
tionez et ptum qm matrix et inmachi fuerint
p totu tpus impregnationis expansa remanent
pz ptum dure inflata sicut prius nisi cu em-
plis calidis et vaporationibus curatur que fiunt
ex ruta origano sinapi nigella cimino saluia
sauina serpillo ~z similibz **Canon** In cura
huius passionis calis oz ut obseruetur ordo p-
mo n~qz exhibeantur calida subtiliatiua per
supius in potu Pz dies uo tredecim vel circa id
applicentur calida mollificatiua in emplis
Deinde post dies quatuor vel circa id flobotetur za
phena pedis si corpus sit carnosum exhibeat
curatiua puocatiua p inferius Et h omnia scripsimus
ca~ restrictionis menstruor~ qz si pdicta omnia
no sufficerent balneet mulier diebus pluribz
ab umbilico infra in aqua decoctionis malue
altee fenugreci rute sauine nimpi mentastri na-
sturcij et ante introitum balnei p ij horas detur
ei et trociscus de mirra vel de gummis quos dixi-
mus ca~ eodem pagrafo de empiricis vel puluis
dictus ibidem cum vino albo veteri amaro et
egredietur qz intus est si deus voluerit ~c
Pronosticatio Mola si antiquata fuerit
vel p remediorum rationabilium administratioz nil
exierit matrim grossam difficilem portendit Mola
pterea si antiquetur ydropisim ascite induat
mortalem Post molam pterea raru est ut mulier
impregnetur qz si concepit vel abortit vel mor-
bidu fetum parit pp~ debilitatem matricis vehe-
mentez Mola difficilior e curationis qm infla-
tio Verumtamen si inflatio pduret curam non
recipit sz remanet p totam vitam qz si ipius
malicia pstinet ydropisi inducet ypamite ciorosa

Cam Nonu~ de prefocatione matricis
Accidit quoqz mulieribz pz retentionez menstruorum
diuturna vel abstinentia a coitu et pp~ si
fiunt multi sanguis et spmatis et inde corrupta
ut eius matrix grauitatez et lesioz patiens sensu
quoddam nali quo et omne membru spmaticu sue
calefacere sentit sibi nociua et si plerumqz sensu
careat animali ut apparet in pulmone et cerebro
et epate et renibus atqz splene quoru quidem
sibi non sentit sz nisi mediatibz panniculis eorum
corpulentia inuoluentibus similiter neqz adeps neqz
pinguedo neqz aliud membr~ calefacere sentit sensu
animali Matrix aut cu sit membr~ neruosum ultra-
qz significationi pdictam nocumentu patiens in
se constringitur et cu materiam p deorsum expellere ne-
queat opilatione phibente conatur sursum eice-
quae sentit mulier quoddam eleuari a sinistre ventris
usqz ad os stomachi quae comprimit dyafragma
et phibetur anhelitus et fit sincopis et cadit quasi
mortua et tunc no sentitur pulsus neqz anhelitus
vel difficile percipitur coto subtili naribus appli-
cato et quoqz suffocat et morit Et quoqz sanatur post
laborez et desperatioz Et hanc passioz vocant matricis
pfocationez Signa eius sunt signa epilensie pter
qz mulieri non deficit ratio sua neqz egreditur
spuma ex ore sicut in epilensia Cum accidit hec
passio subito et contorquent membra sicut in epi-
lensia et omnia signa distinctiua qui passioni
quibus corpus priuatur sensu et motu iam dixi
ca~ de appoplexia Et ualde significatio est quaz
ex relatione astantium patiens fecit qm antecessit
retentio menstruor~ difficilis vel abstinentia a
coytu post desideriu intensum **Methodus**
Cura eius duplex Una hora parisim~ que est
ut fricentur plante pedum vehementer cu sale
et aceto acutissimo et ligentur coxe ligatura
forti et fricentur labia vulue vehementer cu digito
vel cu candela noua habente figuraz virge inuoluta
panno lineo inbibita oleo nardino vel de lilio
in quo dissoluta sint iij grana musci vel ambre
vel in oleo balsami et pfundetur sz fricatio ut ta-
ngat os matricis et assiduet donec mulier sentiat
Et si non sufficit fiat fricatio cu condisi vel
pipe et ponatur ventosa magna sine scarificatione
sup pectine et vociferet in aure eius et suffu-
getur os et nares cu asa fetida vel pilis adustis
volua uo cu gallia muscata vel timiate Cura
uo alia est ante parisimu et pz que est ut puo-
centur menstrua grosse sicut docuimus et coeat
frequenter qz si coire noluit utatur omni die in cenodo
electuarijs et puluibus sperma diminuentibus sicut e
31 semine agni casti sumpta omni die cu aqua ca-
lida vel vino limphato et alia que diximus
ca~ de satiasi patrafo de empiricis et regimine sub-
tiliet in quali et quanto gresse **Emperica** Di-
cunt empirici qz aput parisimu nil melius reperies
quam ut vir cu muliere coeat et fricationem plonget
donec resurget et moueat Asserit pterea auic
3° cam~ fen xxi ca~ de educere fetus et secundine
qz pprium est fetidoru suffumigior~ p superius appositor~
et aromaticor~ p inferius hora parisimi matricem
deorsum trahere et eius superfluitates educere pter

ex vngulis asinorum quorum specialis est proprietas omnino
quasi matricem deorsum trahere et menstrua prouocare
siue per inferius siue per superius applicetur **Canon**
Non festinetur ad sepulturam talium nisi post dies
duos ut dicit Rasis quoniam post calor naturalis tanto tempore
in interioribus corporis occultari et a manibus frigi-
dis euitari propter quod sufficit licet exterius anhelitu
uel pulsu minime valeat deprehendi, propter hoc uero
tempus nulla uisa est suscitari **Pronosticacio**
Ex si per sternutatoria moueatur uel sternutet bonum est
ypo. ca. particula aforismorum ex libri que a matrice
molestatur aut difficulter generanti sternutatio supue-
niens bonum Item si post fricatum volue cum rebus
odoriferis sanguinis uel muchositas effluxerit
salubre Item si nichil prohibitum remediorum contu-
lerit post diem vnum ipsam derelinquas Item quanto
magis retencio menstruorum uel spermatis processerit an-
tiquata tanto periculosior fiet afflictio Item magis
accidit hec passio mulieribus sangwineis uel flatum
ex multitudine menstruorum Colitis uero ex sensus hominis
assiias ex debilitate et secundum fit magis in vere et yeme
minus aut estate et autumpno fit plera magis
corporibus delicatis et ociosis strictas venas habentibus
quam laborantibus cum latitudine venarum &c

Capitulum decimum de apostemate et cancro in matrice

Apostema omne fit ex decursu **matrice**
superfluitatum per venas capillares et arte-
rias in spongiositates membrorum debilium que
sui quantitate soluunt eius continuum et sui qualitate
alterant eius complexionem naturalem et sui substancia uirtutem
et operacionem membri decipit cum putrescunt Cum quoniam
matrix est membrorum solidum neruosum rarum est ut ma-
teria grosse in ipsam penetret ut plurimum aut sub-
tiles acute quare fit hoc apostema magis ex colera et
flate sangwine uel melancolia Causa uero antecedens est
retencio menstruorum uel plectoria corporis totius
Causa uero primitiua est sicut casus et percussio sup-
er alcatum et sinum ventris uel difficultas partus Signa
apostematis in matrice sunt febris continua acuta valde et
pulsus velox spissus. similiter et anhelitus et vrina
pauca rubea uel citrina uel nigredo lingwe cum
dolore capitis et alienacio uelut in frenesi quoniam
matrix cerebro neruis pluribus est colligata Et eciam
significacio est ex dolore circa sinum ventris et alcatum
dorsi et difficultate egestionis et vrine Ista namque
sunt propria signa matricis apostematis testante Rasi et Auicenna
vnde ypo. ca. particula aforismorum In anno flegmas paciente-
rum quanto magis calidior fuit signa fiant forciora
quanto uero frigidior remissiora Terminatur autem
hoc apostema quemadmodum et stomachi uel epatis aliorum
que membrorum, aut enim resoluitur aut saniatur aut
indurescitur, et si induretur aut per congelacionem et hoc
est ut multum Et si quidem per adustionem, aut antiquatur
adustio et vltimatur et tunc cancer appellatur,
aut uero antiquatur neque ultimatur adustio et fit
apostema durum uel scliros nuncupatur Est namque sclio-
sis apostema durum cuius subtile resolutum est et grossum
remansit non adustum Cancer uero est apostema durum
calidum cuius subtile exalauit et grossum adustum
est in cinerem et melancoliam viscosam Et cancer quidem
curacionem perfectam non recipit nisi cum abscisione mem-
bri totalis si fuerit membrum possibile truncari sin autem
membra vicina putrefaciet et mortem finaliter
inducet Et sic apparet quod cancer censetur ad apostema
calidum induratum, communiter et frequencius fit per se in-
cipiendo ex congelacione materie non naturalis aduste in
membro quocumque Signa autem cancri decimi predictorum
omnium et tempus mensuratur plene iam diximus in
capitulo de apostematibus stomachi et epatis propter quod signa cancri
sicut hic dicenda Signa igitur cancri in matrice
seu membro alio sunt quoniam siue fiat consequendo
siue per se incipiendo ex a principio rei Et quoniam
incipit res nigra uel liuida dura uel fabam uel
cicer cuius circa radicem venas nigras uel liuidas
tamquam membro vehementer insertas per quas
melancolia adusta fluit ad locum cum ardore et pulsacione
et prurituum hee vene sunt cause quare cancer
non curatur perfecte nisi cum membri mutillacione
Cum autem cancer confirmatur atque antiquatur
aperitur et ulceratur et virus fetidum plumbeum
subtile fedum corrosiuum emittit quare gradatim
non subito partes vicinas tamquam corrodit et
membrum et eius operacionem destruit et demum aliorum
donec finaliter membra destruat nobilia et mor-
tem inducat Sunt autem eius labia inde alba mol-
lia velut ulceris sanniosi sed dura liuida tuberosa
uelut ulceris fistulosi et non differt hoc apostema a lepra
propter aliqua causa essencialium sed solo subiecto
quoniam ut ait Auicenna libro 4 fen 3a capitulo de significa-
cionibus lepre Cancer est lepra particularis
et lepra uero est cancer vniuersalis corporis totius Et hic
quidem cancer sicut in capite dicitur a modernis
noli me tangere, si uero in pectore seu ventre dicitur
herpes estiomenus, si uero in extremitatibus et precipue cru-
ribus dicitur lupus vel In facie noli me dyes in
partibus herpes Si sit exterius dicitur esse lupus Et
licet cancer accidere sit possibilis cum membro simocem
tamen de ipso parum diximus facere capitulo proprie propter
matricem esse receptaculum superfluitatum pessimarum
ex quibus et cancer generatur **Methodus** Cura
apostematis in matrice est ut a principio fiat flobotomia
diuisiua de basilica dextra uel sinistra in bra-
chio prout dolor ad alterum laterum declinatur et extra-
hatur sangwis pluries si virtus tollerat et corpus sit
carnosum, sequenti uero die flobotometur zaphena pedis
et adhibeantur repercussiua per intus et extus fre-
quenter Iniciatur ergo per vuluam cum clistere aqua decoctionis
plantaginis solatri semperuiue lenticulae extremitatum
uel bis cocturum prima aqua reiecta postquam in ea dis-
solutum fuerit aliquid olei rosarum et mucillaginis psillii
uel camphore Inungatur eciam sinum uentris et
vulua tota usque ad profundum ex vngentis popu-
leon subtiliato cum modico olei rosarum uel lactis
papaueris in quo camphora et psillium fuerint
dissoluta Empletur eciam ex rosis violis plantagine
extremitatibus rubi solatro semperuiua malua coctis
in aqua perfecte deinde expressis et pistatis perfecte
et incorporatis cum oleo rosarum et farina ordei Epitheme
eciam locus intus et extra cum aqua rosarum in qua
dissoluta sint camphora et puluis sandali Sedeat
illis diebus in aurora sirupum rosarum uel violarum cum
aqua frigida, detur post dietam zuccaro rosarum uel violarum
cum sandali rosata nouella et similibus Nutriatur
lactuca portulaca pulmento auene uel ordei

condito cum aceto. Sorbeat vero tali casu, bibat aquam ordei vel aquam decoctionis prunorum damascenorum citorum vel pomorum sapidorum. Unde aqua frigida parva crudificat apostema et regatur cum frigidis per dies quatuor donec calor et febris mitigentur et apostema evitetur si fuerit possibile. Si vero dolor capitis vel insompnietas affuerit sufficiat sicut fuerit diximus capitulo et si non aliter saltem cum narcoticis ut scripsimus cum de frenesi loquebamur. Si vero per hec omnia non evitetur apostema primo febris et dolor augmentari reperiunt tunc post diem quartum et confirmato apostemate utendum est resolutivis modo et ordine quem scripsimus de apostemate supra. Cum vero dies aliquot transierint neque dolor cessavit et resolutivis sciatis quia apostema tendit ad collectionem quare procedendum erit ad maturativa et saniei generativa prout diximus ibidem, et facta iam sanie atque dubellatione sollicitandum est de ulcere et ruptura si apostema per se ruptum non fuerit neque sanies neque sanguinis egredi fuit visa per vulvam, et ultimo procedendum erit ad abstersiva mundificativa ulceris sicut est aqua mellis iniecta cum clisteri. Deinde ad cicatrizativa et consolidativa que dicentur capitulo de ulceribus in matrice. Si vero febris et dolor minorari reperiunt post quam visa sit evacuatio sensibilis omnino et non remaneat tumor et concavitas circa finem que quadam tactu percipitur si sit magna tunc ad mollificativa te transferas quoniam apostema sclirotisatur, et hec omnia scripsimus plene predicto capitulo. Et si tibi notum fiat apostema indicatum fore cancrum ex signis que iam docuimus tunc cum matrix abscindi non possit propter eius in interioribus corporis latitudinem egrum desperatum delinquas quoniam ut ait ypo vi particula aforismorum: Quibuscumque absconditi cancri fuerint non curare melius est, curati namque citius pereunt, non curati vero multum tempus perdurant. Unde si egro placuerit curam facias blanditivam atque in brevis dilativam que est ut egrum dormire non permittas quantum sit possibile et ab omni re calefaciente defendas, corpus eius mundifices semel vel bis in mense cum medicinis lenibus evacuativis melancolie adustam ut sunt sene epithimum et similia que diximus capitulo de melancolia. Et ungatur locus cum unguento albo et camphora et cerusa, vel cum unguento albo nicolai [illegible] vel unguento cum populeon et lacte papaveris et similibus frigidis repressivis et balneetur quoque et ipse apud dolorem in aqua dulci decoctionis seminis lini fenugreci malve violarum rosarum psillii et altee, et prohibeatur a rebus melancoliam generantibus ut sunt carnes salite caseus antiquus lentes caules aceto agresta piper sinapis allia vinum rubeum vinum vetus amarum, et regatur dulcibus subtilibus ut sunt ova pullorum vinum album aquosum carnes elixe cum lactuca et cucurbita et similia. Cum autem cancer ulcerari reperit est in ultimo malitie. Et igitur uti convenit lenientibus frigidioribus predictis quoniam dolor sit fortior. Addatur ergo in unguentis predictis aliquid opii vel iusquiami vel mandragore, et si additur aliquid [illegible] prohibebitur membri mortificatio ex stupefactis et [illegible] ficabitur operatio, et in hoc casu multum confert

iniectio collirii albi cum lacte mulieris quod scripsit auctor Rasis in capitulo de obtalmia quoniam ulcerationem retardat et dolorem mitigat evidenter. Et si fuerit cancer humor in membro aliquo exteriori convenit in finibus et eius labia circumquaque cauterizari cum ferro ignito quoniam esturam faciet et ambulationem ipsius refrenabit. **Experta.** In apostemate matricis convenit subvenire accidens timorosum scilicet retentio stercoris et urine dolorosa. Cui succurratur cum potione egri in balneo aque dulcis vel aque decoctionis malve altee camomille fenugreci seminis lini quoniam ventrem lenificat vias elargat et dolorem sedat, et prohibeatur hora illa eger a potu donec urina et egestio egredi videantur, et cum balneo uti convenit in cura resolutionis et precipue ab umbilico infra. In cura vero repercussionis simul et in cura maturationis nequaquam. Unguentum quod inunctum circa finem et altatim et suppositum cum lana vel coto intra vulvam, durities matricis omnes mollificat sic fit. Recipe adipis anseris anatis galline ana ℥ i butiri recentis ʒ iii armoniaci bdellii ana ʒ s olei de semine lini vel de camomilla ʒ ii dissolvatur gumme in oleo et liquefiant cum adipibus et butiro ad ignem in tazola, postea coletur et reservetur, et si vis actuare adde galbanum oppoponacum ana ʒ s. Item unguentum mollificativum si aliud presto non sit conficiatur ex dyaltea parte i populeon parte s butiro et adipe galline parte ii dissolvendo butirum et adipem simul ad ignem, postea deponendo ab igne et dyaltea et populeon incorporando preste cum eis. Et si volueris actuare dissolve gummas predictas in butiro et adipe ad ignem et fac sicut prius. Emplastrum mollificativum conficiatur ex malva bismalva altea absinthio [illegible] ana m i semine lini farina fenugreci semine altee ana parte i farine ordei quantum volueris coctis omnibus in aqua et pistatis preste et incorporatis cum oleis et adipibus iam dictis et actuatis cum gummis ex eisdem et actu tepidum extensum super pecia applicetur ventri ab umbilico infra cum renovatione frequentata postquam reperit infrigidari. Fomentatio seu balneum refrenans malitiam cancri nondum ulcerati tempore longo fit ex aqua decoctionis nenufaris violarum papaveris psillii foliorum populi et salicis extremitatum bliti et rubi rosarum plantaginis semine altee faciendo ex ea encatisma vel infundendo in ea pecias lineas molles et actu tepidas frequenter ponendo super cancro quoniam maxime mollificat ardorem reprimit dolorem mitigat et ulcerationem retardat, licet cancer frequenter nequeat curari nisi cum restitutione totius membri. Unguentum album de camphora et cerusa refrenans malitiam cancri iam ulcerati sic fit namque ei est in hoc simile. Recipe olei rosarum ʒ iiii cere ʒ i dissolvantur ambo simul ad ignem in tazola. Deinde ab igne deponantur et in paropside munda ponantur et cum eis pulvis iste incorporetur. Recipe ceruse plumbi usti ana ʒ v litargiri ʒ ii storace argentea [illegible] dragma i camphore ana ʒ i [illegible] miscendo cum spatula donec fuerit inspissatum et infrigidatum. Deinde misce cum eis duo albumina ovorum bene conquassata et incorporata. Hoc namque unguentum mirabiliter reprimit ardorem, ulcerationem diminuit. Et si non fuerit ulcus cancri

consolidat ulcus penitus. Et si fortificare volueris in-
frigidando cancrum et dolorem mitigando adde opii
semina xii iusquiami xxiiii mandragore ℥ i et tunc
ultimas eius bonitas in reprimendo cancrum ulce-
rosum et mortem hominis differendo **Canon**
Cum matrix et stomachus atque vesica sint membra
spermatica nervosa cartilaginosa dilatabilia et constrin-
gibilia continua mediorum collectiva facta per naturam
atque acuta sentencia. consequens est ut cura
apostematis primus multum sit utilis tunc apostematis al-
terius si propria propriis applicentur. Verum in hoc videtur
differentia quia stomacho magis conferunt mixta remedia
pro superius matrici vero et vesice pro inferius quoniam
vie brevitas virtute custodit viatoris. Est et differentia
alia quia cum stomachus sit membrum nobilius
in eius emplastris magis sollicitatur oportet de virtutis
custodia cum stipticis. In matrice vero et vesi-
ca resolutivis uti convenit fortioribus cum corpora
situs sit in profundo corporis per distanciam longam
ab epate et corde. aut membris nobilibus qui-
buscumque **Pronosticacio** Apostema matricis si ter-
minetur per resolucionem salubre, si per saniacionem diffi-
cile, si per induracionem mortale. Cancer in matrice
seu membro alio interiore sive recens sive
fuit antiquatus mortale. Et si in brachio vel
crure mors effugitur non nisi per membri trun-
cationem. Si situs et urina retineantur et dolor
ultimetur neque per se neque per artem subito moriet
mortale. In apostemate preterea melius frigiditas extremi-
tatum vel sudor primus frigidus circa frontem
et tempora mortale quoniam apostematis multitudinem
et virtutis naturalis angustiam demonstrat. Item aliena-
cio fortis cum instancia vigiliarum que per arte
removeri non potest infra diem iiii mortale quoniam apostematis
confirmacionem et virtutis animalis lesionem consignat.
Item apostema accidens in matrice tempore impregnacionis
interficit matrem vel fetum vel utrumque et precipue si fuit
confirmatum. Unde ypocras 5ta particula aforismorum
Si mulieri pregnanti erisipila in matrice fiat mortale

Capitulum undecimum de ulceribus et ragadiis et emorroidibus in matrice

Ulcera fiant in matrice aut per se incipie-
ndo et tunc fiunt ex materia calida corrosiva
ut sunt flegma salsum et humores adusti, aut
consequendo ad apostemata in matrice et tunc fiunt
post emanacionem apostematis ad saniacionem et rupturam. Signa
ulcerum in matrice sunt ardor et dolor in vulva
cum pruritu. Primo quidem titillosus quemadmodum
in satiasi. post hoc vero cum fortificatur acuto pun-
gitivo et forte nichil egreditur sanies nigra
livida viridis zenosa fetens. et tunc ulcus appellatur
et forte egreditur sanguis niger grossus. et tunc
emorroide matricis appellantur. Et si quando fiant
per se incipiendo apparebit precedens signorum apostematis
in matrice. Si vero consequendo fiat antecessit signorum
apostematis saniosi in matrice dicta capitulo precedenti. Et
signa quibus distinctiva ulcerum matricis et vesice
sunt. quoniam si sunt in matrice apparebunt excreciencie se-
parata ab urina et dolor sentietur in profundo pectinis
et ingrabitur color albus in rebus. Si vero in vesi-
ca fuit apparebunt excrecia commixta cum urina
et dolor sentietur magis aput anteriora vulve et
multiplicabitur color albus in rebus excrementibus
et alia accidentia diximus capitulo de scabie in vesica
Methodus Cura ulceris in matrice quod
sit per se incipiendo est ut a principio digeratur
materia acuta cum sirupo de fumo terre que diximus
capitulo de pruritu et scabie libro 2o. Post hoc pur-
getur bis vel ter de vii in vii cum apozimate
quod fit Recipe senes epithimi mirabolanorum citrinorum
et indorum ana ℥ s bulliat in aqua dulci decem
manibus furfuris diligenter et aqua coletur et detur
ex ea ℥ iiii vel v in aurora prius dulcorata sunt
cum zucaro aut tamarindi vel melle rosaceo. Remota
causa antecedente removeatur corruptio mundificetur
ergo locus cum clisteri quod fit Recipe rosarum siccarum florum
camomille farine ordei ana p. i. semine furfuris
ana ℥ s bulliant in aqua pluviali et modico
vini pontici. coletur et in colatura dissolvatur
aliquid mellis et terebentine iterum parum bullien-
do et colando et tepidum frequenter mittendo
per vulvam donec sanies et sanguis mundetur. Si aut
dolor et mordicacio ulceris fuerit augmenta-
ta adde in decoctione prima semen iusquiami et
foliorum eius et papaveris et psidie ana m. i. in co-
latura vero adde ii vel iii vitella ovorum et cum
eadem aqua fiat encatisma ita ut in ipsa se-
deat et moretur hora doloris vehementis. Deinde
mundificetur cum unguento quod fit Recipe sar-
cocolle ℥ s dissolvatur in aqua mellis ad ignem
in cazola et incorporetur cum eis farina fenugreci
et farina ordei donec fiat sicut mel tuccens
et in eo involvatur licinia et cum tenta intromit-
tantur in profundum vulve et circa ea placenta refri-
gerentur et postea extrahantur et quandoque cum bom-
bace extergantur et sic successive fiat donec
penitus locus exiccetur. Deinde vero consolidetur
cum unguento stiptico quod fit secundum Rasim in divi-
sionibus capitulo predicto Recipe tutie lapidis ematitis
aloes pulveris terre sigillate ana ℥ s terantur
omnia et cribellentur et si volueris appone ce-
ruse spargatur de hoc pulvere super ipsum omni die
bis. Et si ipsum fortificare volueris adde boli ar-
meniaci sandaraca terre sigillate et similium. Si vero fuit
profundatum consolidetur cum succo plantaginis vel
consolide maioris in modum unguenti et imponatur
cum licinia et consolidetur cum aqua decoctionis
corticum granatorum et balaustie et gladioli et [illegible]
in modum clisteris et tepidum iniciatur omni die
bis et in ipso interim sepius balneetur. Abstineat
a coitu prorsus donec consolidacio compleatur
similiter et a rebus urinam provocantibus acutis.
Cura ulceris in matrice quod fit consequendo
ad apostema saniosum in ea est ut postquam ruptum fuit
apostema per se vel per artem ut forte per compressionem
et motum corporis et descensum velocem gradum vel
saltum donec visa fuit sanies egredi per
vulvam et sanguis, tunc in potu sumat aquam
decoctionis seminum diureticorum calidorum vel frigi-
dorum prout se et virtus consenserit quoniam mundi-
ficat ulcus cum virtute. et hoc fiat tot diebus
donec sanies et sanguis moretur. Deinde
consolidetur cum incarnativis predictis et detur
omni die in aurora prius trociscis ex trociscis

de karabe dictis tamen de unctu sanguinis cum aqua decoctionis acatie et plantaginis uel vino rubeo in quo zuccarum rosatum fuit dissolutum **Emperica** Medicina bona mundificatiua ulceris similiter et incarnatiua scripsimus cuius iam diuisis scilicet tractatu de ulcere in aure et tractatu de fissuris labiorum oris et tractatu de ragadijs in ano ergo dicta cum illis adhibetur **Canon** Cura omnis ulceris dupliciter intentione perficitur Prima scilicet mundificandi cum callidis acutis ripticis abstersiuis secunda uero incarnandi cum stipticis stipticis conglutinatiuis Est et intentio 3a localis que est doloris mitigatio cum resoluentibus debilibus anodinis et hec omnia plene iam diximus talibus predictis **Pronosticatio** Ulcera in matrice rarius fiunt consequendo utplurimum uero pre incipiendo sollicitandum in moderatione doloris quia si perdurauit se ethicam induceret Ulcus si antiquetur fistulam preter timorosa ulcera matricis a principio prohibet conceptionem si uero pregnanti superuenerit faciet aborsum nisi illico subueniatur quia uirtutem expulsiuam stimulat queadmodum et tenasmus

Expleta est Sectio Tertia

Incipit Sectio Quarta

Peruemiendum uidetur ad curam passionum contingentium circa ramos corporis quam precipuum eorum que circa stipitem accidunt et radicem descripsimus remedia posse Uocamus autem ramos corporis manus et brachia et crura et coxas atque pedes Uerum quia diuinum auxilium cognouimus presentis laboris initiatiuum fore atque productiuum adhuc itaque deuoto deum precamine gratiam eiusdem postulamus quatenus scribentis calamum dignetur ad finem uoluntarium ducere uim Auerrois septum vij colliget orantes ut deus nos ab errore custodiat et oculos nostros illuminare dignetur **Sectionis quarte Tractatus est unicus cuius sunt sex Capitula**

Tractatus iste ultimus sicut in libri totius prohemio diximus concordans est fen ultime 3i canonis Auicenne cuiusquidem ordinem nobis per huius primi librorum placuit obseruare Passiones autem de quibus in ipso dicemus sunt que accidunt in extremitatibus membrorum et sunt in numero sex Prima quidem ramex et hernia 2a uero arthetica 3a uarex et elephantia 4a dolores spondilium dorsi 5ta gibbositas 6ta labores spontanei currentes per musculos qui sunt in ambitu totius corporis **Capitulum primum de ruptura sifac et ramice**

Sifac est panniculus id est herma magnus rotundus stomachum epar et splenem atque intestina omnia totaliter amplectens et obstat ipsum natura solidum fabricauit que Auicenna periton nuncupauit Ab hoc igitur panniculo circa duo inguina duo alij oriuntur panniculi in corporibus uidrum figuram duorum cornuum habentes qui didimi nuncupantur ita ut cornua eorum panniculo sifac affigantur et basis per de inguina descendentis deinde testiculis ambobus circumducta per orbem osseum constituat uel bursam testiculorum Accidit autem plerumque et precipue in pueris et humidam complexionem habentibus siue per naturam siue per dieta impinguatiuam ut sifac predictum dilatetur uel etiam rumpatur predictis locis et inde descendant per diuidum et osseum et malam compositionem faciunt cum tumore et inflatione inguinum et testiculorum Et si quidem sifac dilatetur prout quod rumpatur ramex uel hernia nuncupatur si uero rumpatur ruptura sifac appellatur Et si rumpatur tunc illud quod descendit aut est intestinum generale aut sifac adipinum Est autem zirbus panniculus unctuosus latus extensus super stomachum et intestina ut eorum congreget naturalem calorem et ad interiora reuerberet et a frigore aeris continentis defendat cum sint membra naturalia modicum extra se calorem habentia licet non nisi per calorem operentur Si uero dilatetur prout quod rumpatur tunc res que descendit aut est aquositas et tunc hernia aquosa dicitur aut est uentositas et tunc hernia uentosa dicitur aut est humor frigidus qui si antiquetur conuertitur in carnem et duriciem affatam et condensatam et tunc hernia carnosa dicitur Signa autem distinguentia inter herniam et rupturam sunt quia in hernia non fit dolor quando res manibus sursum ducitur per diuiduum in uentrem uel quodlibet contractatur In ruptura uero fit dolor et augetur magis si res que descenderit fuit intestinum quia membra neruosa habent sensum acutum et tumor ibi est et res que descendit prout nunc dicemus Similiter et ex figura quia in ruptura sifac apparet tumor et inflatio circa inguina cum patiens stat erectus In hernia uero non apparet inflatio et nisi circa bursam testiculorum Signa uero propria rupture sunt quia si egrum resupinatum preceperis iacere et ancis papitatis atque capite depresso et rem in osseo contentam duxeris sursum per diuiduum manibus comprimendo redibit aut tota aut pars eius cum difficultate multa et sine rugitu omnino uel pauco ita tamen ut zirbus fuit tumor testiculorum et inflatio fiet mollior et subtilior ante reductionem et dolor rugitus minor Si uero intestinum fuit tumor et inflatio fiet tangibilior et grossior et apud reductionem dolor et rugitus maior Signa uero propria hernie sunt quia si egrum resupinaueris sicut prius et rem reduxeris redibit aut tota aut pars eius cum facilitate et rugitu plenio uel mediocri ita tamen ut si uentositas fuit fiat plenior rugitus apud reductionem et tumor et inflatio testiculorum dura que tactum uix cedit et sonat cum tangitur ante reductionem Si uero fuit aquositas fiet rugitus mediocris apud reductionem et tumor et inflatio testiculorum immensa ualde et mollis splendens sicut facies ydropicorum et urina que mingitur fiet pauca Si uero fuit humor frigidus conuersus in carnem ad tactum percipietur res dura inter testiculos et osseum mobilis habent inde neque reducatur quantumcumque comprimatur **Methodus** Cura rupture duplex est una quidem cum incisione et cautio didimi penetrante et ipse si fuit difficilis antiqua et habet cirologis delinquo Alia uero medicinis stipticis constrictiuis et ipse si fuit parua recens facta curationis et hanc prosse dicemus Euacuetur igitur a principio intestina omnia cum suppositorijs et clisteri

lenitiuo iniecto bis una die postea ponatur eger
in aqua dulci tepida tempore longo donec di-
dimus et intestina fuerint complete mollificata
deinde resupinetur super lecto suo anchis eleuatis
et capite depresso et reducat intestinum zirbum et in-
testinum sursum per didimum in ventrem paulatiue pa-
rum post parum donec totum reducatur Tunc igitur ponatur
super locum rupture emplastrum sequens quod est Recipe thuris
masticis gummi arabici dragaganti ana ℥ ii boli ar-
meni sandali aloes mirre ana ℥ iiii acacie gallarum cipressi
glandium psillii ana ℥ vi aristologie longe bdellii gal-
bani sarcocolle resine picis naualis induratae ana
℥ v colofonie minium picis consolide ℥ i
consilie sic infundantur bdellium et visticus et galbanum
et sarcocolla in aceto vini tribus diebus vel pluribus fu-
statim fuerint incisa deinde extrahantur et cum resi-
na et pice naualis et colofonia dissoluatur ad ignem
simul in tegola et postquam liquefacta omnia deponetur
ab igne et incorporetur cum eis puluis aliarum rerum
subtilis cribellatarum et fiant magdaliones sicut in
emplastro apliton quorum unus mollificetur ad ignem
lentum et extendatur super pecia linea molli et adhuc
calidum ponetur super locum et plumaceolo duplici sup-
posito cum fascia lata fortiter alligetur et sit pluma-
ceolum latum ne faciat rupturam dilatari et
dimittatur per x dies Et eger omni tempore iaceat supinus
in lecto post dies vero decem dissoluatur et item reno-
uetur sicut prius et post dies v dimittatur et tunc
item renouetur et sic fiat donec ruptura perfecte
consolidetur Dietetur cibis et potibus supradictis fa-
mosis sed quoque medullis et oleribus ventrem leni-
ficantibus vel leniatur cum suppositorio vel clisteri
sicut docuimus capitulo de stipticitate ventris paragrafo
de empiricis Et cum sanatus fuerit abstineat a cra-
pula ipse neque stet neque moueatur super cibum vel
potum ymo sedeat vel resupinetur donec cibus in
stomacho fuerit semidigestus Abstineat a nucibus et
piscibus et carnibus pinguioribus et balneo aque
dulcis tepide et omnibus mollificantibus Abstine-
at etiam a leguminibus et rapis et omnibus ventosis
Abstineat a coitu et saltu et vociferatione forti et
luctamine forti violento et cursu veloci pro eo
quod omnis labor cum quo retinetur anhelitus et in-
testina conquassantur dilatat rupturam si est et facit
si non est Et caueat si quoque coire voluerit fiat non
nisi in ieiunio et fecibus expurgatis et ventre
undique stricto vincto cum fascia lata Cura hernie
aquose est ut si sit parua recens facilis emplentur
testiculi cum emplastris calidis resolutiuis de scrofi-
bus dictis capitulo de propriis paragrafo de ascite Si
uero fuerit multa antiquata difficilis perforetur bur-
sa testiculorum in loco commissure duorum testiculorum
perforatione penetrante et utroque cum tenta aurea
uel ferrea ignita quoniam si fuerit cum flebotomo redibit
hernia post dies aliquod nisi subsequatur cauterisatio
et extrahatur aqua paulatiue de die in diem
sed non tota subito ne forte accidat sincopis atque
mors neque consolidetur donec aqua perfecte e-
uacuetur Retinet etiam quoque non cadit timor re-
cidiue volumus aptum cum filo lineo vel seri-
co traducto cum clauet omni die bis de extremo
in extremum refutato Dietetur sicut ydropicus
undique Cura hernie ventose est ut si sit recens
facilis emplentur testiculi cum emplastro carmina-
tiuo dicto capitulo de colica paragrafo de colica ve-
tosa Et dietetur sicut dictum est illic Si vero fuerit
antiqua difficilis curetur cum perforatione iam dicta
quoniam sicut in aquosa dominatur aqua super ventum sic
in ventosa dominatur ventus super aquam neque esti-
mandum est in corpore hominis aliquem super altero
reperiri cum eadem sit ibidem efficiens scilicet calor dimi-
nutus eadem quoque materia scilicet humor frigidus ut dictum est in tractatu de
accidente et morbo Cura hernie carnose est
ut si sit parua mollis et facilis empletur cum
emplastris mollificatiuis simul et resolutiuis di-
ctis capitulo de apostemate stomachi paragrafo de apostemate
eius duro Si vero fuerit magna dura difficilis
excorietur cutis undique et extrahatur et
labia cutis consuantur et cum unguentis cica-
trizatiuis consolidentur dictis capitulo de ulceribus
in ano et capitulo de fissura labiorum oris et capitulo de
ragadiis in ano **Emperica** Emplastrum ad
rupturam pitrion expertum sic fit Recipe picis naualis
aloes masticis gallarum ana ℥ i boli armeni ℥ iii
litargiri cere ana ℥ ii rasine colofonie galbani
ana ℥ iiii fisci quercini vel scorie eius si corpus fuerit
℥ i gipsi ℥ ii aristologie longe et rotunde ℥ i mirre
thuris ana ℥ vi terbentine ℥ i sanguinis hominis
℥ ii consilie sic decoquatur vellus arietis cum
pilis sicut abstractum est ab ariete in aqua pluui-
ali deinde coletur et in colatura coquantur res
supradicte bene et fortiter continue miscendo et agi-
tando cum spatula ne comburantur deinde coletur
et fiat ex rebus emplastrum et ex liquore epithima
cum lana porcina infusa in eo et expressa vehementer
donec sicca perfecte fuerit et calida firmetur super locum
Emplastrum expertum ad herniam aquosam et ventosam scripsi-
mus capitulo de apostematibus virge et testiculorum paragrafo de
empiricis illic recurrat **Canon** Est quoque ci-
sifat aput didimum est fortis ac solide tor-
ture quae accidit in humidi corporibus ruptu-
ra vel dilatatio aput umbilicum et proprie si mo-
tus laboriosus aut casus aut percussio ante-
cedat et talis rupturam ut plurimum periculosa est et mor-
talis Sciendum preterea quod in corpore debili
vel delicato et proprie cum ruptura est magna
antiquata difficilis sufficit cura blanditiua que
est ut patiens locum rupture faciet cum pluma-
ceolis duobus inferiori quidem molliori ex bom-
bace superiori vero duriori ex lana vel pilis cum
cingulo braccali omni tempore firmando per dies
residues vite sue **Pronosticatio** Ru-
ptura si fiat in pueris et mulieribus et omnibus
humidam complexionem per naturam habentibus et proprie sanguini-
neis carnosis est facilis curationis In adul-
tis vero et senibus vel siccis per naturam difficilis
Item rupturam recens parua et in qua adhuc
nichil descendit in osseum sed tunc solis in ig-
nibus inter accidit facilis est curationis An-
tiqua vero magna et in qua testiculi vergi-
ma sunt inflata difficilis Item hernia aquo-
sa pronunciat ydropisim ascitem ventosa vero
timpanitem et ex hoc consequitur quod aquosa
deterior est ventosa sicut et ascites deterior est

tympanite Concluditur ergo in hernia aquo-
sa peccare 2a digestio in ventosa vero digestio prima
quare sicut in aquosa oportet ut rectificetur epar cum
vngentis et emplastris calidis superius ita et in ven-
tosa stomachus cum eisdem et ipsa quidem plene docuimus suis
locis Item hernia aquosa antiqua magna uel-
de cum vrina pauca rubea uel diuersos colores
habente secundum regionem infimam et supremam mortale
Item pronosticato ydropisis defuit plenum tractatus presenti capitulo

Capitulum secundum de passione arthetica

Dolor articulorum simul cum eius speciebus
Scripsimus supius canones
uniuersales in cura febre tiane cuiusuis digentes medici
in administratione debita cibi uel medicina tractatu de cura
ſe putridarum in generali Cetij illic dictis generalibus videntur
duo specialia p̃nti tractatu apponenda Quorum primum est de
hora cibationis in hac fe Ubi sciendum quod prout colli-
gitur ex mente auctorum et ipsa docente Cibus debet
offerri ante parosismum regulariter duabus horis ad minus
uel iiij ad plus prout egri virtus digerens uel cibi qua-
litas et quantitas postulauerint Dico aut regulariter
quia est cum in principio parosismi cibus competit tunc
scilicet cum vomitum intendimus puocare est et cu in medio
parosismi scilicet tunc cu virtutez ex mansiona seu morsu
cole destitutam volumus confortare Uom inter hos cibus
tradit dica secundum substantiam et quantitatem quia primus oz
ut sit ex oleribus uel leguminibus et primus atque
undosus, 2us uo ex mica panis infusa in aqua
frigida uel aqua granatorum in quantitate uelut pruna
Et nũs quidem cibationum regularium ē inter parosismum
et parosismum est ut ter uel quater reficiat vigilantia
si virtus sit debilis et consuetudo crapulosa et ma-
fe plenitudine uel non pura oz ut quatuor vicibus
cibus offeratur Primo quidem iiij horis post desinentia
parosismi Deinde uo transactis x horis dabitur 2us deinde
iterum transactis x 3us quare dabitur cibus quartus tribus
horis ante principium parosismi futuri cu in zanaria
tempus parosismi sit xii horarum ad plus, tempus uo qui-
etis xxxvj horarum licet ut plurimum tempus parosismi apud
quosdam febricitantes hac fe viij horarum reperiatur et
tunc inter cibationez et cibationez tantum post spacium xi horarum
et ex hoc exemplo distinguere potest horas tam cibationum
cum vicibus siue ter siue quater cibus fuit offe-
rendus hoc diligenter obseruandum ut cibus inclusiue
elongetur a principio parosismi quia est res conferens in cura
fe porcionalis Decimationis si victimari oporteat
non erit adeo rendum quia ut ait ypo primo regis
acutorum illico post parosismum cibus dari potest cu calor
se ad caltaneu declinauit et hoc quidem ē cu hora
declinationis nondum plene transiuit Secundum autem
speciale addendum ē de hora euacuationis in hac
fe quod ē ut non detur medicina laxatiua in die parosismi
sed quietis ne forte motus periodi impediat motu
medicine et ne forte duplici labore fatigetur et utile
consiliu videtur ut non fiat euacuatio cu mirabolanis quia
soluendo ventrem inducunt stipticitatem similiter et zoda
que sunt causa malicie in quantum fe

Pronosticatio

febris tertiana uera non durat ultra septem parosismos primo
ut plurimum insita terminatur prout cola fuerit plenitudo uel pau-
ca Sed tertiana non pura potest p duos ul tres menses
durare, ex quo sole patet quod inter viscositas pamplius
se elongat quia ipsius multitudo quantitatiue Unde
ypo etiam particula 4or Tertiana uera si indicata in vij
periodis est longissima Item in fe tertiana similiter

et in omni fe. intpolata si adventus paroxismorum anticipet a principio brevitate egritudinis sit. Si vero retardet precedente evacuatione sensibili declinatio principium fit. Si vero equaliter stet longitudinem ostendit. vel ypo. etiam pla. Ambulusque exactatos fuit si qua hora fe. diminuerit in crastinum eadem hora anticipat districta erit. Item fe. terciana pura est ex tota sui specie salubris Non quando non timorosa morbi naturam propter rationes et necessitatem dictas virtutes possunt. Item fe. terciana pura primus paroxismus est principium quae est facilis. 2us aut et 3us augmentum quae fit fortior. Et his vero et quartus est status quae fuit in ultimo furoris et malitie. Quintus sextus et septimus declinatio quae mioraburit omnia accidentia gradatiue quae si medicus a principio usque fe. perduxerit sapiens apparebit. Item fe. terciana non pura ut plurimum cum elongatur convertitur in quottidianam et fortassis ad ethicam et mortem etc.

Capitulum viii de fe. colica continua et causone

Fit autem fe. ex colera rubea causone putrescente intra venas et arterias atque vasa conclusa quae est de genere fe. continuarum acutarum quemadmodum et fe. de sanguine. Est autem duorum modorum quando aut colera putrescit in venis distantibus a corde ut pote que sunt in ambitu corporis totius, et terciana continua inutpolata et absolute acuta medicatur. Aut colera putrescit in venis propinquis cordi ut pote que sunt in pectore et pulmone et epate et splene et ore stomachi et causon et causonides appellatur et particula siue paticula indicatur. Et dixerunt periti in medicina quod impossibile est statum febrium fieri per ex flante salso puro vel colere primitus quando sed non est salsum nisi per adustionem plurimam vel comixtionem cum colera rubea multa. Signa terciane continue sunt omnia signa terciane intpolate cum ex parte paroxismalis preter quod in ea non accidit horripilacio neque rigor neque sudor nisi cum sit crisis. Color autem et glenatio et sitis et lingue nigredo similiter et omnia signa alia sunt in ea vehementiora. Signa causonis sunt signa eadem cum fuerint in ultimo vehementie maligniter et pulsus velox spissus diversus inordinatus similiter et anhelitus et urina subtilis citrina vehementer vel ruffa vel liuida radiosa. Et iste quidem fe. fit in accidentibus ut plurimum sicut fe. de sanguine cum san. et co. sunt humores talis facientes. Unde dixit quod synocha non excedat aliqua dierum prodicte cum sit fe. non proportionata ad aliqua fe. intpolatarum, sicut vero colica fit prodicte fortior de 2o die in 3m quemadmodum et terciana intpolata et non sit cum ea rubedo faciei suffusia neque corporis repletio plurima extensiua cum dispositione prostratiua assidua velut in sanguinea quod si tempus anni et etas et complexio atque regimen antecedens colica fuerint et similiter dispositio corporis macra verior fiet cura sua.

Methodus

Cura utriusque fe. continuarum de colera est ut statim a principio moveatur materia cum medicina lenitiua qualis est cassiafistula et manna et tamarindi cum aqua decoctionis prunorum et viol. dissolutis et quando lenendo vero alterat coleram, et non detur medicina fortis quando materiam agitaret indigestam et fe. nesam induceret periculosam. Dicit quod vero per totum tempus principii et augmenti donec status accesserit signa digestionis perfecte apparuerint in urina quod est aput

die ... vel ad plus vii sit tota intentio tua tamen in tibus quando mediciuis ad infrigidandum et humectandum et ipse in causone quando alterantia dispositionem febrilem. Aggeramur manu cum tolle digitus fit eius ingrossato donec redierit ad moderamen. Detur igitur omni die ante auroram syrupus de prunis vel syrupus de nenufare vel syrupus acetosus simplex vel oxizacara ad potandum cum aqua frigida estate et calida yeme, quod si venter non sit obediens quoque die plus duabus vicibus non fiet opus medicina laxatiua si extractiua tamen adeo ut si plurimum fluxerit ad stipticitate revertatur quas diximus to. de fluxu ventris. Oportet cibum vero sollis quod est pro ii hoc a simptote syr. tribuatur in cibo pulmentum ex farina ordei vel avene conditum cum aceto vel lacte papaueris albi vel lacte amigdalarum dulcium. Vel detur mica panis infusa in aqua frigida, vel vino granatorum. Vel imitabitur ex aut melonibus lactuc portulacis maliuis maciamis cottis et conditis cum aceto, vel succo berberis et granatorum. Bibat aput comestionem aquam frigidam puram vel mixtam cum aceto, vel aqua decoctionis ordei et prunorum ... In meridie vero cum est vehementia sitis et feruoris bibat syrupum rose vel viol. cum aqua frigida pura. vel bibat julep aquosum. In sero aut cum petitur quies et sompnus bibat syrupum de papavere vel de psillio cum aqua frigida pura vel aqua decoctionis ... et portulace et lleniantur frons et tympora atque naris cum oleo de mandragora et fricentur vole manuum et plante pedum cum sale et aceto et fomentent circa cum aqua tepida in qua cocta sint folia salicis et ... et vitis albe et viol. et folia papaueris cum corticibus quando haec omnia calorem extrahunt et sompnum inducunt. Confortetur virtus hora qua cibum non sumpserit ex succo ro. vel viol. vel triasandali vel diarodon albis puris vel commixtis. neque prohibeatur eger ab esu fructuum frigidorum humidorum ut sunt pira ceresa pruna et mala acetosa quando alterant et confortant. Sed statu vero subtiliter regimine ultimate quod est dando nichil in cibo neque in potu neque in medicina si virtus consenserit donec superuenit crisis et transierit complete. Si igitur aput crisis vomitus colericus superuenit adiuvet natura cum impositione digitti vel penne illinite oleo in profundis gule. Si vero fluxus san. narium adiuvetur natura cum setis porcinis missis in nares et emundet vehementer. Si vero sudor vel signa apparuerit confortetur natura si pigra vel insufficiens videatur cum julep feruens quanto calidius pot bibi et cooperiatur undique diligenter pannis calidis mollibus et assumat eius omnia vel astantes pannos et calefaciat manibus tractando et anhelitu illud digendo et aperiantur pori cutis cum fricatione leni facta cum pannis lineis mollibus infusis in aqua et aceto postquam in eis cocti furfures et flores camomille, deinde expressis diligenter et tepidis coudis per longum refricatis. Ad quod plurimum confert ita ponere vesicas fictas semiplenas aqua calida circa latus patientis omni quaque quando illico faciunt sudare. Camera plena ramis ex foliis ro. et viol. et ... et salicis et nenufaris et vitis albe et similibus. Et aspergantur eius parietes ex aqua ro. et aceto ut aer

inspissatus infrigidetur quoniam illud est nativum in omni
febre per cordis eventatione Completa autem tussi pfite
resiatur virtus ex carnibus edorum et pullorum co-
ctis et conditis cum rebus frigidis sepe dictis ·2·

Emperica Hec igitur est cura vera febris flegh-
monis de cola citrina quoniam morbum et eius causam
removet cum virtute Omni plus ymam est et cura acci-
dentium consequentium vehementia huius febris que
sunt dolor capitis vigilie sitis alienacio utericia
sincopis et debilitas virtutis de quibus omnibus
iam sufficienter dictum est libro primo sive calis
singulorum Ad confortationem tamen virtutis que est me-
dicator principalis et hic aliqua referemus
Confortatur igitur virtus non nisi per confortationem
suorum organorum principalium que sunt cerebrum cor
epar et testiculi cum rebus alterantibus eorum
quorum distemperantiam in febre Epithima confortans cerebrum
sit ex aqua rosarum et aqua solatri et semine et iusq-
uiami per in ea pulvis rosarum et sandalorum distemperetur
addito modico aceti et actu frigidum super ultimo cerebro
ubi sunt commissure eius abrasis prius pilis sepius
cum pannis lineis compleantur similiter et super frontem
et tympora cuiquam similiter et odorare aquam
rosarum in qua sandali et aliquid calami aromatici
fuit dissolutum confert quoniam calore alterat magis
repercutit freneses prohibet et compriminum inquiat
Epithima confortatus cor sit per ℞ aqua ro-
aqua buglosse ana ℥ iiii aceti ℥ ß distemperetur
in eis pulvis rosarum ℥ ß sandalorum ʒ ii spodii ʒ i cam-
phore ʒ ß croci ʒ i et ipso actu frigido de sindone
et scarleto vel scuto infundantur et super pectus fre-
quenter ponatur Epithima confortans epar sit ℞
aque rosarum aque endivie aque solatri ana ℔ ii
aque absinthii ℔ i aceti acutissimi ℔ ß distem-
peretur in eis pulvis camine et frequentetur
super epar Epithima confortans testiculos sit ℞
℞ aque rosarum ℔ i vini puri veteris albi atque poten-
tissimi ℔ ii aceti ℔ ß pulvis dyamargariton q-
ratum pro illius distemperentur omnia simul et cum pa-
nnis et cum pannis lineis complentur actu frigida
super testiculos virorum et mamillas mulierum frequen-
ter reiterando postquam fuerint excitata et potest fieri et
hora illa cuius si virtus debilis videatur **Canon**
Hec febris et species eius que causon dicitur cum sit
pacuta que terminatur in die vii vel peracuta quod
terminatur in quatuor teinussima dieta fiat regu-
landa ita ut si terminatura sit in quatuor nichil
detur in cibo statim a principio usque ad declinationem
perfectam Si vero in vii nichil post diem offeratur
fiunt ordinem cuius de cura febris pulchrum in generali
Omnium tamen hos canones ypo et Rasis in divisionibus
prima causa refutat dicens et non attendas illud quod dicitur
a stultis medicis quod multitudo extenuationis ex cibis
cibis et medicinis exhibitis tardat crisim ergo enim
iam expressum ambas vias scilicet et regiminis exte-
nuativi dicti in methodo et regiminis subtiliativis quod
precepit ypo et via extenuativa repi seniorem et
qui mortui sunt in hac febre sub regimine extenuativo
sunt multo pauciores eis qui mortui sunt sub
regimine subtiliativo quoniam si non dabuntur extenuati-
va assabitur cerebrum et sinui et stomachus et
accidet spasmus et frenesis mortalis Ex quibus

scire potes canones ypo esse veros regulares quoniam mor-
bum et eius causa decidunt flos vero accidentalis
quoniam virtute permittit et ipse in corporibus delicatis assuetis
multo cibo tempore sanitatis Dicit plerumque Rasis loco predicto
quod non debet prohiberi in hac egritudine quin eger bibat aquam
frigidam cum vult et quantum vult quoniam extinguit ve-
hementer quod vero intellige si corpus in ea fuerit con-
suetum vehementer et delectetur neque sit in visceribus
opilatio seu apa quod licet madefaciat mediam et morbum
prolonget et crisim retardet · maius tamen confert inma-
mentum quoniam prohibet marasmum de quo potu aque fre-
quentes et ex de ingenio sanitatis ait quoniam melius
est aliquod malum egris gignere quoniam sine eos in mor-
tem cadere Confert igitur ut potus iste sit plurimus
simul una hora quoniam aqua modica facile inflamma-
In cura igitur huius febris non competit flobotomia quoniam
educit multitudinem humorum omnium quibus colera refre-
natur ipse quod ait Avicenna primo canonis fen ca de
flobotomia Ad summe cavendum est a duabus rebus et
flobotomia scilicet quorum calidorum ebullitionem et frigidorum madida-
tione Verum tamen si corpus fuit sanguineum carnosum et
consuetum in flobotomando et urina rubea obscura videatur
potest a principio minuere tamen cum flobotomia non quidem forti
simul plurima sed eadem die bis vel ter sanative secata
quoniam confert quantitati licet non qualitati

Pronosticacio Febris continua de colera timorosa
est atque suspecta ex tota sui natura quoniam morbi velocitas
et materie furiositas virtutem decidit regitiva Item prima
eius species que causon nuncupatur terminatur ut plurimum in vii
ad mortem vel salutem et ipse si signa digestionis vel
indigestionis cum quemedia particularum reperierit die
iiii vel quinto manifeste apparere Verum tamen si prolon-
getur xiiii non pertransit quoniam ut ait ypo 2a particula aforismorum
Acute egritudines in xiiii diebus indicantur Secunda vero
species que causon dicitur ut plurimum in quatuor terminatur et
ipse si statim a principio et infra primos duos dies
signa digestionis vel indigestionis in urina cum conve-
nientia particularum manifeste apparere reperierint Item
in quacumque istarum febre fluxus sanguinis narium aquosus
vel vomitus colericus aut sudor calidus vel tis corporis
totius aut fluxus ventris colericus supervenit statim
a principio vel in aliqua die cretica qua precessit
indicativa post signa digestionis perfecte et constantiam
virtutis et alleviationem infirmi salubre est vero morbi le
Item si lingua nigra fuerit et adusta cum asperitate
multa malignior fiet atque deterior speratum si vero
alba erit levior si vero citrina media fiet utrisque Item
si spasmus aut tortura supervenit aut oculorum contorsio
mortale quoniam signat spasmum determinatum Vero ypo 2a
particula aforismorum febre in spasmo melius est fieri quam spas-
mum in febre Item si urina rubea fuerit vel citrina ve-
hementer et incausto alba subtilis evenerit morbo le
quoniam frenesim fit prenuntiam Vero ypo ... particula aforismorum
Quibus urine limpide aut albe male maxime
vero si in freneticis appareant Item si patiens statim
a principio ymaginatos ... habuit cum zodo vel
zoda frenesim fit affuturam nisi cum repercussivis cura
cerebrum illico succurratur Item si extrema frigida
fuerint et pectus et venter adurantur morbo le quoniam
apa magnum viciorum demonstrat Vero ypo ... particula
aforismorum In non deficientibus febre si que quidem extrema
frigida facta fuerint que vero intus ardeat et sitim

habeant mobile Item si rigor supvenit in aliqua die cretica uel non cretica neque ipam uera crisis subsequatur mortale quoniam in multitudine et uirtutis est defectum que crisim attemptat quam pficere non pt. vnde ypo ibidem Si rigor inadeuit se non desiciente iam debili existente corpe mortale Si uero crisis fida atque completa subsequatur cum sudore calido vniuersali corporis totius aut fluxu san copioso salubre quoniam uirtutis expulsiue significat fortitudinem et crisis bonitatem. Et hoc est quod ait ibidem O causone (?) cito rigore superueniente soluto fit egritudinis Item si febris se crisim faciat pictericiam in die vii uel ix uel xi uel xiiii, si uero ante vii mortale Unde ypo eadem ptla afo 4 Ictericia si supvenit in febre acuta ante vii malum Istud tamen ampliori indiget pertractatione quam supposuimus cao de ictericia libro primo Item si stupor aut alienatio aut asma vehemens supvenit aut in quietando iacendi diuisa antequam signa digestionis pfecte ceperint apparere mortale quoniam crisim sinthomaticam fit maligna Et hoc est quod ait primo et tercio de crisi Omne signum creticum cum ante signa digestionis euenerit malum est atque timendum

Capitulum nonum de febre flatica interpolata

Accidit febris ex flate putrescente extra vasa ut pote stomacho seu intestinis et spongiositatibus membrorum Unde quoniam ebulitio flatus putrescentis redit pinde quolibet die ppea quia flatus potiore duarum qualitatum passiuarum ad putredinem pticipat vz humiditate plus namque facit humiditas ad putredinem cum fit velut materia placens quoniam caliditas que est causa efficiens Ideo et ex febre quottidiana interpolata nuncupatur Est autem duorum modorum quadmodum et febris in- poita de co. sz pura et non pura Pura quidem cum fit ex flate puro cui nichil aliorum humorum uel aliene qualitatis est conmixtum quemadmodum sunt flatus dulce et vitreum seu acetosum Non pura uero cum fit ex flate cui aliquid colere vitelline uel melie reputatur conmixtum, Vel cum fit ex flate cui extranea qualitas est impressa velut cum fit ex flate salso, flatus namque non fit salsum nisi uel per adustionem uel humorum adustorum commixtionem, licet prima atque ppa flatus qualitas frigiditas cum humiditate que minime in flate salso reputatur Signa febris quottidiane pure sunt quod incipit eius paroxismus cum horripilatione vel frigore super dorso et extremitatibus membrorum Et quod sentiat patiens velut acuum puncturam uel tremorem uel rigorem vehementem sed gravitate plam extrema constringentem et durat ista frigiditas tempore longo et fit puus pulsus velox spissus mollis diuisus inordinatus Deinde cum puenit ad augmentum tarda eius calefactio neque fit vehemens ymo fortassis non calefacit et tunc si flatus sit vitreum grossum quare neque magnificatur pulsus vehementer aput statum uel augmentum quoniam est in ea caliditas tripes frigiditas uero pdurans In declinatione uero non aduenit sudor nisi forte puus viscosus adherens et tunc aput principium egritudinis cum materia non dum est digesta neque subtiliata et magnificatur aput declinationem diastoles cum sua quiete et minoratur sistoles et eius quies et expanditur calor ad manus et pedes et est cum ea vomitus flatis et humiditas in ore, pstratio appetitus et sitis paucitas Et spatium quidem paroxismi

est xviii horarum uel circa illud spatium vero quietis vi horarum quare aduenit ut plurimum aput occasum solis et durat usque ad meridiem crastinum reliquum pfecte resoluatur et forte non resoluitur donec illius redierit paroxismus Et accidit ut plurimum hec febris pueris et mulieribus et crassis laute frulatibus cum multiplicatione sompni et quietis, et vtentibus in cibo fructibus humidis et piscibus et lacte Et in principio quidem huius egritudinis est vrina alba grossa spinnosa, in augmento uero rubea uel subcitrina grossa sed cum ad statum puenit fit rubea clara subtilis cum ypostasi alba leui equali plana Unde cum ypostasis moratur in vrina et precessit euacuatio sensibilis plurima per sudorem vomitum et secessum statim tunc vera morbi mortalitas Et cum pdurauit febris hec tempore longo mollificatur ex ea corpus et albescit facies et alnatur et palpebre inferiores inflantur velut in yposarcha Signa febris quottidiane non pure sunt respectu signorum omnium pdictorum cum vergentia ad caliditatem et statim vehementer et abreuiatio paroxismi et precipue aput principium egritudinis vel etc.

Methodus

Cura febris quottidiane pure est ut statim a principio minoretur materia cum benedicta laxatiua uel mena de turbith dicta cao de yoda dando ex eis modicum hora maioris quietis Confortetur et natura quaque die ad vomitum in principio paroxismorum si fuerit pgle cum aqua tepida mixta cum sale et aceto, uel cum aqua decoctionis raphani et aneti mixta cum eisdem uel quod fortius est cum aqua decoctionis ex leguminibus et cepis et oleribus salitis si conferens videatur et statim quod exiens fuit magis grossum uel viscosum creuantur et medicine fortiores Digerendo materia cum syrupo acetoso composito uel cum oximelle squillitico dando ex eis in matutinis aliquid cum aqua calida decoctionis se feni radicum petrosilini et omnium puocantium vrinam quoniam plurima pars huius materie educitur per vrinam et tunc eradicetur materia cum catartico forti sicut est yerapigra et pille cochie et medicamine de mirabolis kebulis et pille stomatice que omnia diximus cao de stomaci debilitate et sicut sunt pille de agarico dicte cao de debilitate visus Et si venter fuit restrictus leniatur quaque die gradatiue cum suppositorio uel clisteri donec ad acuta pueniatur put docuimus cao de stipticitate ventris passo de empiticis Nutriatur ex carnibus edorum uel pullorum coctis cum petrosilino conditis cum sinapi et melle, uel melle et aceto vel vino et aceto, uel succo berberis et trifolii faciendo ex ipsis salsamentum, bibat vinum album clarum parumper adaquatum vel bibat mellicratum si corpus ex vino nocteatur Confortetur uirtus hora illa qua non sumpserit cibum cum electuario ducis et dyarodon abbatis simul mixtis uel cum zucaro rosaceo uel diagalange simul mixtis bibendo post illud aliquid vini pdicti Abstineat a fructibus et oleribus et piscibus grossis neque bibat aquam frigidam quoniam materiam inuiscat et febrem elongat que pse natura cronizat Cura febris quottidiane non pure est ut in cibis et medicinis caliditas remittatur quare detur pro digestione syrupus acetosus simplex primo Deinde aput augmentum syrupus acetosus compositus neque ultra oximel

compositum intendatur In cibis vero dentur pultes ex
ordeo vel avena conditi cum vino pontico vel aceto
In potu vero tribuatur julep vel mellicratum aquosum
et gargarizet sepius cum aqua frigida et aceto
quoniam sitim reprimit excellenter Medicina predicta maxime
dignitatis eradicatis convenientior est hec Recipe thiriace al-
electi atque mundati ʒ i reubarbari boni ʒ i ʒʒ cinamomi
ana ʒ ſ zucari ʒ i fiat ex omnibus pulvis qui sit dosis
ʒ i et si reubarbarum haberi non potest sumatur loco eius
dragagantum ʒ ſ et umbilicus in hoc casu confert ob
medicine cum digestiva quoniam solutiue que dicetur
capitulo de scabie corporis et pruritu Empirica Ars
faciendi sirupum digerentem vel educentem secundum ex qua-
cumque particula membri corporis est hec Recipe pulegii cala-
menti mente salvie maiorane satureie pimpinelle
veris balsamite abrotani roris marini absinthii
fumi terre ysimbrii basiliconis arthemisie origani costi
serpilli piretri montani omnium vel plurium ana m i ra-
dicum quinque generum que sunt apium feniculum petrosilinum bruscus sparagus
ana p i seminum quatuor generum frigidorum calidorum que sunt
ana apium feniculum petrosilinum ana ʒ i ʒʒ cinamomi xilo aloes
xilobalsami folii indi gariofili ana ʒ ii mellis despumati
lb i vel mellis et zucari ana lb ſ fiat sirupus bene coc-
tus et clarificatus quemadmodum sunt et alii sirupi de
quo potentur ʒ iii cum aqua calida omni die in auro-
ra Et si laxativum facere volueris adde turbith hermo-
dactilorum agarici mirabolanorum emblicorum et kebulorum
ana ʒ i in decoctione prima quoniam faciet bis vel ter
leviter assellare quaque die dosis sufficiente videatur
Et si volueris ut appropriate caput et eius partes respi-
ciat, adde herbis predictis sticados peonie flores
camomille mellilotum camedreos camepitheos
nasturcium rutam senationes, et de speciebus adde nu-
cem muscatam cubebas carpobalsami anacardum thus lau-
danum atque castoreum Si vero pectus et pulmonem
et cor adde herbis predictis ysopum yreos enula
campana capillum veneris prassium lilium ordeum semen urtice
anetum et speciebus adde liquiricie passulas jujubas
sebesten caricas dragagantum penidios dactilos pi-
gnones amigdalas dulces pineas et sisseleos Si vero sto-
machum et intestina adde ciminum menta mastice
cem olibanum et galange Si vero epar et venas
corporis totius adde predictis epaticam endiviam squi-
nanti eupatorium et duas spicas Si vero splenem
adde predictis scolopendrium tamariscum politricum adian-
tum squillam rubea tinctorum capparis cortices capparis cetoracum asa-
rum folia vel flores sambuci, et ex speciebus adde zo-
doria atque baccas lauri Si vero ad matricem vel renes
vel vesicam adde herbis predictis saxifragam milium
solis savina genestra juniperi macedonium, et de speciebus
cantarides sine capitibus et aliis quoniam sua fortitu-
dine ulcerant renes et vesicam Si vero ad iunctu-
ras adde polium mortam apium gnomonum ciceris pi-
et squillam similiter et acetum propter acuitatis Et
namque fere continens omnia simplicia digerentia
atque educentia secundum cuiuscumque diversitate Dicunt
predicta excellentes in hac arte quod si omni die in-
gerentur ʒ ſ ex pillulis de mirra et lequire sero cum
itur ad sompnum abreviat paroxismum huius febris
similiter et totam se quoniam stomachum corroborat putre-
factionem prohibent et maxime fectiam extricat et ipse
per purgationes et ipas iam descripsimus capitulo de catarro
paragrafo de empiricis, et alias dicemus capitulo de febre
pestilentiali Canon Cum mera putredinis in
hac se est ut plurimum in stomacho et intestinis atque venis
meseraicis et quandoque in concavitate pulmonis, quare
necesse videtur ut in eius cura membra ista nulla-
tenus negligantur Confortetur ergo stomachum et intestina
per intus et extus cum calidis stipticis velut sunt oliba-
num et mastix et trocisci de reubarbaro et trocisci et eupa-
torio dicti capitulo de opilatione epatis si materia viceat dis-
positioni, sed cum zucaro rosato et trociscis de rosis rasata no-
vella si dispositio magis stomachum fatigaverit, et hos
trociscos iam descripsimus capitulo de opilatione splenis, par-
te autem omnium modorum confortationis stomachi iam plene
docuimus capitulo de opilatione stomachi et capitulo de prostratione
appetitus libro primo Confortatur vero meseraice cum
aperientibus et exopilantibus que diximus capitulo
de opilatione epatis et venarum Confortatur autem
pulmo cum exiccantibus cattarum que diximus capitulo
de catarro In cura predicta huius se non competit eva-
cuatio cum flobotomia regulariter quoniam causat inundationem
Unum tamen in casu potest est fieri et ipse in principio apud
moratam cum sit hec se est de flate non et in cor-
tex nostro mundo tamen vene sunt cuide apparentes et quod
est consuetum in flomandis De hora cibationis etiam
in hac se sciendum quod sicut dicit Avicenna et Isaac
convenientior cibus est qui datur in hora ad minus an
paroxismum vel vi ad plus Unum tamen spatium quietis sit
breve cum sit sex horarum tamen videtur de mente ipsorum
ut cibus illico post desinentiam paroxismi esset offeren-
dus Et si quis obiecerit quoniam in hac via dabitur sol
tamen cibus quaque die quare fiet tenuis dieta in se
contraria quod est contrarium canonibus ypocratis qui in-
quiunt se grossius ubi respice ne virtus deficiat in
via Respondendum videtur quod si virtus fortis est et materia
pauca sufficiet talis dieta quoniam in secundum materia incidet cum
sunt digestam ante putrefactionem ex eo quod secundum est sanguis
non complete digestus neque virtus deficiat cum sub huiusmodi
regimine morbus acuitetur Si vero sit debilis vel
materia multa fiet grossius dietandum, quare convenit
ut detur cibus bis, semel in medio declinationis per-
fecte et iterum ante principium paroxismi futuri per duas horas
et cetera ut sit cibus parvus quantitate sed magnus virtute
qui cito et multum nutriat et facile digeratur, cuiusmodi
sunt iura carnium laudabilium et ova sorbilia et te-
sticuli gallorum nondum coeuntium et carnes avium sil-
vestrium parvarum Et quoniam ad oblationem cibationis debi-
tam in se inpolata vel continua necesse est quatuor
tempora paroxismi vel exacerbationis cognoscere sicut namque
dieta universalis in se regulariter dirigitur ad elongationem et
vicinum status universalis, ita et dieta particularis dirigitur
quaque die ad statum particularem paroxismi Dicamus
eorum notitiam per signa distinctiva Cum igitur vadis
ad infirmum et tangendo corpus reperis brachia et ma-
nus et pedes frigida vel minus calida, ventre vero
et pectus calidum sufficienter, scias quoniam principium est
paroxismi se inpolate, et principium exacerbationis se continue
sibi proportionate, similiter et si reperis frigiditatem vel
diminutam caliditatem corporis totius Si vero reperis cor-
pus equaliter calidum per totum scias quoniam est status vel
augmentum cum non durant nisi modo gradatim Si vero
manus et pedes reperis calidiores toto corpore decli-
nationem significat in qua calor putridus motu proprio agita-

a medio ad tercianam omni quaque est et alia ipsorum distinctio per pulsum quoniam in principio paroxismorum pulsus confundatur et fit parvus debilis spissus in quo sistoles et quies post ipsam est maior quam dyastoles quoniam est maior necessitas expulsionis fumi putridi quam eventatoris caloris naturalis oppositi In augmento vero magis ac magis augmentatur secundum sistolem et dyastolem equali modo In declinatione vero fit valde manifestus et dilatatur arteria et dyastoles fit maior quam sistoles similiter et eius quies Ex quo scire potes quod magnificatio diastolis in pulsu statim a principio febris brevitatem morbi significat quemadmodum et subita apparitio digestionis in urina **Pronosticatio** febris interpolate de flate et febris que est de flate pura durat ut plurimum ad xiiii dies et quandoque per tres menses quoniam est febris erratica propter nocumentum quod si apud diem vii vel xiiii timetur non erit ex qualitate materie sed diminuta quantitate rigore cum febre a principio fuit modicum vel evacuatio fortis plurima quaque die apud paroxismum cum vomitu aut fluxu ventris aut sudore Item si paroxismus statim a principio egritudinis anticipet atque acuitur brevitatem egritudinis significat Si vero retardet aut equaliter stet non precedente aliqua sensibili evacuatione copiosa materie grossitiem et morbi longitudinem prefigurat quare si cum hiis virtus fuit defecta et appetitus prostratus mortem expectabis Item si paroxismi anticipent et augmentum preponat et evacuatio que precessit copiosa erit declinatio Si vero equaliter adveniant et signa digestionis perfecte nondum apparuerint et accidentia malignentur statim minime dubitabis et idem intelligendum in terciana interpolata similiter et quartana vera et in exacerbatione febrium continuarum proporcionalium [illegible] Item hec febris si multum perduraverit perducet ad febrem ethicam dispositione vincente super materiam sed ducet ad ydropisim materia super dispositionem dominante sic et perducet ad febres erraticas et demum ad quartanam Unde ypo. tercio pronosticorum febribus inordinate vagantibus quartane sunt future Item si paciens ex ea sompnolentus fuit omni hora et gravitatem senserit circa caput subeth aut stuporem patitur futurum nisi cum medicinis evacuantibus per inferius vehementer succurratur et cerebrum ex rebus calidis fortiter exiccantibus confortetur prout docuimus libro primo

Capitulum decimum de febre flatica continua que latica nuncupatur.

Hec febris extat proporcionalis febri flatice interpolate quoniam fit ex flate et humoribus crudis frigidis intra venas putrescentibus similiter et exacerbatur quaque die et febris apud occasum solis quemadmodum et febris illa vera quoniam modica est eius caliditas [illegible] febris continuatur de colera ideo latica nuncupatur Signa eius sunt signa febris flatice interpolate preter quod horripilatio non est in ea prodite quemadmodum neque in aliis febribus continuis quibuscumque sed est velut similitudo horripilationis in corpore sua et diminuta calefactione et non est in ea sudor nisi fortassis apud statum cum fit crisis sed est cum ea vomitus et solutio flatica ante statum et simul et post Hec et precedentia febris ut multum est similis febri ethice et febris que prolongatur sed discernitur inter eas ex pulsu et urina atque exacerbationis forma quod est quoniam in hac febre pulsus est mollis parvus latus et urina alba grossa in principio sed rufa vel livida post augmentum et eius exacerbatio fit maxime versus noctem sive aliquid assumptum fuit in cibo sive non et est cum ea cutis mollis laxa non tensa neque arida quorum omnium contrarium reperies in febre ethica preter sepissime suo tempore verum si acciderit ipsarum complicatio difficilis erit cognitio erit atque curatio **Methodus** Cura huius febris est cura flatice interpolate tam in cibis quam medicinis preter quod magis necessaria est cautela observare in administratione medicinarum calidarum et febris si caput est debile vel eger est ex hiis quibus egritudines cerebri sunt consuete ne forte materia flatica calore febris et medicine leviata sursum per venas rapiatur et faciat litargiam quare confortetur cerebrum statim a principio cum epithimatibus [illegible] calefacientibus et abradantur capilli et frequentetur humorum diversio atque extractio per inferius cum suppositoriis et clisteribus acutis si per se non assellaverit bis vel ter quaque die quod si vomitus fuit laboriosus difficilis illico restringatur et omnia iam diximus capitulo de litargia

Emperica Omnia que scripsimus emperice in capitulo febris flatice interpolate conferencia sunt capitulo presenti

Egnon Oportet ut in hac febre multiplicentur omnia que provocant urinam tam in cibis quam potibus et medicinis quoniam plurimum materie flatice purgantur per urinam quaque die quare minoratur materia atque diverti[tur] a cerebro et separatur cursus sicca nisi materia fortassis insensibiliter resolvatur Nec permittendum est stomachus quin confortetur cum epithimatibus modo calidis modo frigidis et remaneat appetitus prout materia vel dispositio postulaverit quoniam est magis necessarium quam in febre flatica prodita cum sit magis timorosa

Pronosticatio Hec febris erratica est et perdurans quare non terminatur ante diem xl vel magis ymmo ut plurimum prolongatur usque ad lx nisi fortassis materie paucitas aut evacuationum pluralitas morbum decurtaverit et ideo durat eius principium usque ad xx diem vel sibi vicinum Item dicit Ras. in divisionibus capitulo presenti quod parum accidit ut fiat in ea crisis cum sudore quoniam ut plurimum est ut febres continue que sunt de flate vel minuitur cum resolutione terminentur sive fuerint prodite sive continue quare evacuat in eis parum post parum quaque die excretica per fluxum ventris aut vomitum aut sudorem et vomitus et fluxus ut plurimum accidunt a principio sudor aut in fine post digestionem Item in omni febre erratica si virtus fuit debilis statim a principio vel appetitus prostratus mortale quoniam deficiet in via Item dicit ypo. tercia particula amforismorum quibus in dentibus viscositates fiunt in febribus diuturniores et fortiores febres quod est quia debilitatur et languet [illegible] sit in [illegible] plurimum Item si urina fuerit ampullosa vel turbida confusa litargiam aut subeth minatur et febris si eger sompnolentus fuit aut frigidus circa caput quare succurratur cum ligationibus extremorum et fricationibus fortibus et suppositoriis acutis atque clisteribus et prohibeatur a sompno donec materia [illegible] atque minuatur Unde ypo. tercia particula aforismorum quibuscumque urine in febribus conturbate et commisse fuerint velut subiugalium hiis capitis dolores aut assunt aut aderunt aut prefuerunt Item si color faciei livescat et palpebre tumescant ydropisim futuram sit et proprie

yposarcham nisi cum remedys ad ydropisim confer-
tibus aut calidis aut frigidis put se aut materia
consenserit illico succurratur Item hec febris complita
cum ethica mortale quoniam fiet opus curis contrariis quibus
virtus fatigatur febri namque flatice competit calefa-
ctio atque evacuatio sed vero ethice infrigidatio cum
humectatione

Capitulum undecimum de febre empiela et liparia et horripilatione cum calliditas non succedit

Iste tres passiones fiunt ex eadem causa quoniam ex
flate gipseo grosso viscoso adherente stomacho et in-
testinis et venis mesaraicis quae fiunt humori
se inposte neque potest humori materia generari in epate et re-
nibus quoniam ut ait G. primo de complexionibus vitium non
finet in membris principalibus tantam frigiditatem
et hoc quidem materia cum non putrefit causam colicam
malignam ut de se ipso G. testatur loco supradicto Verum
dicunt quodam modo ut ait Avicenna libro tertio fen prima
tractatu de cura febris istarum febrium liparia dicitur in qua partes
exteriores corporis frigescunt vene vero et pectus exarde-
scunt quoniam in ea flegma grossum dum putrefit efficitur
velut carbo ignitus in visceribus a quo dum fumi
putridi elevantur ad extrema corporis cutique
musculos contradatum sui quantitate deinde cum loco fre-
terint et calor putredinalis exalaverit debilitatur insuper
infrigidat sui qualitate velut apparet in vaporibus
aque bullientis et ad illud operatur plurimum oppressio
caloris naturalis atque eius renovatio ad corporis
exteriora quoniam ex his infrigidantur extrema et depau-
perantur spiritu et calore febris vero empiela dicitur
in qua modo contrario partes extreme calescunt interiores vero
frigescunt quoniam in ea calor putridus debilis a principio
non obtinet super flegma grossum sed solummodo super
partes eius liquidas subtiles quae fumantes ad
extrema calefaciunt ea vehementer partibus autem grossis
viscera infrigidantes velut glacies duriter con-
gelata et licet autem porisimi fiunt frigida tamen
cum movetur aut agitatur ad putredinem magis
ex ea corpus infrigidatur Horripilatio vero dicitur cum cor-
pus sentit frigiditatem cum gravitate quadam
membra constringente quae horret ex ea cutis
et pori coartantur donec pili qui stant in eis
rigidi videantur Verum dicunt horripilatio rigor
tremor atque typus quoniam et si quodlibet eorum
significet dispositionem corporis frigidam in se aliter tamen atque
aliter illud accidit ut ait Avicenna libro tertio fen
prima tractatu de dicta yporisma dicitur namque horror seu
horripilatio cum talis frigiditas advenit sine pun-
tura quoniam accidit ex materia grossa flatica frigida
currente super musculos qui sunt in ambitu corporis
totius queadmodum contingit in se flatica Rigor
vero dicitur cum advenit frigiditas velut cum acuta
punctura quoniam accidit ex materia acuta colerica subti-
li musculos stimulante queadmodum fieri habet in se
colerica Tremor autem esse dicitur cum ad tantam maliciam
processerit frigiditas ut medullas ossium conterat non-
que corpus continere se possit quin moveantur sua
omnia membra et labia oris atque dentes concucia
quoniam fit ex materia frigida grossa melancolica velut apparet
in quartana Typus vero dicitur dispositio quedam levis
frigida cum alterationibus atque oppositionibus diversis
velut accidit in declinatione febrium aput maciam

paucam similiter et in eorum principiis cum materia non dum fu-
erit complete ad putredinem agitata Signa predicta-
rum febrium sunt signa febris flatice pure interpolate
cum additione signorum predictorum aput principium porisi-
morum cum redierint periodice quaque die et presertim
occasum solis que est hora diei flati deputata

Methodus

Cura predictarum omnium una est atque
eadem quod est ut cum in tabis quoniam medicamenis exerce-
gatur velut in febre flatica pura interpolata sed necesse est
ut in eis caliditas magis augmentetur et virtus medica-
minum plurimum vertimentur et regimine subtilietur qua-
propter premiendum videtur in digerentibus ad oximel squil-
liticum in medicinis vero solventibus ad pillulas de her-
modactilis maiores et ad pillulas de opoponaco et
ad pillulas de coloquintida quas omnes iam distinxi-
mus de arthetica passione

Pronosticatio

Hee
sunt febres maxime cronizantes quoniam grossicies et vis-
cositas simul et frigiditas prohibet materie consumptionem
quare non terminantur ante diem xl vel lx nisi fortissi-
ma materia modica fuerit a principio et virtus expulsiva for-
tis cum evacuatione sensibili plurima diversa pro-
vomitum et urinam et secessum neque oportet ut expectetur
in eis sudor nisi fortissime paucus tardus frigidus vi-
scosus cum quo crisis non completur Item si virtus fuerit
debilis a principio aut plurimum deficiat in processu et ap-
petitus prosternatur morte quoniam deficiet ante crisim et
resolutionem per completam Item hee febres cum perdura-
verint tempore longo perducunt ad ydropisim materia vincente
aut ad ethicam et marasmum calore putrido domi-
nante Item ex humori febribus febres excitate pro-
cedere consueverunt quoniam pars materie subtilior prius in-
flamabitur et faciet porisimum quo desinente vel in
medio existente pars grossa putrefiat et aliud
faciet succedens porisimum et putabit quod sint due febres
cum non sint similiter et quod potest accidere in se citrina
et ctrina non pura cum materia fuerit crogea seu citrina

Capitulum duodecimum de febre melancolica interpolata et de quartana

Causatur febris ex melancolia putrescente in aliquo
loco corporis extra venas velut in stomacho et inte-
stinis et callositate splenis atque ossium
medullis Verum quoniam ebulitio melancolie putrescentis tar-
dum habet reditum scilicet de quarto die in quartum inclusive
propterea quod humor melancolicus tam ex modo substancie quam ex sua
qualitate causis putredinis repugnat ideo febris hec
quartana nuncupatur Est autem duorum modorum que-
admodum et febres alie interpolate quia sunt quartana
vera et non vera Vera quidem dicitur quoniam humor febrem effi-
ciens melancolicus simpliciter naturalis cui nichil aut parum accidit
ex admixtione humorum aliorum grossiorum et que neque
per adustionem neque per congelationem plurima perdit proprietatem nam
et hec est melancolia que est sicut fex masse sanguinee
queadmodum in oleo sit amurca Non vera autem dicitur
que fit ex melancolia non naturali vehementer ingrossatam per
adustionem vel congelationem vel humorum valde grossiorum
admixtionem cuiusmodi sunt flegma gipseum aut vitreum
in intestinis frigidis generatum et licet febris humor dis-
tinctum nomen obtineat ex periodis non tamen distin-
gui potest a febre quartana per naturam rei quoniam humores
principaliter distincti in massa sanguinea in corporis
non sunt nisi quatuor qui sunt flegma colera sanguis
putrus et melancolia qualiter sub eodem tamen fiet reponende

Signa quartane uere sunt quod incipit eius paroxismus
cum horripilacione difficili vehementi cui succedit
tremor corporis totius et deinde contractio consequens
profunditate ossium et medullarum et fiunt per tres uel
quatuor paroxismos et non sentit paciens velut acuum
puncturam sed lassitudinem et grauitatem plurima quasi
sit infrigidatus in niue aut desub fascibus aut
in carne laceratus et fit pulsus hora illa primus
valde ita quod licet in principio paroxismi cuiuscumque sit pul-
sus minoretur non tamen sicut in hac minoratur adeo
ut per solum pulsum cognoscere posses hanc esse si pulsum
egri consuetum apud sanitatem cognouisses Deinde cum
calefit et iam venit ad augmentum fit vehemens eius
caliditas adeo ut in statu sit iuxta caliditatem sinoche
et tercianae consimilis paruum differens ab ea et vltra caliditatem
est flatitate qualiscumque sed est eius siccitas sicut siccitas
tercianae et est eius vrina subtilis aquosa in principio
et precipue si sit opilacio Post hoc autem fit ruffa grossa
cum vrina digeritur et calor infigitur et rem duram
velut in carbonem et quandoque fit nigra uel rubea obscura
Et illud quod curare non facit in hac est ut dicit Galenus quo
colliget est quando redit de quarto in quartum inclusiue et precipue
aput octaua horam diei quod nulla esse facere non
potest neque simplex neque conmixta Signa quartane
non uere sunt omnia signa predicta preter quod magis tar-
datur eius periodus quando reddit de quinto in quintum
aut de sexto in sextum aut amplius propter maiorem grossi-
ciem atque frigiditatem vltimatam quare tales febres
non quartane sed quintane uel sextane nuncupantur
ut dicit Rasis in diuisionibus Quando autem parti euenit se-
cundus paroxismos prosequemur **Methodus** Cura
quartane uere est ut si vrina sit rubea grossa in principio
et plenitudo corporis sanguinea monetur statim a principio
vrina sed non in die paroxismi cum flobotomia basilice sini-
stre primo et deinde cum flobotomia saphene sinistre
et fiat incisio larga ut sanguis grossus extrahatur
ad quod confert plurimum ut eger sedeat in balneo aque
dulcis tepide ante flobotomiam et in aqua decoctionis
malue maluauisci ordei depilati et fenugreci quoniam tunc
vrina sanguinea id est ex sanguine adusto uel congelato
generata indicabitur esse causa ante quarum febre que
precipue cum flobotomia separatur Si uero magis grossus fuit
quod egreditur plurimum ex ipso subtrahatur aut simul aut
aput scrutatorem fortem aliquotiens usque ad septem uel
nouem paroxismos si uero subtile clarum fuit illico restrin-
gatur Si uero vrina a principio fuit subtilis aquosa
et plenitudo corporis maxima nulla aut squalida flatita
non fiat flobotomia sed euacuacio cum medicina lenitiua
sicut est apozima de mirabolanis indis et apozima de
elleboro nigro que diximus capitulo de perturbacione sexus
paragrapho de melancolia Vel cum apozimate de polipodio
quod recipe polipodii ʒ j mirabolanorum indorum ʒ j ℥ s sene epi-
thimi ana ʒ ij rose cum scolopendrie
buliant in lb j aque clare donec con-
sumatur ex aqua partes due tunc addatur sene epithimi
utrorumque rose et ictum super carbones aliquantulum leniter
et coquantur quando parcet virtutem et decoctione forti tunc
fricentur res manibus vehementer et exprimatur corpus
ictibus et aqua coletur et dulcoretur cum ʒ ij sirupi ro-
sati aut viol aut cum aqua decoctionis prunorum et iuiubarum
et detur totum ante diem Deinde digeratur residuum
vrine cum oximelle composito uel squillitico aut cum

sirupo acetoso dando ex eis omni die in aurora cum
aqua decoctionis appii capparis cum zuccaro dulcorata
et alteretur predicta purgacio omni septimana semel
per quinque maturacionem ita ut balneum aque dul-
cis tepide omni die frequentetur preter quam in die pa-
roxismi quoniam est vehementer conferens in digerendo materias
grossas cum sui quietacione et subtiliacione mensu-
rate Et si vrina fuit adusta quod scies ex rubore
vrine et febre caliditate apud paroxismum sint omnes
medicine leuiores ita ut in eis humiditas super
calefactione dominetur quare sufficiet sirupus acetosus
in digerendo et aqua casei in qua infusum est
epithimum per noctem in soluendo Si uero vrina non
fuit adusta quod scies ex albedine vrine et febre
remissa caliditate apud statum paroxismi oportet ut sint
omnes eorum medicine forciores ita ut in eis caliditas
cum humiditate equaliter conueniant quare requiritur
oximel in digerendo et mirabolani et sene atque poli-
podium in euacuando donec curatur ad lapidem
lazuli et elleborum nigrum perueniamus et precipue aput
statum consuetudinis cum vrina perfecte fuit digesta tunc
namque curatur eius eradicacione cum medicinis fortibus
ut sunt pille de lapide armeno et pille de elle-
boro nigro quas ob iam diximus capitulo de melancolia et
medicine omnes usitate consentes in hoc sicut
yeralogodion yera ruffini diasene et catarticum
imperiale hac igitur methodo regulatur paciens
ita ut solucio iteretur per digestionem et digestio per so-
lucionem licet non videris in eis magnum profectum
statim a principio quoniam est morbus difficilis era-
dicacionis Verumtamen in hoc regimine nequaquam prolon-
gatur et hec est eius cura per medicinas Di-
camus consequenter de dieta Sit omnis cibus eorum
humidus cum caliditate temperata sicut sunt pisces
parui petrosi elixi cum petrosilino aut coctum cum
et cinamomo aut assi super prunas et sic sunt
carnes edorum et pullorum et castratorum et agnorum
animalium et vitulorum lactancium cocte cum petrosilino
Et sic sunt blete et spinachie et rape dulces cocte
cum carnibus eisdem et ex cibis leuiter ventrem sol-
uentibus sunt aqua decoctionis caulium recentium
condita cum sale et butiro similiter et ius galli
vetustissimi decocti cum aqua et sale in quo
proiectum fuit aliquantulum polipodii quando in eis sunt
partes acute secessiue et precipue si paruum ex eis an-
te cibum sorbeatur Sit potus eorum vinum album
dulce clarum purum uel parumper adaquatum
Ex fructibus vtatur ficubus siccis et viridibus
et vuis maturis et auellanis et nucibus recenti-
bus et quandoque prunis aut cerusis ante cibum
et malis sapidis dulcibus post cibum Abstineat
a cibis et potibus sanguinem grossum generantibus
quoniam multiplicant materiam ex quibus sunt caro ferina
caro bouina caro porcina et hircina et omnes
res vehementer salite similiter et panis azimus et
res frixe in sartagine quales sunt tortelle et
ex oleribus sunt allia et caules et ex seminibus
lentes et fabe nisi forte cum corticibus
lencium intendat leuem ventris facere solucionem
Et ex potibus sunt vinum rubeum vinum al grossum
ceruisia uel aqua frigida pura Abstineat a
coitu superfluo et ira et tristicia et labore

habitet assidue sub aere temperato · et gaudeat so-
laciis tripudiis ocio quiete et sompno plurimo pos-
bus vera crisis accidit quoniam non nisi in febre terciana
et precipue continua et sinocho et sinocha inflatiua
neque post diem xx quoquo Cum ipse ait Auerrois
in commento colligitur quod post diem xx non fit crisis sensibilis
et propterea egritudinum acutarum terminatur et in quibus febre
et quibus diebus sola resolutio crisi contraria con-
tingat quoniam non nisi in febre quartana et quintana
et sextana et propterea cum vltra diem xl perdurauerint febres
itaque vera habentes crisim breues sunt et acute termina-
tionis febres vero que sola resolutione participant prolixe
sunt per naturam febres vero que crisi non vera participant

medie sunt earum Vnde cum subtiliatio dicte p[er]fma
in cibo et potu et caliditas co[m]plexionis n[atur]alis et raritas cor-
poris et t[em]poris estatis et regio australis et concessio ci-
borum calidorum subtilium fiue vehementer adueniat ad
bonum uel ad malum quemadmodum contrarium p[re]dictorum
om[n]i[u]m se elongat quoniam morbus et u[ir]tus p[er] similia
roborantur scilicet p[er] solitam grossam dietam Et item cog[ni]-
cio longitudinis t[er]minorum et breuitatis morbi trahitur
ex signis digestionis in vrina nigra In quibus enim
q[ui]d se principium est longum omnia alia t[em]pora seque-
ncia fiunt longa et p[er] [con]sequens se fiet longa Si cum pri-
cipium fuit breue omnia alia t[em]pora fiant breuia
et p[er] [con]sequens tota se breuis quod quidem notabile est atque
utile ad prognosticandum statum scilicet an sit longinquus
vel p[ro]pinquus a principio febris ut ait G[alienus] primo de c[r]isi

Capitulum tercium de significatione quatuor temporum quorum vniuersalium in se et in quo egris debeat fieri crisis &c

F ebris quelibet et ipse cum fiunt salubris hu-
moralis quatuor habet t[em]pora quibus eius
alteratio secundum naturam et uirtutem sensibiliter
variatur Quapropter necesse est ut cognoscatur a me-
dico quoniam per ea cibus atque medicina similiter et alia
p[ro]nosticaus que simpliciter variantur sunt autem principium
augmentum status et declinatio p[re]dicta Quorum distin-
ctio fit tribus modis Vno quidem modo p[er] numerum dierum ut
tunc dicamus fore principium cum primum eger senserit
discretas atque indebitas sui corporis alterationes qui-
bus se p[re]figuratur quas singulas iam descripsimus
in tractatu febrium putridarum in generali Vel dicamus
principium spacium trium dierum ut ait G[alienus] primo de crisi
Tunc uero dicimus augmentum cum se p[er]acuta processit
ad diem secundum et se peracuta ad diem 3m et se acuta
absolute ad diem vii et se cronica ad diem xiiii et
se cronica ad diem xx uel sibi p[ro]pinquum Tunc uero
statum esse dicimus cum se ad diem suam creticam p[er]uene-
rit uel proxima p[re]cedentem Tunc vero declinationem dicimus
cum se crisim fecerit fidam et completam Secundo modo
distinguuntur hec t[em]pora p[er] gradus accidentium morborum ubi-
que ut tunc dicamus principium cum accidentia febris
singula qualis est dolor capitis sitis et vigilie non-
dum fuerint sensibiliter augmentata Tunc uero dicimus
augmentum cum omnia hec uel p[ro]xima sensibiliter acuunt Tunc
uero statum cum ad ultimum difficultatis et malicie
p[er]uenerint Tunc uero declinationem cum facta euacuatione
forti p[ro]xima sensibiliter ceperint accidentia singula
mitigari Tercio uero modo et magis certo atque racio-
nabili distinguuntur p[er] motum digestionis ut quidem tunc
esse dicimus principium cum nondum apparuerit signa
digestionis in vrina uel fuerit occulta diminuta v[e]l g[rossa]
vt cum vrina est alba lactea aut glauca aut karo-
pos in colore et grossa ualde et subtilis valde in
s[ubstanti]a et in egritudine mortali tunc dicimus esse principium
cum non dum apparuerint manifesta signa cruditatis
isto namque t[em]pore neque natura operatur manifeste in materiam
neque materia insurgit manifeste contra naturam Tunc autem esse
dicimus augmentum cum apparuerint signa ma-
nifeste digestionis in vrina v[e]l g[rossa] quoniam est pallida uel
subpallida uel subcitrina in colore et mediocris
in substancia cum nebula pendente in supremo uel nata-
te in medio et in egritudine mortali tunc dicimus
esse augmentum cum apparuerint signa manifeste

cruditatis ut sunt signa contraria p[re]dictorum Isto na-
mque t[em]pore uel uirtus agit in materiam uel materia insurgit contra
uirtutem Tunc autem statum esse dicimus cum apparuerint
signa in vrina p[er]fecte digestionis omnia quamque v[e]l g[rossa] ut
cum vrina fit citrina aut ruffa aut subruffa in co-
lore, temperata uero in substancia cum ypostasi alba leui equali
pyramidali usque in die creticum huiusmodi apparens aut
cum egritudine mortali apparuerit ceperit signa cruditatis
aut adustionis ultimate ut est vrina aquosa sub-
tilis et nigra spissa aut liuida confusa aut viridis
zenosa cum debilitate uirtutis et pulsus p[er]uitate Isto
namque t[em]pore natura operatur in materiam iuxta ultimum sue pote-
ncie et ipsam digerit complete atque a maculo segre-
gat et circa finem status ipsam subito expellat et cri-
sim faciat salutarem aut materia vehementer insurgit contra
naturam uirtutem et ipsam opprimit tota simul et crisim
efficit mortalem Tunc vero declinationem esse dicimus
cum post euacuationem creticam copiosam calor febris
quieuerit in vrina 2m colorem et substanciam ad statum
redierit corporis debitum uel consuetum neque poterat tempus
vero declinationis esse in se periculosum quoniam potest quis mo-
ri in principio ex multitudine materie similiter et in au-
gmento ex debilitate uirtutis similiter et in statu ex ve-
hemencia accidencium sed in declinatione uero nullus p[er]
se moritur omnino ut ait G[alienus] 3o de crisi qualiter namque
uirtus post pugnam deficeret que in pugna viriliter p[re]uale-
bat Plerumque tamen p[er] accidens mors fit in declinatione
uera cum scilicet nouus morbus accesserit aut cum circa
crisim superfluentem ierit cum hostiliter totaliter exala-
uit Distinctiones autem varie quatuor temporum in se ia[m]
dicte quemque simul inueniunt t[em]poribus eisdem quandoque sibi in-
terim succedunt in toto uel in parte sicut complete osten-
dimus capitulo de pleuresi libro primo Vnde equaliter
his t[em]poribus variandus sit cibus medicina secundum alterationem
et euacuationem cum mensura exhibita in cura febrium pu-
tridarum in generali diximus prosse Restat igitur
ad huc dicere quando horarum debeat fieri crisis propter
quod sciendum quoniam crisis tam salubris quam mortalis
potest accidere in augmento similiter et in statu ut ait Auicenna
Loco tamen fen 2a capitulo de iudiciis bone crisis Crisis
tamen que est in ultimo bonitatis atque certitudinis so-
lum fit in statu quare est sicut meta et regula aliarum
crisium que bone uel male dicuntur prout ab illa
elongantur Vnde in hoc refert quoniam uirtus fortis sit plu-
rimum et materia calida modica subtilis et benigna
non expectabitur completa digestio sed fiat crisis fida
completa et perfecta in augmento et t[em]pore cito eius fiet
quoniam uirtus expellet crudum cum digesto quod si uirtus debi-
lis extiterit et materia grossa p[ro]xima frigida uiscosa
non dabitur induciae usque ad horam status sed in aug-
mento materia obruet uirtutem et faciet crisim mortalem
Si uero uirtus et materia fuerint equalis fortitudinis mutu-
se secundum potenciam et quantitatem non insurget contra se nisi
circa digestionem completam uel cruditatem ultimatam
et faciet crisim circa statum mortalem uel salubrem neque
dicat aliquis quod crisis sit fieri possibilis in principio
quoniam pugna cretica non accidit inter duos debiles omnino
neque debilem et fortem sed tamen inter fortes quare si alterum
sit debilis in principio morietur sine crisi quod si uirtus
et materia fuerint fortitudinis equalis uel circa id aget
in se mutuo diebus in augmento uel statu duorum alterum
domnietur et ad illud non parum confert auxilium

media et influxus astrorum apud diem creticam bona uel maligna &c. quod ait G. 3o de crisi. et non potest aliquis subito saluari ab egritudine sine crisi sed moritur gens plurima subito sine crisi &c.

Capitulum quartum de cognitione dierum creticorum qui sunt et quot sunt

Qm̄ in crisibus pficiatur non sola uirtute naturali pugnate contra morbum et eius causam, uerum et auxilio corporum celestium per quorum ordinatissimam latorem omnis inferior latus gubernatur ut ait Aristoteles primo metheororum. et ypo primo pnosticorum et G. primo de creticis diebus uidetur dies cognoscere in quibus corpora celestia uirtute benigna influant aut maligna in corpore egri ad crisim bonam uel malam faciendam. Sed licet corpora celestia plurima atque diuersa sint valde secundum numerum et uirtutem, medicus tamen duorum influxum considerat scilicet solis et lune. quoniam sunt omnium precipua apud sensum et uirtute. similiter et morbis creticis sufficiunt omnimodaque. quemadmodum enim omnis morbus creticus aut est cronicus aut acutus quoniam et proprie uere cronici indicantur. similiter et et motus solis per circulum zodiaci cronicus est ita ut non nisi anno integro compleatur, motus uero lune per zodiacum breuis est et acutus. ita ut quolibet mense compleatur, quapropter oportuit ut morbi cronici uirtutem solis aspicerent et eius motum, morbi uero acuti uirtutem et motum lune sequentur. Cum igitur motus celestium corporum. similiter et astrorum non nisi tempore mensuretur. ut ait Aristoteles 4to phisicorum. tempus autem per dies et ebdomadas et medietates ebdomadarum que quarte mutuantur sed et per menses distinguatur fuit necessarium ut motum et influxum solis et lune medicus considerans distinctionem temporis iam positas denotet Incipientes igitur dicamus quod quemadmodum apud astronomos sunt dies et ebdomade et medietates ebdomadarum atque menses. similiter est apud medicos omnia quaque. uerum ut plerum differunt. quia dies apud astronomos qui dies naturalis appellatur est xxiiii horarum naturalium completarum. Dies uero medicorum est xxiii naturalium horarum et xiiii.e partis unius hore. quoniam quemadmodum solis circulum describit suis horis. ita luna circulationem perficit una morbos acutos sensibiliter uariante horis supradictis Similiter differunt et ebdomade atque earum medietates quoniam ebdomada astronomorum constat ex septem diebus naturalibus completis, medietas uero ebdomade ex tribus diebus naturalibus et xii horis Sed ebdomada medicinalis ex vii diebus medicinalibus componitur qui non constituunt nisi sex dies naturales et xviii horas et dimidiam prout ostenditur ex aggregatione dierum predictorum. Medietas uero ebdomade constat ex tribus diebus naturalibus et viii horis et dimidia et quarta parte unius hore naturalis. Et medici quidem ebdomadam vocauerunt quadram quoniam per singulas ebdomadas perficit luna quartam partem zodiaci, sed medietates ebdomadarum quaternos appellarunt quoniam in omni ebdomada sit media dies quarta quemadmodum et lunam ebdomadarum unione periodum vocauerunt quoniam per singulas tres ebdomadas simul copulatas perficitur dierum et ebdomadarum medicinalium computatio pro integris et diminuta ita ut tunc iterum alia computatio inchoetur. Verum cum mensis ex ebdomadis quatuor integretur oportuit. ut quemadmodum astronomorum ex quatuor ebdomadis constat perfectis que sunt xxviii dies naturales, similiter et mensis medicorum ex quatuor ebdomadis dierum suorum predictorum que sunt non nisi xxvi dies naturales et xxii hore, hec est igitur dierum et ebdomadarum atque mensium medicinalium inuestigatio sumpta a posteriori, sed et a prioribus inquirendo dicamus quod mensis astronomorum est duplex in genere scilicet solaris et lunaris. Solaris quidem est spatium temporis quo sol unum ex signis zodiaci motu proprio percurrit et continet xxx dies naturales et x horas et dimidiam horam quod tempus si diuidatur per quatuor fiet ebdomade solares et hec ebdomada si per vii diuidatur fient dies solares Mensis uero lunaris est triplex primus quidem mensis coniunctionis et est spatium temporis quo luna coniuncta soli recedit ab ipso et perficit totum zodiacum et plus aliquid donec iterum soli coniungatur et continet xxix dies naturales et xii horas Secundus uero dicitur mensis peragrationis et est spatium temporis quo luna sub zodiaco mouetur ab eodem puncto ad idem rediens et continet xxvii dies et viii horas quare deficit a mense coniunctionis in duobus diebus naturalibus et quatuor horis quo quidem ille mensis indiguit ut luna solem inueniret Tercius autem dicitur mensis apparitionis et est spatium temporis quo luna apparet hic nobis in suis illuminata quod quidem accidit cum a sole recedit post coniunctionem que adustio nuncupatur et continet xxvi dies naturales et xii horas quare deficit a mense coniunctionis tribus diebus naturalibus quibus luna nobis non apparet illuminata quoniam stat sub adustione totidem diebus Sed cum luna uirtute sua non influat in hec inferiora nisi per suum motum et lumen quemadmodum neque aliquod aliud astrorum ut ait Aristoteles 2o celi oportuit ut medicus mensem peragrationis et mensem apparitionis in sui consideratione assumeret neque mensem coniunctionis computaret quare si menses hii duo aggregentur constituent liiii dies naturales et xx horas quod tempus si totum medietur constituet mensem medicinalem superdictum cum suis ebdomadis et diebus Postquam igitur dies et ebdomadas atque menses medicinales inquisiuimus. sciet modo consequens ut ipsorum computationem inquiramus Et ita quod est aduertendum quia dies naturales astronomorum similiter et ebdomade sunt integre et perfecte plana est eorum computatio Verum apud medicos uariatur quia prima ebdomada computatur diuisim a 2a scilicet ut dies vii naturalis totaliter sit finis prime ebdomade sed dies octauus sit principium 2e Secunda uero ebdomada coniunctim computatur cum tercia. ita scilicet ut dies xiiii naturalis totaliter sumpta sit finis 2e ebdomade et principium 3e ut sit prima periodus que sit tres ebdomade medicinales compleatur in xx diebus naturalibus et quatuor horis ut ait ypo 3o pnosticorum Et quidem ex hoc accidit quoniam medicus xii horas naturales aut plures pro die completa recipit quod si pauciores fuerit abicit omnino propter paruitatem quemadmodum accidit in computationibus astronomorum ut sit quodam modo pro integra sua computatio procedat Cum igitur vii dies prime ebdomade medicinalis sit spatium xviii horarum et dimidie propterea quoniam dies vi precedentes fecimus integros atque naturales sequitur ut quodammodo pro die vii computetur completa Sed cum dies vii ebdomade 2e que erit dies xiiii sit tantum xi horarum

p(ro)p(ter) q(uo)d cu(m) dies omnes p(re)cedentes fecimus integros atq(ue)
n(atur)ales oportuit ut illa dies bis numeratur et dies vij
secunde ebdomade votaretur q(uonia)m per huiusmodi redupli-
tatione(m) q(uo)d defecit in ebdomada secunda recuperatur
in t(er)cia et eq(ua)lis est Et quemadmodu(m) fit computatio eb-
domadaru(m) in p(ri)ma p(er)iodo que in die xx n(atur)ali t(er)mina-
tur inclusive ita et in p(er)iodo 2a que incipit in die xxj
n(atur)ali et in die xl n(atur)ali t(er)minatur, similit(er) et in 3a
p(er)iodo que incipit in die xlj n(atur)ali et in die lx n(atur)ali
t(er)minatur p(ro)p(ter)q(uo)d no(n) computantur dies neq(ue) ebdoma-
de neq(ue) p(er)iodi s(ed) menses atq(ue) anni cu(m) e(st) l(on)ga
egritudinum maxime cronicaru(m) que cursu(m) solis asse-
quuntur et non per crisim s(ed) per resolutio(ne)m t(er)minant(ur) Ex om-
nibus igitur que dicta sunt docemur dies creticos
computare V(erbi) g(ratia) in p(ri)mo p(er)iodo q(uonia)m si morbus t(er)-
minabitur in die xiiij vel infra computabimus om-
nes dies per dies fractos atq(ue) mediamales ita ut si
morbus incepit in die solis hora 2a dicemus q(uod)
incipiet dies 2a die lune hora p(ri)ma et paululum
prius quod no(n) est estimatione dignum p(ro)pter suam p(ar)vita-
tem, et q(uod) dies 3a incipiet die martis hora p(ri)ma di-
ei p(re)cedentis et sic anticipando p(er) vna hora n(atur)alem
quamq(ue) die n(atur)ali quare cu(m) ad diem xiiij p(er)venerimus
incipiemus ipsum xiiij horis an(te) die(m) xiiij n(atur)alem Et
ex h(oc) scire potes quare plerumq(ue) fit crisis sida et non
completa in die xiiij n(atur)ali q(uonia)m illud accidit ex hoc
q(uod) dies cretici mediamales incipiunt vel t(er)minant(ur) in
eis Si v(er)o morbus t(er)minabitur p(ost) die(m) xiiij ut pote
in die xvij vel xx tunc no(n) per dies mediamales sed
integros computabis q(uonia)m reduplicatio diei xiiij totu(m)
errorem applanabit q(uia) si non fieret tunc tres ebdoma-
de mediamales in xix diebus n(atur)alibus complent(ur)
q(uo)d est contra ypo(cratem) 3o pronosticoru(m) Et quemadmodum
de p(ri)ma p(er)iodo distinximus ita fiat similit(er) in 2a s(ed)
in eoru(m) p(ri)ncipiis renouando modu(m) computationis
quemadmodu(m) et in p(ri)ma Restat aut(em) adhuc dieru(m) et
ebdomadaru(m) atq(ue) p(er)iodoru(m) et mensiu(m) mediama-
liu(m) v(ir)tutes p(er)tractare ita ut scire possimus quis sit
dies creticus ad bonu(m) vel ad malu(m), et quis sit dies
indicatiuus, similit(er) et in qua ebdomada atq(ue) p(er)iodo
v(ir)tus dieru(m) augmentetur aut debilitetur Dicamus
igitur q(uod) omnis dies aut est creticus aut indicatiuus
aut incidens ut ait G(alienus) 3o de creticis, et si fuerit cre-
ticus aut est radicalis aut accomodatus aut in-
cidens Dicimus aut(em) dies creticos radicales q(uonia)m
fit in eis ut plurimum crisis ad salutem p(ro)ptea quod sunt
dies quadraru(m) in quibus luna forti mutatione sua
scilicet lumine et motu respicit infl(u)ora Et sunt isti di-
es vij xiiij xx quantu(m) ad p(ri)ma(m) p(er)iodu(m) vniu(er)sale
Similit(er) et xlvij xxxiiij xl quantu(m) ad 2am p(er)iodu(m)
vniu(er)sale Similit(er) et xlvij liiij lx quantu(m) ad 3am
et vltima(m) p(er)iodu(m) vniu(er)salem Postea v(er)o sunt me-
ses mediamales usq(ue) ad 3m vel quartum Et deinde
anni solares sicut p(atet) in cirog(ra) et podogra que in
quibusdam corporibus t(em)p(o)re veris vel autumpni redire
vel t(er)minari p(er)iodice consueuerunt Dies v(er)o creticos
per accomadationem dicimus q(uonia)m fit in eis crisis ex
v(ir)tute ebdomadaru(m) quaru(m) sunt medietates et s(un)t
isti dies quatuor xj xvij quantu(m) ad p(ri)ma(m) p(er)iodu(m)
similit(er) et xxiiij xxx | xxxvij quantu(m) ad 2am s(imi)l(ite)r
et dies xliiij lj lviij quantu(m) ad 3am p(er)iodu(m) vniu(er)-
salem, et p(ost) h(ec) sunt medietates annoru(m) et mensiu(m)

Dies v(er)o creticos incidentes dicimus q(uonia)m in ipsis fit
sepe crisis ad bonu(m) et ad malu(m) quemadmodu(m) et in
radicalibus Verumtamen illud no(n) accidit ex influxu cor-
poru(m) celestiu(m) sed ex impetu morbi vel v(ir)tutis et
sunt isti dies iij viij x ex quo scire potes q(uod) in secunda
p(er)iodo vniu(er)sali et t(er)cia non sunt huiusmodi dies q(uonia)m sole
febres p(er)acute vel acute sunt impetuose que ne(c)essario
sub p(ri)ma p(er)iodo t(er)minantur Dies v(er)o indicatiui ut
ait G(alienus) loco supradicto consimili(ter) distinguunt(ur) s(ed) q(uonia)m aut
sunt radicales aut accomodati aut incidentes Di-
cimus aut(em) radicales q(uonia)m fortis atq(ue) v(er)idica e(st) eoru(m)
indicatio cu(m) sunt dies medietatu(m) in quadris siue
septimanis ut est dies iiij qui indicat sup(er) vij et
xj qui indicat sup(er) xx, et huiusmodi vniu(er)saliter sunt omnes
dies quos creticos per accomodatione(m) diximus Et in 2a
p(er)iodo s(imi)l(ite)r et in 3a q(uonia)m sunt dies quadre et radical(es)
in indicando sup(er) quadra p(ro)xima sequentem Dies
v(er)o indicatiuos per accomodatione(m) dicimus q(uonia)m quemadmo-
du(m) creticatio p(ro)pt(er) quadraru(m) accomodat(ur) diebus quadra-
rum et h(ii) sunt dies vij qui indicat sup(er) xj, et xiiij
qui indicat sup(er) xvij, et xx qui indicat sup(er) xxiiij Et
similit(er) est intelligendu(m) de 2a et 3a p(er)iodo vniu(er)sali
Dies v(er)o indicatiuos incidentes dicimus in quibus
est v(ir)tus indicatiua s(ed) no(n) fortis quemadmodu(m) neq(ue) v(ir)tus
creticandi et huiusmodi sunt dies iij qui indicat sup(er) v, et
x sup(er) xx quodammodo, et quemadmodu(m) dies cretici in-
cidentes non sunt in 2a neq(ue) in t(er)cia p(er)iodo vniu(er)sali
similit(er) neq(ue) dies indicatiui incidentes, q(uo)d quidem
contingit p(ro)pt(er) tarditate(m) motus egritudinu(m) durantiu(m)
vltra p(ri)ma(m) p(er)iodum vniu(er)sale(m) Est p(ro)ptea sciendu(m) q(uod) tam
v(ir)tus indicatiua q(uam) cretica certior atq(ue) fortior existit
in p(ri)ma p(er)iodo vniu(er)sali q(uam) in 2a vel 3a Similit(er)
est in p(ri)ma ebdomada p(ri)me p(er)iodi certior atq(ue) fortior
q(uam) in 2a vel 3a ebdomada p(er)iodi eiusde(m) q(uonia)m in huiusmodi
p(er)iodo v(ir)tus egri et feruor materie et aspectus lune
simul concurrunt ad creticandu(m) atq(ue) indicandu(m) In a-
liis v(er)o p(er)iodis solus aspectus lune, quare manifestu(m)
est q(uonia)m dies vij fortior est in creticando q(uam) dies xiiij
quemadmodu(m) et xiiij fortior est q(uam) xx, similit(er) et dies
quartus fortior est indicando sup(er) septem q(uam) xj sup(er) xiiij
et ista est fortior q(uam) xvij sup(er) xx q(uo)d no(n) parum deser-
uit medico qui vult diem crisis cognoscere an(te)q(uam) sit
et qui vult p(re)noscere futura(m) morte(m) vel salute(m) p(ro)ut
p(ro)ximo cap(itul)o dicemus Dies aut(em) incidentes absolu-
te incipiamus omnes alios qui neq(ue) sunt cretici neq(ue)
indicatiui quoquo mo(do) Vnde si crisis aut indicatio in
ipsis accidat timorosa est et mortalis q(uonia)m no(n) fit
in eis pugna ex aspectu corp(or)um celestiu(m) neq(ue) ex
instinctu v(ir)tutis contra n(atur)am s(ed) ex impetu m(ateri)e sup(er)
v(ir)tutem qui est motus pugne similis motui no(n) n(atur)al(i)
et huiusmodi sunt dies ij vj viij x xij xvj xviij quantu(m)
ad p(ri)ma(m) p(er)iodu(m) vniu(er)sale(m) Et sic similit(er) est intelligendu(m)
de diebus eis p(ro)portionabilibus in 2a et t(er)cia p(er)iodo v(niuersa)li
p(ro)pter quod ait G(alienus) 3o de creticis q(uod) dies vij assimilant(ur)
pio p(ri)ncipi, dies v(er)o vj tiranno crudeli, et quemad-
modu(m) int(er) dies creticos, similit(er) et indicatiuos sunt
quidam fortiores aliis in v(ir)tute bona, sic erit intel-
ligendu(m) de istis in v(ir)tute mala q(uonia)m omniu(m) deterior est
dies vj et p(ost) ipsum viij et xij minime v(er)o malus est
dies xvj et xviij, s(ed) medii amboru(m) sunt dies xiij et x
q(uonia)m aliquid bonitatis recipiunt a diebus creticis ra-
dicalibus sibi vicinis quamq(ue) multiplicans in ipsis

crisis accidit ad salutem.

Cam quintum de prognitione diei qua crisis debet fieri et per quam regiones et an sit laudabilis uel mortalis.

Qui scire desiderat crisim antequam sit nec non et eius regionem atque qualitatem necessarium est sibi ut in sciencia medicine sit perfectus et aput experiencia eruditus, similiter et aput intellectu per naturam clarus quoniam illud difficilius est in hac arte, quapropter ait ypo 2a particula afo 4 acutorum morborum non omnino certe sunt pronunciaciones neque salutis neque mortis. Sed ut aliquid huius artis capiamus quam medicorum princeps tradidit 3o de crisi fideliter inherentes eius vestigiis sic incipiamus. Oportet medicum decem cautelas cognoscere per quas et per quas ars predicta comprehenditur et conclusio perfecte fatur non nisi per premissas. Quarum prima est ut se cognoscat essenciam an sit vehemens que cum crisi terminatur. Secunda vero est ut qualitatem eius consideret an cum suis accidentibus seva sit an benigna. Tercia vero est ut hos ex tam principales quam particulares in se et eius porisimo perfecte cognoscat non solum quoniam sunt presentes sed et cum sunt adhuc future ut quis nequaquam dubitet an status egritudinis sit propinquus uel longinquus quoniam penes statum hora crisis indicatur. Quarta autem est ut modum febris consideret an acuta, an peracuta, an acuta decisiua. Quinta vero est ut dies tam creticos quam indicatiuos similiter et eorum fortitudinem secundum bonitatem et maliciam nullatenus ignoret. Sexta vero est ut crisim cognoscat secundum essenciam et qualitatem quod est quoniam crisis aut est laudabilis aut illaudabilis. Dicimus quidem laudabilem cum fuit in die cretica quam precessit sua dies indicatiua et sit post signa digestionis complete et sit cum purgacione sensibili atque sufficienti a decet corpus omnium humorum egritudine facientium non aliorum et sit per regionem membri atque morbo convenientem et sit cum accidentibus modo fortibus ultimate. Crisim autem illaudabilem dicimus cum qua desicit aliquod predictorum quod omnia si defecerint aut in contrarium sint mutata crisim pessimam secundum appellamus et hec omnia sufficienter iam diximus de crisis diffinicione. Septima vero est ut tenorem virtutis agnoscat an sufficiens uel insufficiens videatur. Octaua vero est ut egri corporis habitudinem secundum rarum et compactum necnon et eius complexionem naturalem atque etatem et consuetudine quolibet deprehendat. Nona uero est ut exteriora non negligat primo et ipsa comprehendat que sunt regio atque tempus anni. Decima vero est ut signa omnia tam bona quam mala circa egros in se cognoscat cum ipsorum numero et virtute. Et has quidem cautelas omnes iam pertractauimus capitulis superdictis. Verum tamen adhuc notula et cautela altera qua addidit Auicenna ut scilicet cursus egritudinis attendatur an sit per dies pares uel impares. Omnis namque febris de colera uel sanguine putrescente mouetur per dies impares. Verbigracia exacerbatur die prima et mitigatur in secunda, et postea iterum acuitur in 3a et mitigatur in quarta sicque procedit in suis exacerbacionibus atque paroxismis usque ad perfectam declinacionem. Sed omnis febris de flegmate aut de melancolia uel sanguine non putrescente mouetur per dies pares. Verbigracia moderate mouetur incipit die prima et fortificatur in 2a, postea iterum mitigatur in 3a, et exacuitur in quarta, sicque procedit per dies principii augmenti et status usque ad declinacionem perfectam. Et quo iam scire possumus quod omnis febris acuta mouetur per impares, cronica vero per pares preter solam febrem synocham inflatiuam que licet sit acuta in ultimo mouetur per pares preter quod ut dictum est ab Auicenna quod proprie loquendo neque per pares neque per impares mouetur quoniam non est proporcionalis ad se aliqua interpolata sed est tota quasi sit in statu tempore omni usque ad perfectam declinacionem post crisim factam et completam. Febris vero composite mouetur motu materie predominantis in ipsis. Verbigracia verus emitteus mouetur per impares, non verus vero per pares. Hec autem cautela fuit et hic necessaria quoniam crisis non fit nisi in die paroxismi ut ait G. 3o de crisi, quare volentem diem prognosticare crisis oportet diem paroxismi nullatenus ignorare. Redeuntes igitur ad principale propositum dicamus primo qualiter valeat precognosci qua die crisis sit fieri futura. Et post hec qua hora eiusdem diei crisis debeat terminari, et an ad mortem uel salutem. Tercio dicamus per quam vetuam sit corporis regionem. Dixit itaque G. 3o de crisi quod si in febre ualde acuta appareat prima die signa digestionis perfecte in urina cum constancia virtutis atque omnibus signis salubribus omnino procul dubio crisis faciet salutarem in die tercio uel quarto uel quinto ad plus, et precipue si causa morbi et etas et complexio et regio atque tempus anni fuerint calida vehementer nec quod cadeat error super egro uel medico in regimine secundum abitum et medicinam. Sed utrumque accidat in die tercio uel quinto per cursum egritudinis cognoscens utrum aut fiat in die quarto uel quinto per qualitatem egritudinis deprehendens, scimus namque morbus prius crisim faciet quam benignius quoniam virtus delicata est neque morbum malignum diu potest tollerare, quare surget ad ipsum expellendum, et subdit G. quod rarissime fit crisis in tercio ita quod Archigenes non vidit ipsam fieri nisi bis, ipse uero semel, quoniam raro sunt febres valde acute currentes per pares, frequenter vero per impares. Et si contrarium concludimus predictum dicentes quod si in primo die egritudinis apparuerit signa ultimate cruditatis cum deiectione virtutis atque omnibus signis maliciis omnino procul dubio fiet crisis mortalis eisdem diebus quoniam ut ait ypo 3o pronosticorum, idem est terminus in febre, hiis quidem ad mortem, hiis autem ad salutem. Et si quedam signorum apparuerit quedam vero occulta fuerint cum ultimacione signorum bonorum uel malorum hii quidem morientur, hii vero saluabuntur eisdem diebus utrique cum difficile exitum consequuntur. Dixit etiam G. 3o de crisi. Et si in egritudine febriente febre ualde acuta non appareat prima die egritudinis signa manifeste digestionis neque in 2a, neque etiam apparuerit eisdem diebus aliud signum timorosum sed omnia signa fuerint laudabilia cum constancia virtutis. Deinde vero die quarto signa manifeste digestionis in urina appareat cum signis omnibus laudabilibus assidue perdurantibus tunc omnino procul dubio crisis salutaris superveniet in die vii uel ix, et precipue si nulla die tercio et vii non fuit erratum super egro. Verum autem crisis compleatur in die vii uel tarde ad ix potius dispositam ex qualitate febris et etate egri atque eius complexione quoniam si omnia declinauerunt ad caliditatem vehementem complebitur crisis in die septima

Si vero febris remissior fuit et etas senectutis affuerit et complexio flatica, differetur usque ad diem xx. Et si canonem preterierimus dicentem quod si in prima die egritudinis aut 2a non appareant signa cruditatis ultimate neque apparuerint eisdem diebus signa aliqua laudabilia vigorosa, deinde vero die viii appareant manifesta signa cruditatis atque indigestionis cum deiectione virtutis et signis omnibus timorosis tunc omnino procul dubio in die viii vel x crisis superveniet mortalis et ipse si virtus egri non valebit intra diem quintum et septimum. Vtrum autem crisis tardetur usque ad diem nonam vel compleatur in septima scire poteris ex tenore virtutis et complexione et etate et regimine consueto tempore sanitatis et vehementia morbi quoniam si omnia aut plurima fuerint calorem et agitationem subita fiet mors et crisis in vii. Si vero contraria fuerint remissiora morietur in ix. Et si quedam signorum apparuerint quedam vero latuerint secundum bonitatem et malitiam similiter et eorum fortitudinem in significando fiet hic ad mortem hic ad salutem iudicandus. Potest namque unum boni signi efficax pluribus malis debilibus prevalere, similiter et unum mali signi efficax bonis signis pluribus debilibus obviare ut ait ypo. primo pronosticorum. Dixit preterea supradicto quod si in egro aliquo non appareant signa certe digestionis circa diem septimam cum in se alia sint omnia procul a timore, deinde vero die viii appareant signa digestionis circa consistentia virtutis et signis omnibus laudabilibus non elongabitur quin crisis fida et perfecta et completa superveniat in die xi vel xiiii; sed quo duorum dierum illud accidat discernendum erit sicut prius. Et si canonem preterierimus in contrarium certe sciemus quod fiet crisis mortalis diebus eisdem. Si sub canone mediauerimus aut mortem aut salutem dubia promittemus. Dixit et ibidem quod si videris egritudinis egritudo non est inflamata neque vehementer acuta sed acuta absolute et videris motum egritudinis in diebus primis tardum et quod sit principium egritudinis moratur tempore longo et quod sit augmentum atque digestionis manifeste incipiunt solummodo apparere in die xi reliqua autem omnia procul fuit a timore tunc scias etiam quod crisis salubris non accidet nisi die xvii vel xx. Inter que taliter distingues cum si morbus et 9o declinet ad frigiditatem et eger fuerit senex et signa digestionis non valde fuerint adaucta in die xiiii tunc crisis non accidet ante diem. Si vero signa fuerint permixta atque ad caliditatem declinantia et augmentetur plurimum signa digestionis in die xiiii tunc in die xvii crisis fiet consummata. Verum qualitercumque res se habuerint et quantumcumque lente fuit febris acuta aut signa digestionis parva fuerint in die xvii sunt tamen de signis certissimis quod morbus xx diem non pertransit quoniam hic dies est terminus omni egritudini vere acutarum. Et si canonem preterierimus in contrarium omnino cum conditionibus eisdem certe etiam quod crisis mortalis accidet in eisdem diebus. Si vero canonem mediemus aut salutem aut mortem promittemus, neque post diem xx docet nos G. diem crisis agnoscere futurorum insinuans fortassis quod post diem hunc non fit vere crisis, sed vel resolutio vel crisis diminuta cum qua morbus non simul terminantur quibus delinquentur manifeste quod in solis febribus acutis est vere futura cognoscere, sed in se cronicis aut cronicis nequaquam nisi fortassis probabiliter ex consideratione virtutis. Cum autem ex hiis usque dictis aliqualiter didicerimus diem crisis agnoscere prius quam fit tam mortalis quam salubris volumus consequenter horam diei cognoscere qua crisis compleatur. Vnde quoniam crisis salubris non perficitur nisi per statum paroxismi crisis vero mortalis terminari potest omni hora paroxismi quoniam ut ait G. 3o de crisi potest quis mori in principio paroxismi aut augmento aut statu aut declinatione ideo horam crisis agnoscere est horam mortis difficile. Sunt igitur ex egris qui plurimum debilitantur in principio paroxismorum ex multitudine materie virtutem opprimentis. Sunt autem alii qui maxime debilitantur in augmento paroxismi propter pugnam et vehementiam que fit inter morbum et virtutem. Sunt similiter et alii qui maxime lassantur in declinatione propter motum caloris naturalis simul cum calore putrido a centro corporis ad dyametros omnes quamquam quamobrem corpus resolvitur et mollificatur et cor infrigidatur et virtus deperditur in toto vel in parte que si medicus a principio cognoverit horam mortis minime dubitabit quemadmodum namque crisis non accidit nisi in die paroxismi similiter neque decior post crisis perficitur nisi in decliori horarum paroxismi ut ait G. loco supradicto. Unum est sciendum quod non est adeo certe atque similiter possibile crisim malam cognoscere quam est autem contrarium sit quemadmodum crisim bonam quoniam crisis bona fit per naturam que ordinatissime procedit in suis operationibus. Crisis vero mala fit ex morbo qui trahit motum inordinatum et cum ex aliis quoniam crisis fida bona et completa vera sola via perficitur in omni egritudine quod est per signa digestionis perfecte et hora status universalis et cum constantia virtutis atque omnibus aliis signis bonis apparentibus sine permixtione omnino. Crisis vero non fida similiter et crisis maligna modos habet varios et velut infinitos quamquam ut ait G. 3o de crisi quod crisis bona fida et completa est sicut metrum et regula crisium aliarum quoniam non dicitur ipsarum aliqua bona vel mala nisi quod multum accedit vel recedit ab illa. Sciendum autem consequenter videtur quibus signis possumus cognoscere per quam regionem crisis sit ventura utrum aut per sudorem aut per urinam aut fluxum ventris aut per eructationem aut alio modo sensibili quocumque, sed illud iam plene distinximus in primo capitulo tractatus presentis quare diligentes brevitatem ex hoc tractatu finiamus.

Incipit Tractatus Tercius de venenis cuius sunt tria capitula. Capitulum primum de cura venenorum in generali

Venenorum duplex est genus quoniam aut sunt humane nature contraria ex tota sui substantia quod medici proprietate seu formam specificam appellaverunt ut sunt napellus et sputum vipere, similiter et eius dentes et cauda scorpionis et sagitta toxicata quamquam accidit ut G. testatur in libello de malicia complexionis diverse quemadmodum vipera inficiat hominem suo sputo, similiter et homo viperam et ipse in ieiunio cum adhuc virtus eius ex cibi qualitate non fuit moderata. Aut sunt humana natura corrumpentia ex sui qualitate seu complexione et ista quidem sunt diversorum modorum quoniam aut fiunt

hoc per caliditatem ultimatam incidendo et corrodendo membrorum membrorum nobilium substantiam et ipse cordis cum omne genus venenorum proprie intendit obviare quia est sedes vite, similiter et orificia venarum aperiendo et inducendo totum corpus profluvium dissinteriam educendo cuiusmodi sunt talia scilicet argentum vivum auripigmentum arsenicum et ipse sublimatum et realgar et simonea atque elleboris niger et aloes cum non fuerint consolata Aut hoc facit per sui frigiditatem ultimatam calorem et spiritus conquassando et cursum eorum per venas et arterias prohibendo et demum membra nobilia et ipse cor mortificando cuiusmodi sunt opium iusquiamus madragora, similiter et papaver nigrum et nix et glacies et aqua nimis frigida, cum plurimum ex ipsis cito rapitur ad epar et venas velut accidit post balneum aut estum Et genus quidem venenorum operantium a proprietate dicitur ab aliis in pluribus Primo quidem quia ex sui malicia vehementi non patitur ut esse possit cibus uel medicina qualitatumque completur Secundo uero quia humanam naturam destruit sive primitus cum cibo aut potu assumatur sive per extrinsecus lesit morsu uel punctura Tertio uero quia et si modicum fuit sunt in substantia fit eius operatio magna valde quoniam accidit ut cum illico acciderit corpus senciat nocumentum Alia uero mora indigent atque viscositudine frequentata Signa venenosorum operantium a proprietate sunt antecessio rei suspecte in cibo uel potu res medicina uel membri alicuius punctura seu morsus post quod statim sequitur calor corporis vehemens cum angustia et sudore, similiter et rubor faciei et altitudo oculorum et inflacio venarum et fetor oris plurimus cum sit productione Deinde cum illico non subveniatur et illius medicine pervenit ad cor accidit virtutis dissolucio frequens et cadunt membra et fit sincopis profunda et moritur post illud homo Et si in membro aliquo morsus acciderit in punctura velut a vippera uel cane rabido uel scorpione uel sagitta toxicata surgit statim in tumorem et fit dolor in eo fortis et fortassis accidit alienacio racionis et ipse si nervus fuit lesus et et fortassis accidit sincopis cum lesa fuit arteria quod si non succurratur denigratur membrum et perdit sensum et motum et demum corrumpitur in eo virtus nutritiva quare quare putrescit et mortificatur et demum mortificat membra vicina donec pervenerit ad nobilia Tunc namque morte uelocem induat Signa venenorum operantium a qualitate calida sunt antecessio rei suspecte in cibo uel medicina post quod accidit dolor et morsura in ventre plurima producens liquor res assumpta non credita fuerit illud facere velut accidit cum mel calidum assumptum fuit et lac cum in stomacho casatur et spiritus frigidi cum inflantur Deinde cum non subvenitur fiunt omnia fortassis acuta venenorum operantium a proprietate, quia illud quod plurimum accidit est ut humores venenata sunt calida vehementer et adiuvat caliditas eorum motum et operationem et fiunt fortassis vomitus difficilis frequens aut fluxus ventris superfluus primo colere post hoc flatus et post hoc melancolie et post hoc sanguinis laudabilis donec ad intestinorum corrosionem et dissinteriam perduxerit timorosam Signa venenorum operantium a qualitate frigida sunt antecessio rei suspecte in cibo uel potu uel medicina ad quam post solitum et debitum statim accidit gravitas membrorum et rigor corporis cum frigiditate, post

hoc uero succedit tarditas in motibus et spasmus aut tetanus et demum subeth et sompnus profundus a quo non potest excitari per dies 3 aut plures Et si curatus fuit illico clauduntur oculi et dormit sicut prius et durat hic sompnus tempore longo donec aut calor naturalis venenum destruxerit quare egressus a sompno et loquitur et movetur et evadit, aut venenum destruxerit calorem quare nequaquam egressus donec moriatur **Methodus** Cura generalis venenorum omnium est duplex una quidem premissiva cum qua venenum appropinquet corpori humano Alia uero sanativa postquam venenum impresserit in corpus Cura premissiva quidem est ut qui timorem habuit in assumptione rei venenose velut principes et magnates non sumat cibos neque potus neque medicamina nisi a persona sibi nota et de qua confidit et que humores cum ipsa pregustavit Caveat preterea a cibis et potibus humilibus saporem excellentem ut potest dulcedinem aut acetositatem vel unctuositatem vehementem quia in hiis virtus venenorum magis occultatur Sumat eius vinum et aquam reposita in vasis diligenter obturatis ne fortassis serpens aut aranea potent ex eis aut demergantur in ipsis Sumat omni septimana bis uel ter ʒ tiriace veteris electe et ipse tiriace de iuniperis cum vino puro claro in yeme uel cum aqua frigida si calorem timuerit ex ea et fuit corpus calidum pro natura etate tempus anni et regionem et assuescat super cibum comedere nuces et ficus et rutam quia a proprietate resistunt venenis adeo ut si in cibo assumptum fuit aut virtutem eius reprimat aut per vomitum expellat nec ex ipso corpus noceatur ut ait G. quinto de simplicibus medicinis et Rasis in Almansore libro primo capitulo de summa medicandi venena et ideo opetitur butirum recens supra in cibo super buccella panis Cura sanativa veneni operantis a proprietate si fuit assumptum in cibo uel potu est ut illico cum senserit mutacionem non consuetam post assumptionem alicuius rei que hoc non facere non debet, sumat in potu aquam tepidam plurimam mixtam cum oleo et aceto donec ex eo repleatur et provocetur vomitus cum digito uel penna inuncta oleo missa in profundum gule, quod si vomitus tardaverit repleatur oleribus et piscibus salitis et bibat desuper usque ad fluentem aquam tepidam decoctionis radicis raphani uel seminis atriplicis et aneti addito modico olei salis et aceti, quod si adhuc non sufficiat suspendatur per pedes capite declinato et confortetur donec evomat viribus dissolutis quia vomitus fortis assiduus est ex rebus maxime iuvativis quia venenum ebibitum exsistit adhuc in stomacho nec descendit ad intestina uel mesaraicas Post hoc uero consideretur si in ventre sentiat estuacionem et fiat illico suppositorium de salgemma uel clistere acutum dictum capitulo de stipticitate ventris donec intestina omnia penitus evacuentur Tunc ergo prohibeatur a sompno propter ne forte venenum ad interiora rapiatur et dentur confectiones frigide vite una ut est zuccarum rosatum et dyapapaver et zuccarum violarum et dyarodon abbatis et rosata novella Deinde uero medicina bezardica i. liberans a veneno a proprietate vite altera velut est tiriaca vetustissima et species tyriaca andromaci et tyriaca G. dissoluta in aqua

frigida uel in aceto uel in potu data. Quod namque
vicissitudo virtutem veneni diminuit et virtutem naturalem
augmentat quod si sitis et calor superfluxerit bibat a-
quam frigidam puram uel commixtam cum aqua rosacea et
aceto quantum voluerit vel bibat lac acetosum quoni-
am acuitate veneni reprimit excellenter quod si per
quod dolor non minoretur opus fiet narcoticis qua-
re gradatim ad ipsa procedatur. Detur ergo in potu
tiriaca infra sex menses confecta si non habeantur
dissoluantur in ʒ i tiriace veteris opii grana v uel
detur filonium vetus quod si adhuc non sufficiat augme-
tetur opium gradatim et si venter constiterit purgetur
alternatim per quod narcotica cum medicina ali-
quali lenitiua ut est cassiafistula dissoluta in aqua decoc-
tionis prunorum uel viol. donec venenum et opium to-
taliter extrahantur et empletur locus dolorosus
cum spongia et plumaceo et remissorie coctis presente
in aqua. Deinde expressis et pistatis in mortario
et incorporatis cum aqua rosacea et aceto addito semine
iusquiami uel foliis eius recentibus si sit tempus
calor. Et epithimetur pectus totum cum peciis line-
is imbibitis in aqua rosacea frigida postquam in ea pul-
uis sandalorum et rosarum et camphore et terre sigillate
fuit dissolutus quoniam cor confortat ne venenum ad
se trahere permittat. Similiter confortetur cerebrum et
epar cum eisdem et ponatur in aere frigido vetos et e-
uentetur eius facies flabello donec virtus exiret.
Si igitur per hec omnia dolor vehemens cessauit et vir-
tus redierit naturalis regatur ex carnibus edorum et
pullorum coctis cum lactucis portulacis et cucurbitis
conditis cum aceto uel agresta uel succo berberis
uel granatorum uel trifolii aut succo acetose. Vtatur
ex fructibus frigidis prunis et cerusis cum abu-
s pixis et pomis sapidis per quod cibum. Bibat vinum
ponticum uel mixtum cum aqua clara donec ad perfectam
redierit sanitatem. Si vero per hec omnia virtus naturalis
defecerit et sincopis frequens superuenerit aut dis-
plicatorum membrorum sit quoniam virtus interdum intrat
ad cor quare prouisioni relinquatur. Cura sa-
natiua veneni operantis a qualitate calida sumpti
in cibo uel potu est eadem omnino cum predicta preter quod
oportet ut sint in ea clisteria lenitiua non acuta sed et
hic est addendum quod si fluxus ventris fortis superue-
nerit restringatur propter sicut docuimus capitulo de flu-
xu ventris paragrafo de cura fluxus superfluentis
propter medicinas efficaciter laxatiuas. Cura sanatiua
veneni operantis a qualitate frigida assumpti
primus est ut fiat vomitus statim a principio
sicut diximus vicibus frequentatis et clisterize-
tur per hoc multotiens cum clisteribus acutis
fortibus calidis attractiuis que diximus capitulo
de superfluitate ventris paragrafo de empiricis et
empletur stomachus et intestina cum em-
plastris calidis dictis capitulo de debilitate digestionis
et prohibeat omnino a sompno trahendo ipsum per
capillos et faciendo similia eorum cum pipe uel
condiis et dentur ei in potu confectiones in
potu calide cum vino veteri amoro sicut est con-
fectio anacardina dicta capitulo de oblivia et dya-
margariton et dyalacca piperon et ex melioribus
rebus est tiriaca vetus Fricetur corporis to-
tum vehementer cum pannis asperis ad ignem

calefactis et ponatur in loco calido luminoso donec
cessauit a sompno. Tunc mitatur ex alleis et cepis et
mica panis imbibita in sinapi et melle simul mixtis
velut in forma saporis sitim eius prouocet unde vtatur
et laborare et sudare faciatis in termino usque ad
perfectam sanitatem. Cura morsus uel puncture
ex animalibus venenosis uel sagittis toxicatis est
ut statim a principio et post tercium dies stringatur
membrorum ligatura forti super locum lesum ne virtus
venenosa transeat in corpus et ponatur super
locum morsure ventosa cum scarificatione donec at-
trahat vehementer et si conferens videatur fiat
scarificatio cum quanto. Deinde ponatur pulli viui
scissi per medium super locum quoniam membrum fortificat
et venenum ad se trahunt. Deinde empletur cum
rubificantibus fortis ex stercore columbarum et ficubus
et sinapi et cepis crudis simul incorporatis
et actu calidis positis super locum. Et ex vehemen-
ter attrahentibus est unguentum fuscum actu calidum illi-
nitum aut cantarides incorporato cum vnguento apo-
stolico uel cum fermento ex attractiuis igitur quibus
fiat alteratio frequenter et sit audax in attrahendo
quia siue morbus fuit venenosus siue non fiet co-
fectus cum virtute sed cum quoniam attractiua et similiter et
post liniatur tyriaca elata supra ulcus et intra et-
iam quamque et eisdem per diebus prohibeatur a sompno
prosse superfluo ne forte venenum cum spiritibus ad
interiora corporis rapiatur neque permittatur ulcus co-
solidari quoquomodo sed ponatur in eo succus caulis re-
centis uel blete cum aceto et sale aut sinapi trita aut
confecta cum melle aut succus allei et cepe crude aut
aliquid aliud acutorum donec patiens omnino nullum sentit
in membro nocumentum. Neque negligatur membrorum sa-
num cum quamque sed statim a principio confortetur cum emplastris
repercussiuis frigidis et cancris contritis cum corticibus
aut cum sandalo et spongia aut cum aqua rosacea et terra si-
gillata et bolo armeno. Et sumat de tyriaca bona omni
die aliquid cum aqua frigida statim a principio usque
ad tres uel quatuor dies quod si infra hos dies locus
corrumpatur cauterizetur usque ad profundum valde ita
ut totum locum obtineat viciatum quoniam malitiam veneni
resoluet et escaram duram faciet inter labia cum quamque
venenum valeat permisire. Post hoc uero tempus non videtur
cauterium conferre quoniam venenum perambulauit membrum
cum quamque quod quidem cognoscetur ex coloris sui denigra-
tione et sensus et motus priuatione quare oportet ut totaliter
a corpore resecetur si fuit membrum possibile truncari velut sunt
manus et pedes quod si non fuit possibile nullatenus curatur
sed fortassis cum blandiciis vita per dies aliquos prolongatur
cum vnguentis frigidis supradictis vehementer que diximus
de malitia cancri reprimendo capitulo de apostematibus in mente
Sed tamen est sciendum quod ex morsibus animalium veneno-
sorum sunt quedam in quibus conferunt medicine calide quas
diximus et est illud quod plinius dicit Sunt autem et alii
in quibus medicine frigide videntur conferre solum sed
nos infra illud distinguemus cum de morsibus et punc-
turis specialiter disseremus primo capitulo Ponimus namque
calida in morsibus timorosis velut viperarum et ca-
nis rabidi frigida vero in morsibus paruis velut apum
et vesparum quoniam non timetur. Creatio ex ipsis sapiens
tamen medicus illud poterit agnoscere et per iuuantibus et
iuuantibus et nocentibus ut dicit G. xii de ingenio

sanitatis quoniam cum emplastris calidis predictis dolor et torturatio augmentatur. Iuvamentum erit ad frigida que fuit ex solatro et sempervivum, similiter et econtra

Pronosticatio Veneni operans a proprietate periculosius est omnibus quare et multum euadunt ab eo, sed quod a caliditate medium est ipsorum. Item omnia venena citius imprimuntur in corpus tolerantium largas habentes venas et membra mollia et quod est in etate iuventutis quoniam corpus diuisum obtinet plerumque venena operantia ex frigiditate, quare et facilius curantur in eis quam ea que ex frigiditate. Unde ypo. 2a particula afo. In morbis minus periclitatur etc. Item sincopis aut dissolutio frequens et fortis superveniens mortale. Item sudor frigidus et pulsus parvus debilis inordinatus, similiter et anhelitus. Quoniam mortale. Item si vomitus et venter restringatur neque res imbibita expellatur sed ad epar et venas rapiatur mortale. Item alienatio aut spasmus aut thetanus superveniens mortale. Item si in punctura aut morsu venenoso fuerit nervus lesus aut arteria mortale erit ut plurimum et precipue si lesio sit fortis, quare accidit ut musculus et iunctura cum puniuntur sint plurimum timorosa.

Capitulum 2m de cura propria venenorum assumptorum per interius ut potest in cibo vel potu aut medicina

Res venenose inficientes corpus nostrum cum per interius assumitur sunt genera diuersorum. Sunt ex eis namque minere et plante et animalia cum partibus eorum de quibus per ordinem breviter dicamus et precipue famosis visitatis. Litargirum cum bibitur aggravatur corpus totum et precipue lingua et fit dolor fortis in visceribus ita ut superveniat vomitus et ventus fluxus et agressio urine simul una hora velut in yleos et torquentur intestina et egreditur amus et fit color corporis liuidus velut color plumbi. Cura eius est ut statim a principio fiat cura generalis venenorum operantium a frigiditate ita ut nihil eorum permittatur que dicta sunt illic. Post illa vero omnia si virtus fortis fuerit fiat ex medicinis provocantibus urinam et secessum, quoniam cum egreditur secessus et urina vehementer per se vel per artem sine violentia plurima spes salutis, quare detur in potu tiriaca vi vel iiii sermonce vel 3 i dyaurdy cum aqua mellis quoniam faciat fluxum festinare et detur vice alia vinum album aquosum in quo cocta sunt semen apii ani petroselini et aliquid absinthii quoniam confortando stomachum et intestina provocat urinam, et fortiora provocantia diximus capitulo de calculo in renibus et vesica. Et dixerunt experimentatores quod si post curam generalem et evacuationem dentur in potu 3 iii mirre cum vino aut sporta celtica cum stercore columbino bibentis vinum liberat a proprietate. Cerusa cum bibitur accidit mollificatio membrorum et infrigidatur cerebrum et albificatur lingua et oculi permiscentur et accidit tussis et singultus et surgit dolor fortis in visceribus ita ut quandoque superveniat sincopis et permutatur color corporis ad albedinem et quandoque mingit patiens sanguinem nigrum et precipue quando frigiditas vincit. Cura eius est sicut cura litargiri, et si sincopis continuus supervenerit nequaquam dormire prohibeatur sed cadet in subeth et apoplexiam. Dixerunt preterea experimentatores quod si post curam generalem et evacuationem patiens comedat sisamie aut semen

lini et bibat vinum vetus clarum super ipsum curat a proprietate, similiter et mucillago fenugreci et seminis malue et altee et psillii si potetur. Argentum vivum cum bibitur accidit dolor fortis et torsio in stomacho et gutture atque in intestinis propter caliditatem vehementem quam per adustionem acquisiuit, quare fluxus ventris fit difficilis ita ut quandoque sanguis egrediatur. Cura eius est ut statim a principio fiat cura generalis venenorum operantium a caliditate. Postea vero sorbeat iura pinguia gallinarum et comedat cibos unctuosos preparatos in caliditate velut est butirum quoniam lenificabit vias et faciet vias egredi per vomitum aut secessum. Zimar id est viride eris cum bibitur accidit dolor et torsio in gutture et stomacho atque intestinis, quare retinetur urina et fit fluxus ventris dissintericus et quandoque vomitus. Deinde cum dolor fortificatur infrigidantur extrema et fit sincopis et prostratio. Cura eius est ut statim a principio fiat cura generalis venenorum operantium a caliditate. Et si venter restrictus fuerit lubrificetur cum medicina lenitiua vel clistere quod fit ex viol malua ordeo depilato fenugreco et psillio aliqua et similibus coctis in aqua perfecte de cuius colatura et oleo violarum et mello fiat clistere quod actu frigidum sepius iniciatur. Quod si fluxus ventris supervenerit propterea restringatur ut diximus ibidem. In fine vero rei et post vomitum atque evacuationem sorbeat assidue iura unctuosa gallinarum pinguium et porcellorum, similiter et brodia butirosa, bibat etiam sepius mucillaginem fenugreci psillii seminis altee et seminis malue et lini, quod si fastidiosum fuerit et abhominabile, bibat sirupum viol aut julep cum aqua frigida et comedat butirum crudum cum buccella panis quoniam dolorem lenit in visceribus. Deinde bibat lac acetosum et aquam fabarum et vinum granatorum et succum malorum acetosorum et berberis et trifolii quoniam sui stipticitate prohibet intestinorum corrosionem, et lenitiua cum stipticis alternet. Et dixerunt experimentatores quod urina asini et fel capoli si et ipsius 3 i potetur cum aqua calida post curam generalem et evacuationem curat a proprietate. Calx viva cum potatur facit accidentia zinjar, et cura eius est cura illius. Arsenicum vel auripigmentum cum bibitur facit accidentia zimar. Et cura eius est cura illius. Gipsum cum bibitur facit accidentia ceruse vel litargiri sed fit in eo difficultas anhelitus maior. Et cura eius est cura ceruse. Alumen cum bibitur facit tussim vehementem que cum perdurauit perducit ad ptisim paulatim. Cura eius est cura ptisis in cibo et medicinis lenitiuis quietantibus atque mundificantibus per sputum, quare sorbeat omni die in ieiunio lac recens asine vel capre et comedat butirum crudum cum buccella panis et lambat penidios sucum albissimum et cum tussis fuerit sicca difficilis bibat de sirupo de liquiricia vel de ysopo quos diximus capitulo de tussi. Squama ferri cum bibitur accidit dolor et mordicatio vehemens difficilis in stomacho et intestinis et quandoque fluxus ventris superfluus ita ut fortassis ad dissinteriam perducat. Cura eius est ut si

fluxus uentris non fuerit superfluus detur in potu me-
dicina solutiua recens cum lacte acetoso sicut est
ʒ i uel ʒ ß dyagridii uel ʒ ß electuarii de succo ro-
sarum ut materia expellatur subito per secessum post
hoc uero dentur in potu sorbitiones unctuose dicte in
cura ʒinnar una uice post aliam assidue donec
dolor mitigetur quod si fluxus ualde superfluat restrin-
gatur sicut docuimus capitulo de fluxu uentris ex medicina
efficientis laxante Et dixerunt experimentatores quod si uen-
ter restrictus fuerit et dolor fortis detur in potu
ʒ i pulueris magnetis cum aqua calida quoniam
congregabit squamas separatas et post hoc
per duas horas dentur solutiua primo quidem
leuia uelut sunt cura pinguia et brodia bu-
tirosa quoniam faciunt ipsas egredi per uomitum et se-
cessum quod si leuia non suffecerint ad fortiora
curatiue procedatur Redalgar cum bibitur facit
accidentia ʒinnar sed malitie deterioris et citius interficit
Cura eius est cura ʒinnar sed oportet quod propria est eius
cura cum iam impresserit eius operatio et superue-
nerit dissolutio uirtutis et sincopis profunda
Argentum uiuum cum bibitur illico ex dicetur cum
dispositione sua per inferiora Et si quid fuerit non
exiens cum lędit stomachum et intestina cum dolore et tor-
sione atque inflatione ex frigiditate sua actuali per
ipsum egrediatur per inferiorem regionem quare inflatur
ex eo corpus totum et retinetur urina et mag-
nificatur lingua et mollificantur membra omnia ue-
lut in paralisi et apoplexia Si uero fuerit sublimatum
est nociuum ualde atque corrosiuum propter caliditatem
maxima qua per adustionem acquisiuit quare in-
ducit dolorem et mordicationem uehementem in ui-
sceribus precipue egreditur et sequitur fortassis
fluxus uentris sanguineus dissinteria proueniens
Et cum fuderit in aerem siue fuerit sublimati siue
uiuum est penetratiuum maxime ex subtilitate sue
substantie et flexibilitate quare accidit dolor in capi-
te uehemens et punctuosus et quandoque perducat ad
spasmum et epilepsiam aut ad mollificationem et apoplexiam
propter lesionem fortem cerebri et panniculorum eius Et di-
cunt quidam auctores quod argentum uiuum sit frigidum
et humidum in quarto gradu et quidam quod sit calidum
et humidum in eodem et uidetur nobis quod utique uerum
sapiant Est namque frigidum uehementer secundum suam
complexionem et uirtute et operationem secundum quam est ma-
dens et corrodens et adquirit magis cum fuerit
sublimatum Uerum qualitercumque res se habuerit est pe-
netratiuum et desiccatiuum ex modo sue substantie Cura
eius est ut statim a principio cum bibitum fuerit fiat
cura generalis uenenorum operantium a proprietate que
fere una est et eadem omnino ut diximus in cura
generali Post hoc uero considerationem oportet accidentia que se-
quuntur quod si sequitur fluxus uentris primo
et dolor fortis intestinorum que sunt quoniam humus
calida dominantur in ipso super frigida dentur confectiones
frigide dicte ibidem gradatim procedendo donec ad nar-
cotica perueniatur et restringatur fluxus prout sicut
docuimus capitulo de fluxu uentris paragrapho de fluxu ex
medicina efficientis laxante Si uero sequitur paralisis
et mollificatio membrorum que sunt quoniam uirtus frigida
dominatur in ipso super calida dentur confectiones ca-
lide sicut est dyamarcaron et tyriaca uetustissima

et metridatum et fiant omnia que diximus in cura
uenenorum generali operantium a frigiditate Et dixerunt experi-
mentatores quod in causa calida confert bibere lac capri-
num in multa quantitate aut lac acetosum et gestatio super
ipsum motu forti assiduo quoniam refrangit eius caliditatem
et dolorem mitigabit et expellet materias deorsum per seces-
sum In causa uero frigida confert una uice post aliam in
potu sumere ʒ iii mirre cum uino ueteri amaro aut
ydromelle similiter et uinum decoctionis absinthii et
ysopi et rute Cum autem infusum fuerit in aurem neces-
sarium quod agitetur cum tenta uel radio quoniam fieret magis
fumosum sed leuiter inclinet patiens caput suum super
aurem lesam et saliat super pedes lateris eiusdem donec
egrediatur et si non suffecerit prouocetur sternutatio cum pi-
pere uel condisi ita ut os et nares obturentur Et si
adhuc non suffecerit fiant omnia que diximus
capitulo de surditate paragrapho que fit ex re cadente in au-
rem et solicitetur medicus in eius euacuatione
quoniam cum non educatur corrodit cerebrum et piam matrem et de-
mum interficit cum dolore uehementi Napellus cum potatur
aperiuntur labia oris et lingua et egrediuntur oculi et
fiunt super ipsum uertigo et sincopis et tenasmon et cadunt
cuaduint aliqui ex eo quoniam est uenenum a proprietate
quod si subito non moriantur cadunt in febrem ethicam aut
ptisim et sagitte illinite ex succo eius interficiunt
subito quem tangunt Cura eius si fieri possibile
est ut statim a principio fiat cura generalis uenenorum
operantium a proprietate post hoc uero detur in potu tyriaca
optima cum uino et musto aut detur metridatum aut
dyamarcaron aut dyamusticum cum uino decoctionis
cappari maris et acori una uice post aliam assidue
quoniam resistunt huic ueneno a proprietate si tamen resisti
sibi poterit per artem quoquo Et si uomitus tardauerit
prouocetur dal ante ipsum licet cum inuenientur Euforbium
cum bibitur facit accidentia ʒinnar Et cura eius est
cura illius Titimallus cum bibitur aliquod ex generibus
lactis fiunt accidentia ʒinnar et cum facies aut manus
ex eo liniuntur surgit in tumorem et discoloratur uelut
facies leprosorum et dicitur quod ʒ iii ex lacte huius in-
terficiunt potantem Sunt autem titimalli 3 species famose
scilicet anabula cuius succo utimur et esula cuius ra-
dice utimur et catapucia cuius semine utimur Cura eo-
rum cum in potu assumuntur est cura ʒinnar in stip-
ticatione uentris atque leuiatione doloris sed oportet ut sit maior
intentio ad fluxum restringendum in cibis et potibus
et balneis et clisteribus frigidis stipticis accipitur ut
docuimus ibidem et ex balneis uehementer stipticantibus
est aqua pluuiatilis uel astrinte post quam in ea cocta fuerit
rosa balaustie cortices granatorum cortices papaueris folia
et fructus rubi pira poma mala acetosa uespile
sorbe galle cupressi capule glandium folia uitis agrestis
berberis et similia in qua cum tepida fuerit balneetur
usque ad umbilicum parum post parum ne uirtus ex eo
debilitetur et frigatur aqua rosacea super faciem et pectus
et naribus attrahatur Ex cibis autem stipticis sunt risum
panicum citonia sorbe uespile pira lentes excorticate
aut bis cocte reiecta aqua prima et spissa diligenter
Similiter et pultes ex farina similie conditi cum lacte
ustulato similiter et caro pullorum assa atque condita
cum cera recenti et adipe renum caprarum et hircorum
simul ad ignem in sartagine dissolutis et coratis
super assaturam Ex potibus stipticis sunt uinum rubeum

pontica mixtum cum duplo aque pluvialis aut aque
in qua ferrum ignitum fuerit extinctum similiter et aqua
decoctionis sumach et mirtillorum cum succo rosato dulco-
rata. Clisteria autem supradicta profusa diximus tractatu
de dissinteria. Electuaria vero supradicta bona diximus tractatu
de sputo sanguinis et trociscos de karabe sublimes tractatu
de emictu sanguinis. Cum autem lac titimalli linitum fu-
erit super faciem aut membrum aliud irrigatur et unge-
tur oleo fumoso aut citrino quod si non suffitiat fortifi-
cetur eius virtus cum cerusa et litargirio chesereon et co-
tongradum cum sumitur in potu immoderato usu et sine
correptionibus iuvantibus faciunt actionem titimalli. Est autem meseron
herba cuius folia utuntur sed cotogradum eius semen quod est
malitie peioris et dicitur quod 3 ii in potu exhibite sunt per-
niciose plus tamen vel minus secundum virtute assumentis. Cura
eorum est cura titimalli. Stramonea et dyagridium cum
bibitur sine suis correctoribus et usu non moderato
faciunt actionem titimalli. Est autem scamonea dicta
prius quam assatur in citonio vel torrefiat super
lamina ferrea ignita post hoc vero dyagridium appellatur
et scamonea est malitie peioris quare dicitur quod 3 ii
interficiunt potate plus tamen vel minus secundum virtutem assu-
mentis. Dyagridium vero 3 i vel circa illud. Et cura eorum
est cura titimalli. Aloes cum bibitur dosi superflue-
te et cum additione piperis vel sinapis aut aliorum acu-
torum et proportionum supradictorum facit actionem titimalli et
apperit orificia venarum. Primo quidem messaraicarum de-
inde earum que in sibi epatis et post hoc in membris
remotis quare educit sanguinem bonum per secessum et
sequitur sincopis et casus virtutis. Et cura eius est ut
ligentur extrema vehementer primo quidem superiora deinde
inferiora et ponatur ventose sicce magne super epar
stomachum et splenem ut attrahent succum forti et post hec
administrentur potus supradicti similiter et balnea que diximus
in cura titimalli. Elleborus cum sumitur in potu usu
immoderato facit angustiam circa cor et stomachum et si fuerit
albus accidit vomitus fortis assiduus donec cadere faciet
virtutem si vero niger accidit fluxus ventris tortuosus
donec ad dissinteriam perducat et dicitur quod albus interficiat ca-
nes a proprietate. Niger vero homines si ex ipso 3 ii vel iii
assumantur. Cura amborum est cura titimalli. Cu-
cumer assininus cum succus eius bibitur dosi superflu-
ente facit ventrem currere usque ad sincopim et mortem.
Cura eius est cura titimalli. Ciclamine cum bibitur
usu immoderato facit fluxum ventris superfluum vehementer
et cura eius est cura titimalli. Opium cum bibitur accidit
stupor et frigiditas extremorum et singultus et ver-
tigo et oculorum tenebrositas cum gravitate ma-
gna et color faciei et labiorum oris et unguium fit
plumbeus. Deinde cum virtus eius magis impresserit
accidit difficultas anhelitus et amissio loquele
et subeth et spasmus. Deinde perforato cum frigido su-
dore et dicitur quod 3 ii vel iii ipsius interficiunt potantem
et presertim si fuerit frigidus per naturam vel etatem et si opium pota-
verit cum modico vini albi vaporosi quod eius virtu-
tem deleget per venas ad cor et cerebrum plus quam resolvat.
Si vero fuerit colericus aut sanguineus per naturam et in eta-
te adolescentie vel iuventutis dosi indiget ampliori.
Cura eius est ut statim a principio fiat cura generalis
venenorum operantium a proprietate. Post illud autem detur
in potu vina vite post aliam vinum decoctionis castorei
et piperis et sumat aliquid de tiriaca optima in qua

aliquid balsami ponatur si fuerit possibile et comedat allia
et nuces super ipsum assidue quoniam calefaciendo conferet
vehementer similiter et vinum album vetus amarum
bibitum in multa quantitate donec sudet et calefiat
et moveatur. Et dicunt experimentatores quod ista confectio
est eius propria tyriaca. Recipe asse fetide castorei piretri
piperis misce semine cum quantum volueris. Deinde que
terantur et confitiantur cum melle et detur ex ea assidue
cum vino calido puro veteri amaro similiter et
quodlibet simplicium est conferens sui caliditate. Nux me-
tel cum bibitur facit actionem opii et dicitur quod 3 i ex ea somp-
num profundum inducit quod si ad 3 ii procedatur interficiat cum
sompno. Cura eius est cura opii omnino. Jusquiamus cum
bibitur ex semine ipsius mollificat corpus et inge-
ficatur lingua et egreditur spuma ex ore et rubet
oculi velut strangulati et sensus obscuratur et fit
asma et prurit? vertigo et supervenit spasmus et epilen-
tia et quandoque rugiunt voce horribili atque rauca. Et niger
est in hoc deterior albo. Rubeus utique ipsorum est debilior
quamvis sit opium vel nux methel ita ut fortassis 3 iii vel iiii
ad minus efficiat accidentia predicta. Cura eius est cura
opii omnino. Uva versipina cum bibitur surgit velut la-
ctis sapor in ore bibentis et induratur lingua
et color faciei obfuscatur et supervenit singultus
et vomitus et fluxus ventris dissintericus cum visco-
sitatibus et squamis intestinorum. Cura eius est ut
statim a principio fiat cura generalis venenorum
omnium que est ut festinet ad evacuationem subitam
per vomitum et secessum. Post hoc vero sumat in potu
lac caprinum vel asininum in multa quantitate et
moveatur fortiter super ipsum quoniam malitia eius re-
frangit tortuositatem prohibet et ipsius reliquias pro-
hibet evacuat per vomitum vel secessum et si
fuerit lac acetosum vel lac ustulatum fortius opera-
bitur hoc idem. In fine vero rei et cum dolor et tortuosio
cessaverit omnino detur tyriaca et electuaria calida cum
vino ut alterent malam complexionem frigidam derelictam.
Est namque venenum quod mortificativum
et tortuosum sed maior cadit timor in tortuosdendo
quam mortificando. Fungus cum ex aliquo genere fri-
gorum plurima generalitas assumitur in cibo et presertim sine
pipere aut alliis aut rebus aliis acutis et in cor-
pore frigido per naturam vel etatem accidit singultus
et punctura circa stomachum et difficultas anhelitus
et inflatur venter et infrigidat corpus totum
et retinet urina et minoratur pulsus. Deinde
cum superfluit eius virtus accidit sudor frigidus et
sincopis et moritur fortassis. Cura eorum est ut
statim a principio fiat cura generalis venenorum
operantium a frigiditate que consistit in evacuatione
forti plurima per vomitum et secessum. Post vero illud
fiat cura opii supradicta. Psillium cum recens assumitur
in potu sub multa quantitate facit actionem fungorum.
Et cura eius est cura fungorum. Coriandrum cum co-
meditur recens in quantitate 3 i aut succus eius
cum bibitur in quantitate quarte partis libre illius facit
actionem opii. Et cura eius est cura opii omnino. Man-
dragora cum potatur sub dosi excedente facit actionem
opii sed est malitie minoris. Et cura eius est cura opii
omnino. Cantarides cum bibuntur accidit dolor et
tortuosio in stomacho et meri et intestinis ita ut quandoque
sequatur solutio ventris vehemens et sincopis et

permixtio racionis et dolor pretenditur usque ad extre-
ma corporis transiens per ypocundria et inguina us-
que ad coxas et crura, et hec omnia provenunt ex ear
qualitate sola unum quod ex proprietate accidit est ut siue
per interius siue per exterius inficietur in potibus vel
emplastris ledent vesicam lesione vehementi ita ut
ulceretur et assidue appetat mingere preter quod mingat
et quandoque mingit sanguinem purum modicum subtilem
cum venit ex vesica, et quandoque sanguinem plenum mixtum
condensatum cum ex renibus procedit quare fit dolor
maximus circa pectine et sifone et inflatur virga
vehementer Cura earum est ut statim a principio fiat
cura generalis venenorum operancium a totalitate donec
tota materia euacuetur per vomitum et secessum post hoc
vero mitigetur dolor et corrosio intestinorum et stomachi
sorbicionibus lenitis unctuosis et clisteribus sicut
que dictatus que diximus in cura 2 maxime Et si flu-
xus ventris superfluat restringatur sicut docuimus in
cura titimalli Deinde vero mitigetur dolor et cor-
rosio que fit in vesica regionibus urine cum syru-
pis lenitis et cum trociscis de alkekengi et cum col-
liriis in rectis per siringam et cum balneis et un-
guentis consentibus que omnia composite iam scri-
psimus capitulo de ulcere et scabie in vesica et capitulo
de ardore urine libro primo Stafisagria cum bibitur
dosi superfluente facit accidencia cantaridarum Et
cura eius est cura ipsarum Stellio cum assumitur
cum cibo aut bibitur liquor in quo cecidit facit
accidencia cantaridarum scilicet ysophagum et stomachum atque in-
testina sed non in vesicam Et cura eius est
cura cantaridarum Ydrus cum bibitur eius cibo
aut aqua in qua habitat aut moritur facit accidencia
cantaridarum Et cura eius est cura cantaridarum
Rana seu buffo cum bibitur aqua in qua pu-
trescit saliua aut aut in qua moratur inflat fa-
cit corpus vehementer velut in ydropisi et fit
eius color liuidus cum citrinitate admixta et
accidit dolor et angustia in stomacho et meri atque intesti-
nis et difficultas anhelitus velut spirati et
visum obtenebratio et vertigo et permixtio racionis
et cum eius malicia magis impresserit fit spas-
mus atque tetanus et ventris solucio fortis et
vomitus et emissio spermatis simul hoc vero post quod su-
peruenit sincopis mortalis et pauci saluantur ex ea
quod si quis euaserit non retinebit dentes et hec sua
proprietas specialis ex mollificacione gingiuarum quam
induxit Cura eius est ut statim a principio fiat
cura generalis venenorum operancium a proprietate donec
tota materia vel eius pars maior euacuetur per vomi-
tum et secessum Deinde procedatur ad curam proprietatis
venenose cum potu tyriace veteris electe et metridati
dando cum eis vice post vicem cum vino claro donec
malicia veneni refrangatur et virtus naturalis re-
staurgatur In fine vero rei considerent accidencia que
remanserint, et si remanserit ventris inflacio
detur dyacimina maior et minor et fiat omnia
que diximus capitulo de ydropisi passio de ascite
sine re Si vero remanserit visum obscuritas et
mollificacio membrorum fiat omnia que diximus
de palisi per totum Vitulus aquaticus est vermis pro-
lixus longus velut duorum cubitorum coloris subal-
bidi habitans in paludibus et aquis corruptis

et creditur ab aspicientibus quod sit pilus caude equi-
ne propter similitudinem ad ipsum et cum assumitur in potu
facit accidencia ranarum Et cura eius est cura ranarum Lle-
pus marinus cum bibitur facit accidencia cantaridarum Et cura
eius est cura earum Ceruus cum assumitur in cibo extre-
mitas caude ceruine facit angustiam magnam in stomacho
et intestinis et quandoque sincopim et mortem Et cura eius
est ut statim a principio fiat cura generalis venenorum
operancium a proprietate donec materia educatur totaliter vel pro
maiori parte post illud vero detur in potu periodibus fre-
quentatis tyriaca optima cum vino claro aromatico Et
dicit experimentator quod ista confectio est eius propria tyriaca
Pro auellanarum fisticorum fellis equini aliquis terantur
et confitiantur seu incorporentur cum melle vel zucaro
et dentur in potu una vice post aliam cum vino pre-
dicto Fel omne genus fellis cum assumitur in cibo vel
potu est ex genere venenorum et facit accidencia vomitum
colericum et sincopim Et dicit quod fel leonis aut leopardi
interficit illico potantem et fel canis aquatici aut ca-
nis rabidi cum sumitur ad quantitatem lentis interficit infra
vii dies, quos si pertransierit fiet spes salutis Cura
eius est cura 2 maxime quam superius apud principium
capituli descripsimus Capitulum quartum de cura
speciali venenorum per exterius ut po-
te morsu aut punctura aut vulne-
racione cum gladio et sagitta toxicata

Res venenose que per exterius exhibi-
te inficiunt membrum corpus sunt plurimum generum diuer-
sorum, sunt namque ex eis minerale et plante atque
alia vitalia de quibus per ordinem sermonem faciam
Sed videtur michi ut vniquodque ipsorum operetur a pro-
prietate quoniam rarum est ut virtute alia valeat corpus
hominis cruciare Napellus cum ex succo eius reter
gladius aut tela pungitur inficit quod reperit
una hora, et non videtur ei cura possibilis, quod si
quid conferre poterit est tyriaca magna andromacha-
a, et post ipsam tyriaca 4 cum dissoluitur in vino aut
aqua rosacea et intra vulneris et extra pungitur omni-
bus et detur etiam in potu hiuoi una vice post aliam
cessante quod si per quoniam paciens senserit alleuiacionem pro-
cedatur illico ad curam generalem morsuum et punc-
turarum non venenosarum quam diximus in fine
capituli generalis ubi et signa generalia atque certa infal-
libilia descripsimus euidenter Redalgar cum linitur
super gladium aut sagittam vulneratam facit dolorem
et corrosionem plurima ita ut si non succurratur totaliter
corrumpit membrum et eius operacionem Cura eius
est ut statim a principio fiat cura generalis supradicta
sed ut emplastra frigida cum attrahentibus ibi ponere
abstinent ne forte malicia veneni reddatur furiosa
fiant ergo emplastra attractiua ex rebus calidis ut pote
ficubus et sinapi et fimeto et stercore columbarum atque
similibus vice una, et emplastra mitigatiua repressiua
ex rebus frigidis ut pote psilio spuma lactuca cu-
corea foliis papaueris et similibus vice alia donec
corrosio sedetur neque fermet medicus ad consolida-
cionem labiorum donec tota malicia veneni radicitus ex-
tra cadat Arsenicum sublimatum cum accidit ex eo vulnus
facit accidencia redalgar Et cura eius est cura
illius Vippera cum morsum in quo fecit dentibus
aut puncturas cauda sua egreditur primo sanguis purus
deinde post horam una sanguis spumosus propter ebulicionem

venenum et py hc virus altum aut vide zenenosum
quae surgit dolor vehemens et apparet membrum totum
et surgunt bothor et pustule minute velut a bige
uel aqua bulliente Vipera cum ambulavit eius ma-
licia per corpus inflatur et fit rigor et frigiditas
extremorum non quia venenum sit frigidum sed propter oppilati-
onem similem et resolucionem caloris naturalis ex caliditate
veneni et quandoque supervenit vomitus colericus et sin-
gultus et vertigo et fluxus sanguinis narium In fine vero
sudor frigidus diminutus et sincopis donec mors
inferatur die vii ut plurimum subsequatur Et masculi quidem
sunt deteriores femellis et discernitur ex hoc quoniam ma-
sculus habet vim dentem solum quae facit et foramine
unum ex utraque parte membri lesi femella vero plures
Et etiam magni sunt deteriores parvis et senes iunior-
ibus propter siccitatem sue complexionis et famelici re-
pletis et irati mansuetis et mediterranei paludinosis
Et in estate atque autumpno peiores sunt quam yeme et
vere Et sputum eius cum sumitur in cibo uel sanguis
qui fluit ex cauda sua cum occiditur aut fel ipsius me-
fitat illico simpliciter et inflat exeo corpus vehementer
et fit dolor et angustia fortis valde donec supre-
mat sincopis et mors Et dixerunt experimentatores
quod lingua vipere cum siccatur et custoditur ne putre-
scat allatum in colore atque alnat et velut sudorem
viridum acquirit cum venenum accesserit ad ipsum et
propterea cum ponitur inter res frigidas siccas moderate velut
est sal et arena quoniam tunc vapor venenosus ma-
gis super ipsam aggregatur Et ideo ponitur super mensas
principum et magnatum Cura eius est cura generalis
sive per exterius sive per interius obviauit neque reperitur
scriptum aliquid per certum et perfectum preter curas generales
verum empirici dixerunt quod multiplicatio sompni et
potatio vini boni plurimi et usus assiduus tyriace optime
intus et extra aut metridati confert specialiter in isto ve-
neno propter resolucionem spirituum maximam quam efficit
calore suo forti neque dentur in potu confectiones frigi-
de quoniam calorem veneni constringant et naturalem calorem debi-
litant vehementer sed calide acute venenum subtiliant
et resolvunt sicut est tyriaca optima exhibita cum vino
primo veteri amaro et modico aceto similiter et alia
et sirupus et semen rute et asa fetida et piretrum
et mirra et genciana et piper et castoreum et ari-
stolochia rotunda et omnia coagula et precipue coagulum
leporis et squilla et acorus et asarum et ruta et op-
poponacum sive potentur sive super vulnus emplastren-
tur quicquid possibile convenientium Et ex emplastris bonis est
quod fit ex pullis vivis per medium scissis et acutis ca-
lidis frequentatis super locum et quod fit ex ramis
ficuum et quod fit ex carne vipere sicut predictum est et quod
fit ex savina et baccis lauri et squilla assata et fa-
rina orobi et sinapi et floribus camomille simul
mixtis et perfecte contritis et incorporatis cum oleo lau-
rino uel oleo de iunipero uel laterino uel bndi-
cto et melius adhuc aliis omnibus foret balsamum
si posset haberi Dixerunt etiam quod si homo lesus a vipera
bibat urinam hominis non lesi curatur Conferunt ple-
ra et res unctuose in cibo assumpte velut sunt butirum
novum aut vetus plurimum sumptum cum buccella panis et
iura gallinarum pinguia et nuces et alia quoniam sua
viscositate atque pinguedine forti opprimunt caliditatem
veneni et in se trahunt ne per corpus dilatetur

et fortassis educunt per vomitum aut secessum Dixerunt
etiam quod vipera cum assata et comesta hora dispositionis
veneni multum confert In fine vero rei et cum tumor
et inflatio corporis et angustia fuerint innovata in-
ducatur sudor atque exercicium et labor fortis in ieiunio
et prohibeatur a sompno profundo et balneetur in aqua te-
pida in qua cocti sunt flores camomille mellilotum et
aneti donec omnes venenose reliquie resolvantur
Scorpio cum fecerit puncturam in membro aliquo per acu-
leum sue caude tumet et inflatur cum dolore forti et si
non succurratur perambulat inflatio corporis totum donec
perveniat ad membra nobilia et eorum operationem destruat
et vitam tollat Cura eius est cura generalis cum ventosis
et emplastris attractivis positis statim a principio super
locum et fortassis opus fiat cauterio si non suffe-
cerint predicta Et dixerunt experimentatores quod si locus
inungatur sepius cum oleo de scorpionibus quod dictum
est de calculo in renibus et in vesica paragrapho de emplastris
confert a proprietate sed oleum antiquum in quo pulvis
euforbii fuit dissolutus aut allium contritum cum vino
confert sui resolucione vehementi similiter et tyriaca
vetusta et metridatum et omnis confectio vehementer calida
sive per intus sive per extrinsecus applicetur Aranea cum
membrum stimulavit facit accidentia scorpionis et quandoque
deteriora illis ut extrema infrigidentur et vene inflen-
tur et virga erigatur et multiplicatio ventositatum
in corpore plurimarum Cum autem in potu sumitur inflatur
collum et vene et egrediuntur oculi et fit angustia
in stomacho et intestinis donec sincopis et mors sequatur
Cura eius cum fecerit puncturam est loci ventosatio fortis
cum scarificatione et py hc eius emplastrum cum rutha
et absinthio et calce et sale et cinere simul incor-
poratis cum aqua calida et sudor in balneo sicco
et sepeliatur in arena calida et stercore bovino aut cinere
calefacto in fornace uel sumere in potu tyriacam cum
vino puro una vice post alia assidue et confectiones
calidas scepeditas et precipue semen nigelle et semen
apii et asam fetidam donec dolor et tumor cessave-
rint omnino Cum autem in potu sumitur fiat illico cura
generalis venenorum oppilantium a proprietate Butula est
animal simile aranee sed habet crura longiora et eius
punctura facit accidentia aranee Et cura eius est cura
illius Basiliscus qui cognominatus est regulus
quoniam caput habet velut coronatum et quoniam cunctis a-
nimantibus sui potenti malicia dominatur Ipse namque
non tantum sputo uel morsu inficiat unum et visu solo
quoniam est eius venenositas adustiva ut vapores
sui corporis aerem reddat venenosum quare nullum
animal vivere potest circa sua speluncam et herbe et plan-
te vides arescunt cum serpit super eas Et si quis
ipsum gladio uel lancea tetigerit moritur velut
ex punctura Et dicitur quod generatur ex ovo galli decre-
piti quoniam super ipsum bufo cubat et fovet velut gal-
lina pullos suos Sed nos magis credimus quod
sicut animal generatum a sibi simili quemadmodum et bufo
quoniam in umbra maxime multiplicatur et in india
que sunt regiones calide vehementer et non est ei contra-
rium omnino quare cum videris hominem mori subito sine
causa manifesta et in loco suspecto de situ suo scias
hoc ibi fieri propter basiliscum Et dixerunt experimentatores
quod sola mustela habet proprietatem interficiendi ipsum et in
hoc existit fortior leone aut milite armato Ar-

mena est animal simile basilisco in figura et
opacione preter quod non inficit hora una sicut basiliscus
sed infra quatuor dies Et ideo apud medicos sagit
te toxicate sagitte armene nuncupantur aut fortassis
ideo quod apud armenos fuit repertus primitus eius
usus Aspis et yrundo sunt serpentes venenosi quo
rum est ut que tetigerint morsu vel punctura in
ficiunt infra duas vel tres horas nec est eis cura
Canis tamen est rabidus inficit suo morsu nisi subito
sucurratur fit autem rabidus per adustionem humorum seu cor
poris et conversionem complexionis naturalis in melancoliam adu
stam quemadmodum in hominibus fit mania canina Et
signa canis rabidi et morsus eius sunt rubor oculorum
et piccatio lingue extra os et immissio caude inter crura
et sputum recens currens et raucedo vocis et abhorret
socios et notos quare currit solitarius et invadit omnem
cui obviat et fugiunt ab eo alii canes et dicitur quod si li
matur panis et sanguine cruentetur ex morsu canis
rabidi non comedunt eum canes alii et si emplastrum
vulneris cum mica panis et proiciatur galline non comedit
ex eis Cum igitur canis huiusmodi momorderit hominem
et sibi post dies aliquos et ad minus infra dies xl et
quatuor menses supervenit timor vehemens atque
raucedo vocis et dolor vulneris maior debito et
dispositio ad operationes imitativas suas quod fuit morsura
canis rabiosi quare si non succurratur fit rabidus et
ipse ita ut mordeat homines quibus simile accidet sicut
sibi quoniam est eius morsus venenosus et supervenit
difficultas in anhelitu et vene sitiatur et urina quan
doque retinetur et quandoque mingit urinam nigram et quandoque
lacteam grossam valde quasi sint in ea carnes parve
et quandoque subtilis aquosam propter opilationem et demum
accidit perfrigeratio cum morte festina Et dicit avi
cenna quod non evadit aliquis quem canis rabidus
momorderit postquam timor aque sibi supervenerit
quoniam fecit veneni malicia corpus totum pertransisse Et
dixit Rasis in divisionibus capitulo de mordicatione ani
malium venenosorum quod morsus canis rabidi est super
alia venena maximi nocumenti quoniam est magis
infectivus quam alia. ex eo quod conversatio eius est inter
homines frequentior Cura eius et precipue in principio et
infra 3 dies ad plus cum adhuc est possibilis est ut
statim fiat cura generalis morsuum venenosorum cum
ligationibus et ventosis et emplastris attractivis simi
liter et cauterio cum ferro ignito quod si non videtur sufficere
et membrum incipiat denigrari et passio dilatari
non securabitur eger nisi membrum totaliter amputetur
si fuerit membrum possibile removeri prout di
ctum est in cura generali Et utatur in cibis et potibus
impinguantibus corpus similiter et in digestionibus
atque evacuationibus quemadmodum in passione melancolica
quam diximus capitulo de perturbationibus virtutum sensitivarum
passio de mania canina Verum quoniam in huiusmodi egro
accidit potus aque fetere necesse est ut exhibeatur in
vasis obturatis ita ut ipsam non videat neque au
diat Sunt preterea quedam remedia convenientia a pro
prietate quemadmodum emplastrum ex eruca elixata et con
fecta cum butiro vaccino super locum post curam generalem
similiter et frequens usus carnis de cancro quod sicut fit
secundum Rasim in suo antidotario Recipe cineris cancrorum
adustorum cum suis corticibus sicut sunt intestina vel
formice ℥ x genciane ℥ v thuris ℥ i terantur

omnia et cribellentur et misceantur simul detur ex eo omni
die statim a principio ℥ i vel ii cum aqua frigida quoniam ra
biem fieri prohibet antequam sit et cum facta est mitigat et
decidit Similiter et hoc decoctum Recipe aceti lb i dissolua
tur ad mixtura in capsula et bulliatur donec fuerint
conquassata inspissata in forma unguenti continue
agitando cum spatula donec fuerint perfecte commixta et
cum infrigidatum fuerit reservetur et omni die aliquid
ex eo extendatur super corrigium molle album et vulneri
supponatur premissa cura generali quoniam attrahendo mun
dificat et post hoc sanat Ad idem confert etiam unge
tum fuscum famosum virtute potenti Lupus cum fuerit
rabiosus facit accidentia canis rabidi Et signa et
cura sunt sicut in cane rabido Vulpes cum sit rabida
facit accidentia canis rabidi Et signa et cura eius sunt
sicut canis rabidi Mustula cum sit rabida facit accidentia
canis rabidi Et cura eius est cura illius Homo cum
fit rabidus id est demoniacus humoribus lupinis seu maniacam
caninam fit eius morsus venenosus et facit accide
accidentia canis rabidi preter quod non accidit timor aque nisi
fortassis rabies fuit a principio ex cane rabido ut
diximus supra Et cura eius est cura canis rabidi
Est preterea eius morsus aut alterius animalis est malus
dolorosus preter quod sit venenosus propter aliquam malam qua
litatem calidam vel frigidam vehementem quia individua
inter se subeadem specie vel propter rem acutam ut potest spina
aut unguem aut dentem parvum delictum in vulnere
post morsuram quare tardatur consolidatio in eis que
admodum accidit et in puncturis apium et vesparum et cal
carium et fusis filandi mulierum et gladiis rubiginosis
Quorum omnium una atque eadem est cura videlicet ut statim a
principio fiat emplastrum super locum ex cepis crudis et sale
et melle simul mixtis aut ex cimino et aceto et melle
et cepis simul commixtis et incorporatis quod dimittatur super
vulnus per diem unum et noctem quoniam malam complexionem alterat
et vulnus seu morsuram dilatat et mundificat perfecte
Similiter et emplastrum ex farina fabarum et radice feni
cocti in aqua et aceto deinde expressis et pistatis in
mortario et incorporatis cum melle despumato Postea
vero consolidetur cum unguento fusco preparato et precipue
cum timor est de spina vel ungue vel aculeo vel
dente delicto in vulnere post morsuram quoniam attrahit et
mundificat vulnus efficaciter et post hoc labia eius
consolidat perfecte Sunt autem adhuc genera plurima ser
pentum venenosorum velut dracones et notabiles sunt sed
nos ipsa pretermittimus quoniam propter raritatem non obviant in nostra
regione et cum obviaverint sufficiet in eis cura generalis

Incipit Tractatus Quartus qui est de decoratione cuius sunt xii capitula Capitulum primum de decoratione capillorum

Decoratio est rectificatio // Omnium modorum
dispositionum malarum que fiunt in corporibus
maxime velut in capillis et cute Verum quoniam
quamvis partes huiusmodi neque sint principales neque nobiles pro
pter eam que sunt necessarie ad subsistentiam individui ideo
doctrina de ipsis non est nisi complementum artis medicine
Dicamus autem primo de capillis quorum quidem deco
ratio consistit in octo dispositionibus que sunt. eorum
generatio et eorum evulsio in locis in quibus illud vol
umus et eorum fixio et eorum coloratio et eorum a canitie
preservatio et eorum crispatio vel rectificatio et eorum con
solidatio cum scinduntur et eorum elongatio perfecta

de quibus omnibus breuiter per ordinem dicamus Gna-
to capillorum cum non sunt in membro in quo illud nascitur
pcitur et reductione corporis ad caliditatem et siccitatem
que sunt cause productiue capillorum cum cibis et potibus
et medicinis calidis siccis per naturam et fame et siti et
exercitio forti in ieiunio. localia uero remedia acutis
et similibus fient post illud exhibenda fricetur ergo locus
omni die sepius cum cepis aut alleis aut sinapi
aut spongia marina aut panno lineo aspero
donec ulceretur et illico post fricationem liniatur ex vrina
propria actu calida. aut lixiuio acutissimo facto ex
cinere quercus aut oleo laurino aut oleo laterino aut
oleo veteri in quo cinis capillorum veneris adustorum et
capillorum hominis adustorum fuit dissolutus quoniam post
eius vsum et frequentiam diuturnam pullulabunt sa-
pites capillorum quos tunc abradere conuenit omni septi-
mana semel cum rasorio sicco super loco sepius refri-
cato donec induatur sufficienter inspissari Ex quibus
scire potes quod in corpore frigido sicco per naturam sexu etate
et regione difficile aut impossibile est pilos generari multos
Medicamine aut nobile curas caluitium non solum per
naturam quod allopiciam mediam curauit sic fit in Mesue
in suo de appatis Rx euforbii spume maris fili
columbini ana ʒ i ellebori albi seminis rute montane ra-
dicum canne combustarum corticum auellanarum adustarum
corticis castanearum nasturcii sinapis arthemesie stor-
cis muscis sulfuris viui spice capsie ana ʒ s amigdal
amararum adustarum cum corticibus suis ʒ ix capillorum ve-
neris adustorum corticis pini adusti thuris mirre ana
ʒ iii terantur omnia subtiliter et cribellentur et fiat ex eis
vngentum cum oleo de raphano uel laurino uel oleo ro-
uel vino cocto Vel si aliud presto non sit cum vino
puro veteri amaro uel cum succo cepe acute aut sil-
le et ex ipso caput vnge sero cum vadis dormitum
premissa fricatione supradicta et si fieret stausficatio ante
fricationem melius penetraret et dimitte sic per nocte
tota capite vndique cum pannis calidis cooperto et
in crastino laua cum aqua decoctionis siccle et fabarum
aut cum lixiuio aut cum vino veteri sine intermissione
donec fueris curatus Et si volueris ipsum aromatizare adde
parum musti Medicamine aliud ad idem 2o Ih euchibid
confirmans a[u]ctoritate sic fit Rx carnium limaciarum et san-
guissugarum et apum et vesparum et salis cocti ana partes
equales pone in vase vitreato habente foramina multa
in fundo eius sicut cribratorium et pone super eo vas vi-
treum et manebit per diem et diem quantitas que reser-
uetur in vase et quando oportet fricetur super locum calidum post-
quam fricaueris ipsum prius vehementer cum panno aspero
aut spongia marina Euulsio capillorum in locis in
quibus illud volumus ut pote super cilios aut manibus
aut collo fit duobus modis Vno quidem temporali
remanente capillos tamen non sapites eorum quare re-
generari possunt post dies paucos cum psilotro quod sic fit
Rx calcis viue ʒ i arsenici citrini ʒ i terantur subtiliter
atque cribellentur et cum aqua calida incorporetur ve-
lut in forma vngenti liquidi Vel si magis fortifi-
care volueris pone ad solem calidum per dies plurimos su-
mendo tanto magis de aqua a principio ne possit
condensari et omni die cum puluere recenti calcis viue
et arsenici remouendo donec ad tantam acuitatem
perueniat ut penna intincta denudetur Ex quo igitur vn-
gento liniatur locus leuiter sine fricatione in estuario

uel alio loco calido uel membro inclinato super va-
porem aque calide et cum ad horam steterit et pili os-
cosi fuerint abstergantur leuiter cum manu abluatur
locus cum aqua tepida primo donec psilotrum totaliter
abluatur et post hoc cum aqua frigida donec locus infri-
getur Vnde ipsum psilotrum est corrosiuum Caueatur
ne defluat per membra contigua quare liniatur cum
aqua ro mixto cum albuginibus ouorum et aqua
ro uel plantaginis Et si fiet corrosio cutis in loco depi-
lato consolidetur cum vngento albo usitato Alio uero
modo euelluntur capilli radicitus ita numquam renasce-
rentur. sed illud est rarum et difficile valde extrahantur igitur
a principio radices capillorum singule cum forcipibus
et post hoc liniatur psilotrum predictum dissolutum cum
aceto in quo puluis opii aut iusquiami fuerit
dissolutus vndique super locum donec pori cutis indu-
rentur et radices capillorum penitus auferantur
Tunc ergo liniatur omni die super locum vngentum in-
spissans cutem et callositatem faciens quod sic fit Rx alu-
minis ʒ s cerusse ʒ i draganti gummi arabici seminis dra-
gantis thuris ana ʒ i opii ʒ i terantur omnia subtiliter
et cribellentur et incorporentur cum aqua ro uel oleo
ro uel oleo mirtino vel succo vespilorum et pirorum po-
ticorum uel succo iusquiami recentis uel cum aqua deco-
ctionis seminis iusquiami recentis addendo in fine cere
modicum aceti et si capilli postmodum regenerari videantur
videatur ad curam a principio totiens donec cutis inspi-
ssetur et mala quo calidis allectur Confricio capillorum
efficitur cum reductione corporis ad grossitiem uel pin-
guedinem si fuerit macri tenue aut extenuationem
si fuerit grossum et squalidum Duobus namque modis
contrariis accidit casus capillorum Vno quidem
modo propter siccitatem capitis et strictitudinem pororum
velut accidit in senio et post egritudines peruratas
Alio uero modo propter cutis mollitiem et pororum laxitatem
velut in ydropisi et cacexia quare regatur corpus
in cibum cum cibis et medicinis contrariis secundum quantitatem
et siccitatem capitis uero secundum caliditatem et frigiditatem
et purgetur humor dominans et precipue fleuma salsum pro-
ut dicemus capitulo de scabie et pruritu Localia uero
remedia post hoc ex rebus stipticis instituetur quorum
primum atque debilius est ut omni die membrum abluatur
cum vino rubeo pontico aut cum lixiuio debili facto
ex aqua pluuiali et cinere quercus et vitis albe
aut cum aqua decoctionis rosarum balaustie plantaginis
rubi cupularum glandium mirtillorum corticum granatorum
aut cum aqua calida in qua puluis thuris et gummi
arabici et masticis fuit dissolutus Sed fortius pre-
dictis est hoc vngentum quod sic fit secundum Mesue in suo
de appatis capitulo de casu capillorum Rx corticum canne
ustarum et corticum auellanarum adustarum et granorum
mirti ana ʒ iiii absinthii gallarum ana ʒ ii terantur
omnia in ultimo atque cribellentur et cum oleo ro uel
mirtino confitiantur addita cera sub sufficienti
et vngatur ex eo caput casu omni sero et crastino
abluatur cum aliquo liquorum predictorum Item vngentum
expertum ad idem Rx capillorum veneris adustorum ca-
pillorum hominis adustorum corticis pini torrefacti
donec possit conteri et puluerizari granorum mirti gra-
norum granatorum et corticis eorum corticis mirti gallarum
cipressi auellanarum adustarum corticis papaueris cor-
ticis rubi omnium ana ʒ s thuris gummi arabici boli ar[meni] san-

draconis an ℥ i terantur et cribellentur et confitiantur
cu olo ro et modico laudani uel terebentine et inunga-
tur ex eo cetu calido sicut prius Et si ipm aromati-
zare volueris adde calami aromatici gariofi cinamo-
mi clavi et similia Vnu qm hoc vngentu et quod p-
cessit denigrat capillos auferantur galle et corti-
ces nucu et granatoru et reliqua dimittantur ꝗ fiet
maioris operationis Coloratio capilloru non est fieri
possibilis nisi in capillis uel albis ul subalbidis
qm alij colores no recipiunt tinctura aliqua uel
diminuta et falsam velut in picturis demonstratur
Modus igitur flavos atque auratos faciendi capillos
sic fit decoquatur pallee ordei uel avene in lixivio
acuto pg hoc cole p quod pulvere ℞ rasura buxi
ligni corticis mediane sambuci et berberis an et
fiat illud coriens donec lixiviu citrine cu quo sepius
caput abluatur ita ut no faciet donec exiccetur q si co-
lore huiusmodi facere volueris firmu adde aliquid masticis
gu ara equis draganti in lixivio dissoluendo Modus
uo brunos siue fuscos faciendi capillos est ut fre-
quenter abluatur caput cu lixivio debili no acuto
pgq in eo p die et nocte infusa fuerint et cum
hoc ad ignem bulita folia rosarum cu modico vitrio-
lo et gu arabico Et si fortificare volueris adde mo-
dicu pulveris alkanne ut pulpe granatoru Et si itm
magis fortificare volueris ita ut color fiet brunus
cu obscuritate adde aliquid succi corticis nucu re-
centium et dimitte capillos ad umbra exiccari
post aut huiusmodi succus p totu annu reservari si colliga-
tur dum adhuc nuces non sunt mature et colet et
parum ad ignem bulia Modus uo rubeos faciendi
capillos fit cum ablutione capitis ex lixivio in quo
san dra et rubea tinctoru fuerint dissoluta Et si
volueris ut color huiusmodi permaneat quamdiu steterit
capilli adde aliquid gu ara et vitrioli sic prius
Modus nigros faciendi capillos fit cu reiteratione
plurima colorum predictoru qm illud quod a principio fac
capillos albos et canos et fieri flavos facit pg
hoc fieri brunos deinde nigros qm indurat dia-
fanu lucidu et multiplicatur operatu terrestre q
si subito et vice una capillos nigros facere
volueris ablue eos cu lixivio debili in quo pulvis
gallaru cipsis litargiri et salis gemme fuit disso-
lutus aut acacie et corticis nucu et corticis g-
natoru Modus uo albos faciendi crines .i. ut
remittatur eorum nigredo sit ut abluat primo caput
cu lixivio debili in quo sapo fuit dissolutus De-
inde pruinsq siccetur perfecte suffugetur cu sulphure
posito sup carbones et pg hoc inungat cu huiusmodi
vngento ℞ corticis mediane sambuci citracte
pisaru excorticatarum sulphuris emile sicce stor-
ledini seminis raphani gu arabici om an qua-
tu volueris terantur et incorporetur cum felle vacce
et modico aceti donec redeat ad forma vngenti De
vngatur cu olo sambucino omni die donec incipiat
color albus apparere Ista tamen tinctura e omni dif-
ficillima et que raro fit p arte ꝗ plm ad ea
confert ablutio capilloru assidua cu lixivio fer-
venti et infusio eorum in ipso quando manibus tangi
no pt et eorum expositio ad solem calidum capite
nudato qm sicut calor tuti corporis denigrat
cu sit humida p nam ita capillos dealbat cum
sint sicci et ci p nam Capilloru pservatio a cani-
cie festina completur cu reductione corporis ad
caliditate et siccitatem cu cibis et potibus assis
uel frixis conditis cu pipe sinapi uel melle sile
et cu medicinis purgantibus fla et custodia
a nauseativa sacietate atque ebrietate q si repletio
quoque acciderit festinet ad vomitu proposse devitet
cibos humidos ut sunt brodia et olera atque carnes e-
lixate qm humiditas disponit ad putredinem qua
canicies comitatur velut apparet in storibus antiqua-
tis Abstineat a vino proposse quoque et si sit calidi
stomachi pg qm fuit dignu ipm tm a pportate acto kappe
ad renes et cerebru priusque perfecte digeratur simile
et aceta ꝗ bibat mellicratu aut claretu aut medoz
Caveat pterea ab infrigidatione cerebri et ablutionibus ca-
pitis cu aqua frigida uel aqua ro uel ae frigido
vetoso Site et a suffumigationibus ex camphora et
argento vivo et spodio uel cerusa uel litargiro
Sompnu no multiplicet illico sup cibu Comet omni
die cu surgit a lecto a evacuatione superfluitatum
capitis p nares et palatu cu screationibus et
sternutationibus atque tussi Medicina pterea tardans
caniciem a proprietate est trifera minor qm calefacit
et stipticat cerebru virtute subtilium que sic fit ℞ mira-
bolorum bellicoru emblicoru indoru kebuloru an partes equales
terantur et inungatur ex olo gm et pg hoc confitiatur
cu melle cocto et bn dispumato de quo sumat
omni die in ieiuno ad modu castanee cu modico
vini puri veteris uel mellicrati Crispatio ul lenifi-
catio capilloru fit proprie pg ipsoru humectatione cu lixivio
uel aliquo alio qm si volumus ut inrispentur oz
ut volvatur circa se ipsos uel circa ferru calidu interca-
tionibus diversis et cu fines cu fascia cu huiusmodi
figura donec perfecte fuerint exiccati q si sicci fuerat
in principio intellatemus p operationem huiusmodi crispantur
qm siccitas que est post partum ut difficile venit et cito ali-
enat humiditas uo facilius et quatuque causa et q
quis crispatio temporalis est neque pdurat tempore longo
q si magis pduratem facere volueris abrada caput
quando profundius fuit possibile et abluatur omni die se-
pius cu vino vel calido amaro uel cu lixivio
acuto et cu capilli oriri ceperint involvatur assidue
et nequaquam cu pectine dissoluatur donec ipsorum tor-
tuositas fuit roborata Dixerunt tm medici q pre-
dicti no pt crispitudo nisi cu fuit ex tortuositate
pororum cutis quam nec infirmitas nec senium rela-
xat Si uo volumus ut rectificetur oz ut pg ablutione
capitis cum pectine frequentius distrahantur et
sub figura huiusmodi cu fascijs firmentur et si fieret ab-
lutio capitis assidua cum aqua decoctionis malve
malvavisci fenugreci psilij seminis lini qua sequeretur
scriatio cu pectine infuso sepius in eorum melior fiet
operatio qm vlr omne quod prohibet sessuras capil-
loru atque ipsos elongat subtilis lenificat et ap-
planat Et cuiusque quis virtus sunt res humide mucila-
ginose Consolidatio capilloru cu scindunt et ipsoru
elongatio pficitur cu humectatione capitis ex cibis et
potibus impinguantibus atque medicinis vnctuosis
qm ipsorum scissio similiter et curvatio no accidit nisi
pter siccitatem quemadmodum in lignis apparet cu arescunt
Abluant ergo sepius capilli quaque die cu aqua de-
coctionis fenugreci ul malve ul altee uel psilij ul

seminis lini uel seminis citoniorum aut cum aqua et oleo
simul conquassatis Et ipsam aromatizare uolumus ad-
de cinamomi eleti et calami acoria quantitatem parua et
fac bullire modicum coletur quoque leuiter post quam caput
cum pectine lenito et mucillagine psillii uel fenugre-
ci uel seminis lini uel ex adipe uel lardo et ipse caput
comprimat in crastino uero abluatur cum lixiuio debili
uel aqua tepida supradicta neque exiccentur in sole
calido sed in umbra Capitulum xiii de furfuri-

bus capitis

Furfures sunt squame
albe parue que separantur a cute capitis
aut aliorum membrorum cum earum morditatione
vehementi fiunt aut a mala complexione calida
sicca adusta dominante super corpus aut membrum v-
num Et hec quidem mala complexio aut est sine materia
et ipse tunc est parua recens que solis alterantibus cu-
ratur, aut est cum materia per mala quidem generata qualis est
colera rubea et flegma salsum et ipse tunc est producens dif-
ficilis antiquata et hec indiget aput curam primo quidem
mundificantibus causam 2o uero resistentibus dispo-
sicionem **Methodus** Cura eius est cum fuerit recens
modica ut caput radatur a principio vicibus freque-
ntatis et abluatur omni die aut semel aut bis ablucio-
nibus duabus super se frigidiore studiosa prima
quarum sit coriptica scilicet abstersiua que fit ex lixiuio
forti accutissimo uel ex aqua calida et aceto et
sale, uel ex aqua et melle uel ex aqua calida
in qua farina fabarum et furfur et cicerum et pisa-
rum et lupinorum fuit dissoluta uel ex lacte amig-
dalarum amararum, uel ex aqua in qua puluis sufur
et aluus et bauracis fuit dissolutus Secunda uero ablu-
cio sit leuis mollitiua que fit ex aqua tepida sola
et ex lacte dulci recenti solo, uel ex aqua et lacte
simul mixtis uel ex aqua et oleo communi uel oleo ros
uel viol simul conquassatis, uel ex aqua decoctio-
nis malue maluauisci altee et seminis eorum, uel ex
adipibus anetis anserum et galline, uel ex aqua
decoctionis seminum quatuor psillii seminis lini, uel ex aqua
in qua dragantum fuit dissolutum Et si fuerit ab-
lucionis humor in balneo melior fiet operacio, similiter
et si ablucio coriptica fieret omni sero cum itur ad lectum
et ablucio mollitiua in crastino succederet sanitas
festina Cum uero fuerit hec passio fortis antiquata digna
primo materia atque euacuet prout dicemus in primo
capitulo de scabie et pruritu post hoc uero sequantur lo-
calia predicta Nutriatur carnibus elixis non frigatis
et ciribus earum Bibat aquam puram uel vinum debile
lymphatum ultra medietatem abstineat a cibis acutis
ut sunt cibi in quibus ponitur multum salis aut piperis
aut sinapis similiter et acribus ut sunt acetum agresta
allium cepe et porra quoniam sola dulcia non aquosa generant
sanguinem non mordacem **Emperica** Furfures ca-
pitis et scissura capillorum et eorum fiunt causis que
ut plurimum simul accidunt. et curat cum eisdem et ipsa
iam diximus primo capitulo premissi furfures preterea fiunt
in capite quemadmodum scabies sicca pruriua super corpus
totum quare cura scabiei que dicetur primo sequenti capitulo
pruritibus solummodo sufficiat **Prosticacio** Furfures qui
fuerunt fortes difficiles preparat ad lepram Capitulum
xiiii de pruritu et scabie corporis

Cum super corpus
totum dominatur materia
seu complexio diuersa sicca calida adusta
de qua generantur humores acuti ex quibus cum in me-
bra defluxerint fiunt humiditates virose mordaces
Et si quidem hec mala complexio fuit sine materia uel
cum materia pauca sicut tunc est parua recens facilis acci-
dit ex ea disposicio cutis velut furfures aut squa-
me sicce quam quidem disposicionem pruritum uel scabiem
siccam vocauerunt Cum uero fuit ista complexio cum
materia plurima sicut cum est fortis antiquata accidit
ex ea cutis disposicio cum bothor et pustulis diuersis
quam scabiem humidam appellauerunt et fit cum ea mul-
tiplicacio pediculorum et lendium quoniam ex humoribus materia
generantur adusta qualis est ipse colera rubea uel nigra
similiter et flegma salsum nisi uel per admixtiones flatis
naturalis plurimam uel colere permixtione accidit aut hec
passio illis qui plurimum utuntur cibis acutis ut pote
in quibus multum salis ponitur aut piper aut sinapis
aut allium aut cepe et vinum vetus purum amarum
aut caseus antiquus et leguminia omnia et ipse len-
tes et milium et panicum Similiter et qui cibis facile
corruptibilibus nutriuntur ut piscibus lacticiniis ole-
ribus fructibus arborum et ipse cum super ipsos mouentur
motibus mordinatis donec aduratur velut accidit
in pueris gulosis Similiter et qui post solitum et
debitum negligunt ablucionis corporis a sorditate et su-
dore et balneacionis et pannorum mutacionis membra
namque exteriora et ipse cutis sunt per naturam debilia
fabricata ut omnis interiorum superfluitas ad exteriora
expellitur ut aut c vi de accidente et morbo
Methodus Cura eius cum est recens sicca scilicet
indiget alterantibus ad frigiditatem et humiditatem
quare balneetur multociens in aqua dulci tepida
pura, aut in aqua decoctionis furfuris tritici et malua-
rum et foliorum salicis et psilii quoniam resoluit et humectat
cum leuitate et in ipsa fricetur assidue ex farina
furfuris et fabarum et cicerum et pisarum addito mo-
dico salis, et post exitum a balneo inungatur ex vn-
gento albo usitato uel vngento alio quod iam dice-
mus, et hoc balneacionis cum inunctione vicissim as-
siduet diebus pluribus donec curetur Regatur cibis
et potibus humidis valde et frigidis moderate, ex
quibus sunt carnes recentes laudabiles elixe cum
lactucis cucurbitis rapis bliti et similibus et pultes ex
farina simile uel ordei uel auene conditi cum
lacte dulci Bibat vinum album aquosum uel julep
uel aquam frigidam puram Abstineat ab omnibus
acutis supradictis similiter et acribus sicut sunt
acetum et agresta nisi fortassis aliquid ex ipsis
gustauit gracia prouocacionis appetitus Abstineat et
a dulcibus vehementer sicut est mel, aut cibis
vnctuosis ut pote in quibus plurimum adipis aut
olei aut butiri permiscetur quoniam facile inflamma-
tur et in coleram conuertuntur, sola namque insipida aquo-
sa uel dulcia moderata, uel acetosa non fortia
generant sanguinem non mordacem Cura eius cum
est fortis humida antiquata et cum qua vrina fit
citrina vehementer indiget a principio purgacionibus
humorum adustorum fiat igitur in primis flobotomia basi-
lice dextre uel sinistre si scabies regionem superiorem
corporis occupauit aut saluatelle pedis dextre
uel sinistri si tenuerit inferiorem Post illud uero ue-
tosentur partes scabiose cum scarificacionibus permaneat
in balneo calido quoniam hec flobotomia et scarificacio

extrahunt sanguinis massam adustam intus ex venas
residentem · nec totum corpus refugerat manifeste. Si-
militer et sanguissuge super membra sordida applicen-
tur propter ista non omnia digerat residuum inde quod neque
flobotomia exige potuit propter sui grossitiem aut adhesion-
em viscosam neque scarificatio neque sanguissuga edu-
cere potuit propter situs profunditatem cum sirupo de fumo ter-
re cuius descriptionem ponit Mesue in suo antidotario dupli-
cem scilicet maiorem et minorem, sed maior est melior que
talis est ℞ mirabolanorum citrinorum et kebulorum ana ʒ
xx vel mirabolanorum omnium quinque generum ana ʒ x florum bu-
glosse et boraginis viol absinthii cuscute ana ʒ i li-
quiricie ros ana ʒ ß epithimi pollipodii ana ʒ vii pru-
norum et passularum ana lb ß tamarindorum cassiefistule
ana ʒ ii que omnia buliant in lb x aque usque dum decre-
mat ad lb iiii et cum succo fumi terre recentis cocti et
depurati atque colati et zucari ana lb iii fiat sirupus de quo
potentur omni die in aurora ʒ ii cum ʒ iiii aque ca-
lide, et si volueris ipsum acuere adde scamonee ʒ ß. Hic
namque sirupus stomachum et epar et splenem confortat opi-
lationes aperit ictericiam nigram et citrinam tollit co-
lorem corporis efficit bonum morbos cutis sanat et
precipue quorum materia sunt humores adusti aut salsi sicut
est scabies impetigo serpigo lepra et morfea quorum
ipsorum maliciam corrigit atque leniter educit quamque
die faciens bis vel ter assellare. Purgetur deinde
cum pillulis de fumo terre que sic fiunt ℞ mirabolanorum
citrinorum et kebulorum et indorum ana ʒ v aloes epatici
epithimi ana ʒ vii diagridii ʒ v informentur pillule cum
succo fumi terre vel cum aqua decoctionis eius et dentur
ex eis ʒ i et ß sero cum itur dormitum sine cena vel
si aliud prius sed non fuit digestum materia tunc sirupo ace-
toso composito vel aqua decoctionis fumi terre et
prunorum et florum vel viol et purgetur tunc yera pig-
ra vel electuario de succo ro lassativo post purga-
tiones igitur sepius reiteratas proceditur ad reme-
dia localia per ordinem subdita. **Emperica** Si-
rupus digerens materias adustas similiter et educens a
quacumque particula nostri corporis sic fit ℞ florum bora-
ginis florum buglosse endivie eupatorii ros viol
cicoree cuscute lactuce ana m ß florum camomille
melliloti florum sambuci vel corticis eius media-
ne lapatii acuti et rotundi scabiose capilli veneris
fumi terre ana m i scolopendrie tamarisci ana m i partem
quartam prunorum siccorum et passularum ana ʒ iii
cassiefistule tamarindorum ana ʒ i sene thimi epithimi
pollipodii ana ʒ i et ß mirabolanorum citrinorum kebulorum
et indorum ana ʒ ß scamonee masticis ana ʒ ii deco-
quantur omnia preter sene thimum et epithimum et
cum modicum, ad ignem deponatur in lb viii clare ⸗ bulierit
aque donec redierit ad lb v · tunc addatur sene thimum
epithimum et cum modicum bulierit deponatur ne forte
eorum virtus ab igne resolvatur tunc coletur et syrupizetur
cum lb i zucari et de eo bibant omni die ʒ iiii sine
additione aque quoniam fiet per se subtilis aquosus suffi-
cienter. Item farmacia celeriter evacuans humores adu-
stos a corporibus delicatis est serum vel lac acetosum
cum ex ipso bibitur lb i vel ß in aurora. Si parcius
acuere volueris infunde in ipso per noctem integram
mirabolanorum citrinorum et kebulorum ana ʒ ii postquam pistata
fuerint grosso modo et post cassiam plus porta et
sero cum calido et crastino colata et expressa diligenter

pillule preciose nobiles ad idem que pillule de aloes incipiunt
sic fiunt ℞ aloes boni ʒ ii mirabolanorum indorum ʒ iii seminis e-
pithimi scamonee masticis ana ʒ ß informentur cum succo
fumi terre vel apii vel sero caprino et detur ex eis ʒ i
usque ad duas. Electuarium ad idem quod diacodion cum
turbith appellatur ℞ turbith albi et electi ʒ i ʒʒ ʒ ß
gariofili cinamomi ana ʒ ii diagridii ʒ iii zucari ʒ et
detur ex eo ʒ ß vel ʒ vi. Pulvis ad idem ℞ turbith ʒ ii
reubarbari ʒ i hermodactilorum ʒ i et ß ʒʒ ʒ ß zucari ʒ ii et
sit totum doses due. Et si reubarbarum haberi non poterit po-
ne diagridii quantum est medietas ipsius. Unguentum
curans immundicias a pediculis et scabie sic fit ℞
argenti vivi extincti calcis argenti arsenici rub
vel citrini elebori albi scabiose staffisagrie hermodactil-
lorum litargiri salis sulfuris ana quantum volueris de
omnibus vel de quibusdam terantur omnia subtilis-
sime et cum oleo vel axungia vel aceto vel succo
absinthii vel vino conficiatur in forma unguenti et
ex ipso corpus totum inungatur pluribus diebus in loco
calido et precipue post purgationem. Deinde sordicies cum
unguento diligenter in balneo abstergantur. Est namque tante
efficacie ut ipsum per se solum in balneo sepius reite-
ratum curet mediante purgatione, et si singulas
vel vestes ex eo liniat liberat a pediculis et lendi-
bus deinceps, et si magis ipsum sapientie volueris
adde modicum cere et terebentine et albuginis ovorum.
Est namque continens fere omnia simplicia putredinem
prohibencia et vermes natos ex putredine penetrancia
preter aloes et fel et mirram que si placuerit apponantur.
Balneum preciosum in scabie resolvens atque corpus pul-
crificans sit ex aqua decoctionis scabiose fumi terre florum
camomille apii staffisagrie melliloti lappacii acuti
et rotundi et capilli veneris, vel ex aqua calida
in qua sulfur et sal et alumen fuerit dissoluta
vel ex aquis balnearum que sunt sulfuree vel aliorum
sit per naturam quemadmodum et aqua maris amara et
salsa per naturam. **Canon** Hec passio cum non accidit ut
diximus nisi propter malam complexionem calidam siccam
adustam tunc videtur ut cum ipsa corporis gracilitudo fiat
generalis extenuata ymmo et illud tunc est quando ut
quamque corpus per naturam ceperint extenuari scabies
et pruritus assequantur quemadmodum ostenditur in de-
crepitis et convalescentibus post egritudines diuturnas.
Ex quibus scire potes quod circa impinguandum corpus
maciem quam scribemus supra cum partibus subtiliter
suffragatur **Pronosticatio** Scabies et pru-
rigo cum fiunt fortis difficilis antiquata lepram
signat affuturam. Item scabies cum accidit in pueris
aut infantibus tenellis curari non debet quoniam fortitu-
dine virtutis naturalis et mundificationem sanguinis me-
strui sit in poris corporis delicata et a lepra futura
preservat. Item scabies cum accidit in corpore post egritudi-
nes diuturnas aut acutas cum alleviatione viscerum
et membrorum interiorum et constantia virtutis et bonitate
appetitus casum sit salutarem. Si vero gravitas in inte-
rioribus remanserit aut morbi longitudinem aut re-
cidivam sit futuram nisi fortassis paciens exeat in di-
eta et cibi superfluum assumpserit qui cum imperfecte
digeritur in scabiem transmutatur quemadmodum accidit
pacientibus appetitum caninum vel yporexiam particula
longiorum. Cuiuscumque sit longe · his pustule et do-
lores in articulis fiunt et statim post aut cuiuscumque

ex febribus resurgentibus fiunt aut pustule et do-
lores in articulis hiis ampliori cibis utuntur
Item dicit ypo in particula aforismorum late pustule non
non valde pruriginose fiunt Item si corpus scabi-
osum urinam laudabilem habuit atque bonam digestionem
secundum substantiam suam et colorem et egestiones secundum naturales secundum
qualitatem et colorem ambo proportionatas dicitur in bonam
corporis mundiciem et uirtutis naturalis bonitatem Si uero
contrarium apparuerit mise mulierem et purgatoris
sunt necessariis Unde ypo 2a particula aforismorum Quibus fauces
egrotat aut pustule nascuntur in corpore considerare
oportet egestiones si enim colerice fuerit corpus egrotat
si uero similes sanis fuerint est corporis nutriri tutum
Item corpora scabiosa catharcia non impugnat an-
tequam purgetur quoniam cibus eorum totus conuertitur in materiam
corruptam cum in corpore permiscetur propter quod eius mo-
dicum nutrimentum ad uitam Unde ypo ibidem Non pura
corpora quanto magis nutries magis ledes

Capitulum centum de lepra

Lepra est morbus uniuersalis corporis totius preve-
niens ex dominio materie non naturalis proxime
super humores atque membra ex qua quidem
color ipsorum inficiatur et forma et figura corrumpi-
tur et alteratur eorum complexio et leduntur operationes naturales
et fortassis solvitur ipsorum continuitas ut ulcerentur
donec cadant quoniam est uelut cancer uniuersalis quemad-
modum et cancer est uelut lepra particularis ut ait
Auicenna capitulo tertio tertii particula tertia Dicimus autem fortas-
sis quoniam materia non naturalis est duplex una quidem
generata per adustionem humorum et est illud quod accidit ut
plurimum et hoc quidem est membrorum corrosiuum uehemen-
ter et proprie cum fiunt ex humoribus callidis ante adu-
stionem qui sunt colera et sanguinis Alia uero gene-
rata per humorum condensationem et est illud quod accidit
per parum quoniam ut ait Galienus 2o de complexionibus se-
pius est in nobis calidum adurens quam frigidum conge-
lans et hoc non est membrorum corrosiuum uel mo-
dicum et proprie cum fiunt ex humoribus frigidis per naturam qui
sunt flegma et melancolia Et humor quidem melancolia non naturalis
morbos efficit diuersos modis in uariis et diuersis
quoniam aut colligitur in membro uno aut spargitur per
corpus totum Et si solummodo colligitur in membro uno hoc
fit dupliciter quoniam aut figitur in eius profundo dum currit
ad ipsum per uenas et arterias proprias et efficit apo-
stemata corrosiua que sunt cancer zephiros et herpes
estiomenus que sic differunt inter se quoniam si melancolia non
naturalis fuerit adusta grossa fit cancer Si uero subtilis
adusta fit herpes estiomenus Si uero fuerit congela-
ta fit zephiros durities nominatur de quibus nos
iam expediuimus quantum intencionis nostre fuerat capitulo de a-
postematibus in maxilla Aut spargitur super eius superficie-
rum premat ad cutim et efficit albaras et morphe-
am atque algneses que qualiter distinguntur inter
se proprius capitulis inferius apparebit Cum autem spargitur
super corpus totum intus et extra uenas fit etiam hoc
dupliciter quoniam aut putrescit et resoluitur et efficit
se quartanam aut non putrescit nec resoluitur et
inducit lepram Ex quibus scire possumus quod lepra
in se aggregat uitia ceterorum Est namque lepra illud in
toto quod cancer in parte Est autem illud in carne quod
morphea in cute Est et illud permanens quod est quarta-
na desiciens quare a medicis mala infirmitas

nuncupatur quoniam et eius contagio sanum corpus ma-
culat Sunt autem lepre quemadmodum et morborum ma-
lium omnium tres cause que sunt primitiua antecedens et
coniuncta Causa quidem primitiua est adustio assidue
in sole calido uel ad ignem et coitus superfluus et
labor et fames et sitis et uigilie et usus ciborum
acutorum et uini ueteris amari hec enim omnia san-
guinis massam perimunt ut plene distinximus capitulo de
emoroidibus et capitulo de mania canina Que uero
sanguinem condensant sunt ambulatio per niues assidu-
a et habitatio ad septentrionem et masticatio inter mu-
ros et similibus et otium et ablatio coitus omnino et
usus ciborum grossorum et potus aque frigide uehementer
hec enim omnia sanguinem congelat Sed propter has duas
causas sunt adhuc tres alienatores ad utrumque que
sunt habitatio frequens inter leprosos et coitus cum muliere
leprosa uel cum qua breui tempore ante cum ea leprosus coiuit
Quare fit uir leprosus aut fetus aut utrumque et non
oportet ut fiat mulier sic leprosa in qua leprosus proiciat sper-
ma suum quoniam matricis densitas illud prohibet Et ter-
tia causa que omnium est potissima est coitus cum muliere
menstruata quare fit puer leprosus quoniam ut ait Auer-
rois 3o colliget ut plurimum inest hec passio ex generatione
et raro per acquisitionem quare difficilis est et eius cura
fetus namque dum concipitur hora menstruorum adu-
stionem aut congelationem recipit in suam substantiam que
apud finem iuuentutis et pressum senectutis quoniam
plurimum roboratur docet exitus manifeste in corpore
et fit lepra uelut fermentum cum per diem et nocte cali-
tauit in pasta Est etas namque iuuentutis est tempus
adustionis Etas uero senectutis est tempus frigiditatis
et siccitatis per naturam Causa uero lepre antecedens est
mala complexio calida sicca uel frigida sicca corporis
totius maxime ab epate et corde a quibus fluunt
uirtus influxiua mediantibus uenis et arteriis in cor-
pus uniuersum quare multiplicatur humor melancolicus et
sanguinis grossus in eis ad quod non parum efficit
splenis opilatio seu debilitas per naturam Causa autem
coniuncta est cum humor humori propter calidum aduritur aut conde-
satur donec in melancoliam propter naturalem conuertatur Et que-
admodum humor qui sit conuertitur in melancoliam non naturalem
est quadruplex Sunt et lepre quatuor species famo-
se Cum namque sanguis aduritur allopicia nuncupatur
Cum uero colera dicitur leonina Cum autem alteratur flegma tyria
uocauerunt Et cum melancolia non naturalis elephancia appella-
runt quorum omnium causa et curam per ordinem dicamus
Signa lepre generalia trahuntur a tribus quemadmodum
causis est tunc generum ut ait Galienus 3o de accidenti et sunt
qualitas corporis mutata et exitus mutatus et actio
mutata Et si quidem trahantur a mutata qualitate
sic nouem in eo colliguntur Primum quorum est color
totius corporis et proprie faciei quoniam oportet ut sit rubeus
obscurus tenebrosus cum refulgencia quadam forti
uelut coriagini coruscanti propter et consuetum Secundum uero
signum est dispositio oculorum et palpebrarum atque
supraciliorum quoniam oportet ut sint rotundi cum grossitie et
duritie palpebrarum et nuditate supraciliorum uehe-
menti et pluribus ... in albuginibus ipsorum ex
lividitate uel fuscedine commixta et uenis rubeis
plurimis in angulis ipsorum uelut in cane rabido seu
leone Tertium uero signum est dispositio labiorum dentis
eminentes cum duritie et plubeitate propter quod sit ex natura

Tertium autem signum est dispositio lingue et pallati si linguam depresseris et melius aspexeris reperies sub radice lingue ubi pendet uvula similiter et in pallato fissuras spissas minimas et grana velut milii colorum diversorum et precipue alba vel citrina vel rubea sedentia velut in poris infectis. Quintum signum est dispositio capillorum quia cadunt et sunt rari curti cum furfuribus in capite pluribus quasi qui remanent sunt parvi subtiles qui vix videntur nisi cum respexeris ad solem. Sextum autem signum est dispositio totius corporis prurimina scabiosa cum asperitate et tortuositate et nodositate que sub cute reperitur quando inter digittos tractatur et precipue in facie et circa iuncturas. Et hec quidem sex signa sunt aliis certiora ut cum signa fuerit non faciet errare. Septimum vero signum est dispositio musculorum quia ipsos reperies graciles duos et consumptos et precipue inter pollicem et indicem manuum et pulpis tibiarum. Octavum autem est cutis tensio in toto corpore et precipue super spondiles dorsi precipue forte similiter quamquam si trahatur vel comprimatur tarde redit ad figuram suam et si aqua aut oleum super spergatur non imbibitur sed cito labitur super corpus quasi non fuit quietatum. Nonum signum est dispositio corporis ad aerem continentem quia et si frigidale frigescat aut calescit et debilitate virtutis naturalis ut plurimum infrigescunt quamvis vestibus indigent plurimis et tamen non calefiunt sed hoc est signum fallax quia et omne corpus rarum aut macrum per naturam recipit huiusmodi dispositionem. Alia vero signa trahunt ab operatione mutata sex inde colliguntur. Primum quorum est vocis raucedo et strictura anhelitus non accidens ex catarro vel alia causa manifesta sed precipue strictitate et viarum anhelitus opilatione ex materia grossa cinerosa. Secundum vero est insensibilitas membrorum extremorum cum pungitur aut uritur preter quod fit ex paralisi vel carnis sepa... Tertium autem est membrorum formicatio titillo se producens assidue sine causa manifesta et precipue in fronte et superciliis et naso et maxillis atque super dorso. Et hec tria signa sunt certiora aliis que sequuntur. Quartum signum est habitudo pulsus quia debet ut sit parvus debilis rarus subtilis propter virtutis oppressionem et organi strictitate nisi fortassis a principio principii lepra conmiscetur quia potest esse fortis magnus velox propter caliditate adaucta et adustione vehementi. Quintum est morum pravitas fraudulenta quia facile irascuntur neque statim mitigantur nec confidunt in aliquo sed sunt cavi contenaces et ad concupiscenciam vehementer inclinati. Sextum est somni dispositio quia parvum et breve habent sompnum ita ut ex quacumque levi causa excitentur et appareant in sompno fantasmata nigra timorosa. Quia si signa lepre traxerimus ab exeunte mutato sic quinque inde colliguntur. Primum quorum est fetor anhelitus atque corporis totius velut fetor hircorum et precipue in loco calido estivoso. Secundum vero signum est urina prava subtilis aquosa radiosa subalbida in colore oleaginea in superficie cum arenulis rubeis cinnamum in fundo nisi fortassis a principio cum nec adustio nec opilatio fuit confirmata quia pro illo tempore grossa rubea vel citrina apparet vel karopos. Tertium autem est apparatio ulcerum sordidorum in volis manuum atque plantis pedum ex quibus

sanies aut virus fetidum zenosum manat assidue neque consolidari se permittunt cum sint cancerosa sed magis per diem et diem dilatantur cum prurito vehementi. Et hec quidem tria signa sunt ex signis huius generis ita. Quartum vero signum est quod sentitur ex egestione quia sunt ut plurimum veteres corum sceptica propter siccitate et egestiones eiusdem cinerose. Quintum autem signum trahitur ex sanguinis dispositione et hoc quidem multipliciter uno quia hora illa qua fit flebotomia basilice seu mediane dextre vel sinistre egreditur sanguis niger grossus retentus fetidus et fortassis nihil egreditur quia venimus opilatur. Alio vero modo quia post eius receptionem in parapside citissime condensatur et post tempus modicum scinditur aut in partem grossam residentem et aquosam supernatantem separatur sed citius erit significato si scindatur. Alio item modo quia si retentus cum per flebotomiam extrahitur fundatur in aqua claram frigidam nullatenus cum ea permiscetur sed vel supernatat vel ad fundum descendit velut sanguissuge nigre minute. Et item alio modo quia si retentus colletur per pannum lineum densum et digitis comprimatur diligenter reperies reliquias velut grana milii minuta. Et item aliter quia si retentus cum aqua pura frigida dissolvatur in pelvi terso et mundato reperies in fundo ipsius super effusionem sanguinis et aque grana milii radicta. Et item aliter quia si super ipsum aliquid salis aspersus postquam consistit in parapside et liquor si quis supernatat fuit abiectus nequaquam liquefiat vel modicum valde quod quidem accidit propter sanguinis grossitiem atque siccitatem sive sit adustus sive congelatus. Et item modo alio quia si super ipsum postquam consistit omnino fundatur acetum aut vinum acutum fortassis natabit et bulliet super ipsum. Sed in egestione atque sanie non cadit fides certa quia consimiles eorum dispositiones reperiuntur in corporibus multis ex morbo vel natura. Dicit preterea Rasis in divisionibus capitulo primo quod lepra habet tres gradus. Primus quorum est incipiens et propter ipsum paciens non separatur a policia quia cura perfecta capit si medicus fuit sapiens studiosus. Et signa eius sunt raucedo vocis et strictura anhelitus et turbatio albedinis oculorum et rubedo faciei et tenebrositas eius et paucitas pilorum et subtilitas ipsorum et casus eorum et vere omnia signa sumpta a qualitate mutata sed ab actione lesa cum fuerit remissa moderata neque deteriora accidentia accesserint ad ipsa. Secundus vero gradus est invalescens et propter ipsum paciens ab hominibus separatur. Et signa eius sunt quia raucedo fit fortior et facies tuberosa et digiti curvantur et deturpatur forma ita ut pueri ipsum fugiunt et spasmantur iunctura et fiunt tuberose. Et vere hec omnia signa sumpta a qualitate mutata atque ab actione lesa fuerint fortiora multa vel remissa tunc tamen nequaquam perfecte curatur. Hec possibile cura que est primi gradus sanativa fiat huius repressiva ne cito peioretur. Tertius gradus est inficiens quia non est ei cura nisi mortis suspensiva et membrorum custoditiva ne valde corrodantur et decidant sed morose. Et signa eius sunt quia ulceratur corpus et fetet et virus currit ex membris ulceratis. Sed ut signa omnia perfecte compleamus ad species lepre stratim descendamus. Signa igitur alopicie sunt cum signis predictis quibus rubor faciei plurimus cum inflatione oculorum et eorum lacrimositas cum rubore et

tumor albuginis ipsorum et quia fluit sanguis ex naribus
et gingiis ex omni levi causa et appetitus venarum
grauidus in collo cum dispositione provocativa assidua et
multiplicatio pustularum rubearum quidem super corpus
totum et urina rubea grossa unctuosa et habitudo
liuida carnosa et etas iuuentutis et complexio san-
guinea et antecessio regiminis multiplicantis sanguinem
ex vino rubeo dulci et carnibus salitis et silvestri-
bus et ocio et quiete Unde quando in hac specie capil-
li cadunt plurimum alopiciam vocauerunt Signa leoni-
ne sunt cum signis predictis quibus color faciei albus
vehementer et ulcera feda pruritiua in labijs oris
et manibus et partibus corporis aliis cum ardore ve-
hementi et multiplicatione serpiginis super corpus totum et
urina subtilis pauca alba et sitis vehemens et pro-
stratio appetitus et habitudo corporis solita et etas iu-
uentutis et regimen calidum sicut cepe et pipere allio
et sinapi et vigiliis et fame et siti et labore assi-
duo et potu vini veteris puri et amari Et quia in hac
specie fit maxima mortis furiositas ideo leonina
nuncupatur uel quia plurimum leonum patiuntur hanc speciem
ut ait Avicenna Signa vero tyrie sunt cum signis
quibus predictis color faciei subalbidus parum des-
cendens a facie sanorum cum furfuribus in capite et pru-
ritu et scabie sicca super membra faciente cutim sepa-
ri velut squamas piscium aut spolium serpentis propter
quod et tyria nuncupatur et multiplicatio albaras super
corpus vniversum Similiter et habitudo gracilis et etas se-
nectutis et sexus ut plurimum muliebris et regimen frigidum
antecedens et ipse ex piscibus salitis atque casoouem et
lacte acetoso Signa elephantie sunt cum signis predictis
quibus color faciei liuidus et ulcerationum nodositas
cum tortura et spasmo et ineptia ad motus voluntarios
et multiplicatio morphee nigre super corpus totum
Similiter et habitudo macra gracilis et etas senectutis
et complexio sicca per naturam et antecessio tristicie solli-
citudinis assidue perdurantis et de hoc nomine quia
in hac specie uenture cruris et manuum fiunt plus
rigide quam in aliis velut accidit in cruribus ele-
phantum

Methodus

Cura huius passionis non
diuersificatur secundum suas species sed tamen penes gradus quod est
quia cum non naturalis siue facta sit per adustionem siue con-
densationem humorum quorumcumque sit grossa sicca frigida per
naturam ex eo quod ab ipsa resoluitur illud quod ex ea fue-
rat subtile unctuosum Secundum partem sue siccitatis
est multo fortius quam frigiditatis nisi fortassis per adu-
stionem maxima cumulus caliditas sit infixa et ipse in
lepra ulcerata quapropter ualde corrigitur cum cibis hu-
mectantibus atque impinguantibus prosse temperatis inter
calidum et frigidum utrumquam Cum igitur lepra fuit
in primo gradu extrahatur gradatiue grossus humor cum
flobotomia et farmacia cum successione ciborum humorum
modus aut extrahendi cum flobotomia fiet talis ut ait
Rasis in divisionibus capitulo predicto quod oportet ut omni mense
semel fiet flobotomia basilice uel mediane cum inci-
sione larga non stricta retinete grossum Ad quod
confert plurimum sessio in tina aque dulcis tepide uel
aque decoctionis malue viol et altee cum flobotomia
minuetur et non extrahatur simul sanguis plurimus sed
parum quamquam vice et permutetur eius locus nunc ad bra-
chium nunc ad pedes et modo ad partem dextram et modo
ad sinistram quia fiet via tunc in eductione materie et custodia

virtutis Et consideretur sanguis cum egreditur quia cum est
niger grossus dimittatur cum vero subtilis liuidus
velocius restituatur et ad medietatem procedatur Et corpora
que magis audemus flobotomare sunt corpora calida
humida carnosa sicca uero sicca prouocemus per
sanguisugas aut plurimas et venarum manifestarum ex-
tractiones grossorum velocius fiat scarificatio profundiore cum
incisione larga post exitum a balneo humectante
nunc quidem in pulpis crurium nunc uero in natibus
et nunc in spatulis uel in dorso Modus uero humo-
res grossos extrahendi cum farmacia fiat talis
ut in omni ebdomada semel uel bis soluatur cum me-
dicinis educentibus melancoliam primo quidem debilibus post
hoc uero debilibus fortioribus gradatiue ita tamen ut nulla
vice fortis fiet solutio sed moderata quia cum dicimus
medicinas fortes non quidem intelligimus secundum posse
sed utamur et has quidem medicinas complete iam di-
ximus capitulo de purgatione rationis prosse de melancolia
neque permittendo quasdam medicinas attractivas for-
tes put humor melancolicus requirit quibus addas ex le-
nitiuis quantitatem proportionatam sicut cassiafistula manna
tamarindi viol atque prunia quia uel bis properant
ad velocem medicinam ut ait mesue in suo
de appropriatis capitulo de melancolia Diebus uero in medijs quibus
non purgatur pectus corpus digeratur materia sed cum syrupis
que diximus in empiricis et humectetur corpus cum
sessione assidua in tina supradicta et cum balneum
exierit inungatur totum corpus et ipse me-
bra debiliora ex oleo calido uel oleo viol uel
nenufaris vel si aliud proprio non sit cum lacte dul-
ci recenti butiroso uel cum adipe anetis anseris
et galline incorporato cum popileon et dyaltea
partes equales omnis sinnedo Et reguletur ex cibis
humidis lenibus dulcibus velocis penetrationis
que tenerum faciat corpus et impinguet ipsum
et humores generent subtiles in quibus est lac dul-
ce recens ex animalibus sanis iuvenibus sumptum
in ieiunio per se uel cum mica panis omni die et ipse
si in ipso delectetur Similiter et pultes ex farina
simile et auene conditi cum eo et pultes ex
amillo et farre conditi cum lacte amigdalarum
et zuccaro albissimo et iura carnium edorum et a-
gnorum et pullorum pinguium codita cum vitellis
ouorum et croco atque cinamomo Similiter et carnes
elixe cum lactucis cum spinachiis boragine atque
sicca similiter et oua recentia sorbilia elixa
non assa silie et bradia butirosa et butirum re-
cens comestum cum buccella bibat vinum album clarum
dulce limphatum ad medietatem uel mellicratum
aquosum subtile uel julep uel aqua decoctionis
ficuum uel passularum uel aqua frigida clara Ca-
ueat a cibis et potibus melancolicis naturalibus uel non
naturalibus generantibus qualemcumque quos plene iam descri-
psimus capitulo de emorroidibus Caueat et a rebus
urinam prouocantibus vehementer ne fortassis edu-
catur subtile et grossum induretur nisi fuerit
paciens ex hiis qui per urinam purgari consueuerunt
quod quidem sciens ex urina grossa liuida exeun-
te cum sedimento plurimo cineroso Illud tamen est pro
parte quia humor grossus postulat vias largas
Et ex rebus vehementer humectantibus est precipue
plurimum post cibum et otium et quies in proposito

sollicitudinis et cogitatio assidua in ac quando
valde sed sed moderate per se uel partem Ergo
reguletur donec secundo redierit hora flomandi et
purgandi et fiat ordinis receptatio assidua perdu-
rans quoniam sanatur hac cura Et si remanserit co-
lor ad malum in facie tetisicet cum vngento citrino
vsitato ad quod confert plurimum scarificatio facta pri-
mo quidem in spatulis deinde sub mento et in pul-
pis aurium vltimo vero per superficiem totam ita ut
sanguinis ex cicatricibus diligenter cum digitis ex-
primatur et vngenta predicta illico imprimatur et hoc
in balneo uel loco alio vaporoso calido Et si ru-
bor in facie oculis apparuit instillent collirica di-
cta capitulo de obtalmia et hoc de cerusa Et si ca-
pilli ceciderint fiant que diximus pro capite
ad ipsorum generationem atque fixionem Si vero lepra
processerit ad gradum secundum causis sibi vocatis ad
curam nichil ex ordine supradicto omitte quoniam fiet
confirmationis nec cito peioretur Et si nodi duri uel ma-
cule morfee fuerint circa cicatrices frequenter ipsas
mollificat cum balneis et oleis et vngentis sup-
dictis et ut olea sint calida vehementer donec
vreat et penetrent loca dura quod si non sufficiat
opus est ut lamina ferrea ignita pertrahat ipsam
superfluitates atque resoluat Et si nec ista suf-
fecerint conuenit ne Et si nec ista suffecerint
conuenerint antiqui et estimauerunt quod carnes
vipere comeste et vinum eius bibitum et tyriaca
de vipperis et trociscis de tyro famosi exhibita
bis uel ter in ebdomada cum vino albo subtili
mixto cum aqua frigida sanat ipsum quoniam ex usu co-
rum assiduo inflat corpus totum et mollificat
caro et cadit cutis superior dura defedata et re-
generatur alia interior mollis atque clara sed hec est
cura rara difficilis timorosa Preparatio aut vipere
in cure talis est Recipe serpentem cognitam in locis
siluestribus montanis non paludinosis cuius color
sit flauus habens ventrem album et in medio ve-
tris lineam rubeam et in medio dorsi lineam nigram
et caput habens planum spatale et corpus in medio
grossum et cauda curta subtile uelut lacerta quando
dum mouetur facit strepitum et si dentes habuerit in man-
dibulis est melior et abscindantur caput et cauda
et abiciatur eius omnia interiora et abluatur eius
caro pluries in aqua clara et frustatim incidatur et po-
natur in lebete mundo in aqua sufficienti et addatur
aliquid aceti et salis et olei et piperis et galange
et seminis aneti et bulliantur donec caro ab ossibus
vndique separetur Tunc igitur patiens comedat de
carnibus et parbeat ex iure parum post parum assidue
per plures dies et si carnes abhorruerit misceat
ipsas cum carnibus pullorum uel columbarum et faciat
ex eis tortella uel pullos cum vipperis decoquat
et fiat ius magis saporosum Cum aut illud per
plures dies multos continuauit et superuenit scotomia
et corpus inflatum fuit et cutis separetur sufficiens
est iam eius vsus Preparatio aut vipere cum vino
talis est ut vna vippera preparetur sic sicut prius
bulliatur in libris xx vini albi clari puri donec caro
ab ossibus separetur et tunc vinum cum vippera pre-
paratur simul actu calidum in doleum fundatur quod
·60· libras vini albi clari contineat cum misceatur
Et ex ipso bibat modicum omni die in ieiunio Preparatur
aut vippera in sirupo sic Recipe vippera preparata sicut primus
et pone in viii libris aque et adde aliquid fenuculi recentis
uel succi eius et thimi et epithimi et aristologia ro-
tunda et genciana et mirra et baccas lauri ana ℥ ii
atque cinamomum et fac bullire donec medietas consumatur
uel caro ab ossibus separetur tunc coletur et sirupi-
zetur colatura cum libra i zuccari et detur ex eo omni die
in aurora quantum testa oui cape potest cum aqua calida
Preparatur aut vippera sic in electuario Recipe carnes
vipere preparate atque cocte sicut prius et pistentur perfecte et
misceatur cum duplo zuccari rosacei in causa calida uel
cum duplo dyasene in causa frigida et detur ex eo
omni die in ieiunio cum vino claro bene adaquato
Si vero lepra premit ad gradum tercium et vlceratur cor-
pus et virus effluat et fetet corpus tunc inunga-
tur eius vlcera assidue cum vngento de cerusa opia-
to quod diximus capitulo de apate in matre paragrafo de
malicia cancri reprimenda quoniam refrenget materiam corro-
dentem ne cito membra cadat et vita prolongetur et
cauterisentur cum ferro ignito et prohibetur eius cogitatio
ad aerem quidem vehementer sed non superfluum frigoris
nec caloris sicut est aer stans fetidus decursus aq-
uarum mundarum profundarum et assidue vtatur lacte ouium
et vaccarum in potu quoniam prolongat vitam eius Et
sepius assiduet flominam basilice et venarum grandem
in collo ne suffocetur et balneatur in tina supradicta

Emperica Conseruatio sirupi nobilis digestiuus humo-
res grossos adustos uel condensatos atque ipsos preparans
purgationi sic fit Recipe boraginis buglosse scolopendrie
capillorum veneris politrici adianti et fumi terre si recens
haberi possit ana manipulum i seminis lactuce endiuie cucumeris melonis ana
℥ i prunorum citrinorum passularum pinguium enucleatarum
ana ℥ ii sene ℥ i cuscute epithimi ana ℥ i et polli-
podii ℥ iii bulliatur omnia preter epithimum in libris viii aque
dulcis clare et in vi libris et ii libris vini albi dulcis
acuti clari subtilis donec 3a partes fuerit consumpte tunc
apponatur epithimum et illico deponatur ab igne ne
uirtus epithimi resoluatur et cum infrigidatur capit omnia
manibus confricet et colentur et addatis ii libris zuccari al-
bissimi fiat sirupus clarus subtilis aquosus de quo per se
potentur omni die in aurora ℥ iiii uel vi Sirupus
de epithimo purgans humores grossos adustos uel
cum virtute sic fit secundum Johannem Mesue in suo antidotario
Recipe epithimi boni cretensis ℥ xx mirabolanorum citrinorum indorum
ana ℥ xv cuscute fumi terre ana ℥ x thimi buglosse
calamenti emblicorum bellericorum liquiricie pollipodii aga-
rici scitados ana ℥ vi rosarum seminis feniculi ana ℥ iii pruna
xx mundo passularum enucleatarum ℥ iiii tamarindorum ℥ i
et sirupi zuccari libras iii rob libras iii uel loco eius vini dulcis
albi subtilis fiat sirupus spissus bene coctus et detur cum
aqua decoctionis prunorum uel addatur aqua prima
quando coquitur et fiat sirupus subtilis aquosus et per se
potetur confert enim lepre inchoate et morfee et
scabiei et saffati et cancro et omnibus morbis de
colera nigra generatis Pille mirabiles quas scripsit Hali et
sunt vltimi iuuamenti et fortitudinis ad idem sic fiunt
secundum eundem in eodem Recipe mirabolanorum indorum chebulorum polli-
podii ana ℥ v thimi epithimi sticados ana ℥ vi agarici
lapidis lazuli loti coloquintide salis indi ana ℥ iii succi
eupatorii spice ana ℥ ii gariofili ℥ i yerepigre ℥ ii
fiant pille cum succo apii uel fumi terre uel vino veti

amaro ex quibus detur a ʒ ii usque ad aureos iii cum aqua casei sero cum itur ad lectum sine cena et sunt sane et experte Pille de elleboro nigro sic fiunt ℞ aloes ʒ i spice indi ʒ ʃ ellebori nigri ʒ i agarici boni ʒ ii fiant pille cum melle vel vino dulci. sunt omnes vna dosis Ex solutiuis debilibus conuenientibus corporibus delicatis est serum uel aqua casei cum eo actu calido bibitur lb i in aurora cum zuccaro dulcorata. quod si fortificare volueris infunde in ipso per noctem mirabolanorum citrinorum et indorum ana ʒ ii pistando grosso modo et in crastino manibus fricando et colando diligenter Electuarium delicatis ad idem ℞ sene epithimi ana ʒ iii ellebori nigri ... ana ʒ ʃ fiat electuarium cum melle cocto et mundato de quo detur semel in ebdomada ʒ i uel ʒ xii cum vino calido lymphato Electuarium quo uti debet omni die in ieiunio alterans et confortans fit sic ℞ trociscorum de tyro vi modo theriace veteris electe ʒ i zuccari rosati dyarodon abbatis ana ʒ ii et si calor fortis fuerit addito casea ʒ i detur ex eo ante cibum ʒ i cum vino lymphato Oleum de serpentibus cutim leprosorum pulchrificans et ipsam purgans sic fit secundum Johannem Mesue in suo antidotario ℞ serpentium nigrorum uel flauorum quos superius descripsimus cum lb ii pone eos integros in olla terrea vitreata stricti orificii et funde super eos oleum sisaminum uel de semine lini uel oleum camomillinum uel oleum ... lb i et ʃ et sigilla orificium vasis et decoque lento igne uel super prunas donec caro ab ossibus separetur, et caueat sibi operator a vapore eius quoniam est venenosus. et cum coctum fuerit dimittatur infrigidari et cola in vase vitreo diligenter obturato et administretur linimendo super faciem et membra leprosi cum penna quoniam per dies aliquos faciet cutim cadere et aliam teneram generari Oleum de ouis ad idem secundum eundem ibidem sic fit ℞ vitella ouorum elixatorum donec indurata fuerint cum xxx et comminue manibus et pone in sartagine lapidea et frige super igne mouendo cum ligno donec rubescant et resoluatur ab eis oleum et tunc ea comprime cum tortulari tunc abundantius manabit quoniam ex pluribus vitellis acquiritur sit oleum paucum et si pones in alembico et distillabis sicut faciendo aquam rose melior fiet operatio sed minus fieret de oleo quam prius Est enim expertum ad omnem cutis feditatem et confert impetiginem serpiginem sahafati alcusez et fistule atque vlceribus malis corrosiuis Oleum de Iunipero est in eodem codice sic fit ℞ ligni Iuniperi recentis quantum volueris incide frustatim et reple ex eo ollam terream vitreatam stricti orificii et pone super ipsam laminam ferream spissam perforatam sicut cribratorium et in tima ollam superpositam et pone sub eo in fouea sub terra constructam ollam aliam vitreatam lati orificii et accende ignem super ollam superiorem circumquaque et stillabit oleum in ollam inferiorem quod usui reserues Oleum de fraxino fit eodem modo et confert ad idem Dicit preterea expertum quod si patiens lepram inchoatam ... ... absque omni alia medicina quoniam alterabitur eius complexio ad frigiditatem et humiditatem vehementer Canon Dubitauerunt aliqui quare lepra incipiens curetur Cancer vero nequaquam licet sint ex eisdem causis Ad quod dicendum quod in cancro est ... venas que sunt velut eius radices quare curari non possunt nisi radices auferantur sed illud fieri est impossibile sine mutillatione

Sed in lepra et albaras et morphea similiter et sahafati atque alcusez ... quia et in illa diuersi generum ex eis fiunt causis ut dictum est a principio consequenter videtur ut eorum capitula sibi mutuo suffragentur **Pronosticatio** Lepra primi gradus perfecte curatur, lepra vero secundi gradus occultatur, sed que in tertio gradu mitigatur. Item si sola qualitas corporis mutetur signat gradum primum, si vero cum hac operatio naturalis mutetur signat gradum secundum, quod si excrescentia supremum mutata gradum testificat tertium confirmatum Item ad omne genus morborum possit quando sanari ... nature sola lepra non curatur nisi succedit auxilium ingenii Item lepra que fit ex causa calida cito confirmatur et fit corrosiua maligna, que vero ex causa frigida tarda est atque morosa neque membra corrodit et diutius occultatur, quapropter accidit ut pueri et mulieres et seniores diutius in lepra perseuerent quam iuuenes et viri fortes per naturam et calidi Item lepra magis multiplicatur in regionibus frigidis quam calidis quoniam in eis sunt per antiparistasim ventres calidiores et similiter in siccis magis quam humidis quoniam in eis sunt humores grossiores Item corpora grossa valde per naturam raro incidunt lepram et tunc accidit ut plurimum occultata quoniam omnia corpus impinguantia sunt lepre curatiua Item dicit Auerois 3o sui colliget quod lepra ut plurimum est ex generatione. raro vero ex accidente quapropter et difficile curatur quemadmodum et epilepsia atque artetica que per generationem transmittuntur Item leprosi raro febricitant et cum accidit eis febris breuis est non perducit quoniam siccitas prohibet putrefactionem quod si febris cronica superuenit et ipsa quartana curat lepram inchoatam

Capitulum quintum de albaras et morphea

Iste sunt passiones deformantes cutim et corporis superficiem exteriorem quemadmodum lepra inficit carnem et membra profunda ... inter se parum cum valde quod est quia morphea stat magis circa superficiem cutis, sed albaras inficit carnem et cutim et tamen albaras quam morphea generantur ex humore grosso frigido et maligno quod cum non membris assimilat secundum substantiam in toto uel in parte non perfecte sed cum assimilare in colore, quare remanet eius color proprius et cutim colorat Et quemadmodum tres sunt colores extranei a colore corporis principales qui sunt albus rubeus et niger. Ita sunt et tres species vtriusque principales que sunt morphea alba morphea rubea morphea nigra Similiter et albaras alba rubea atque nigra et alba quidem fit ex humore flauo grosso viscoso Rubea vero ex humore sanguineo cum comparatio Sed nigra ex melancolia condensata. non potest ex colera generari cum sit quod subtilis resolubilis ut in vlteriora demonstratur **Methodus** Cura vtriusque parum cum est alba est ut digeratur flegma grossum cum ... calidis ... ... et post hec purget cum medicinis fortibus ... quas diximus de arthetica passione Et si potest non sit aliud. conferet oximel compositum uel squilliticum indigendo et pillis cochie in purgando semel in ebdomada Prouocet vomitus duobus diebus continuus post quod ducit ... a superficie corporis ad centrum omniquaque si fuerit facilis copiosus Post hec vero remedia localia ministrentur fricetur ergo macula alba cum

rebus calidis acutis rubificantibus donec vesi
cetur Ex quibus sunt allia cepe crudu et sapo 7 su
cus anacardi et semen raphanum vel vrtice et
seme sinap contritu et mixtu cu aceto Similit et
radix dapfie vel lilij ul rubee tinctor Similit
et staphisagria et elleb albus et radix cappari ac
cuti Hec eni omia mat grossas subtiliat et inse
nsibilit resoluunt et post hoc sanguinez laudabilez at
trahunt et adducunt in rubore Et si no sufficiat em
pletur locus ex stercore columbor et ficubus siccis
in quibus pulvis sinap et cantarides fuerit in
corporata et post pus fricator ponitur ne desistat
ab vlceratione huiusmodi donec confundetur et radix
macule albe totalit auferatur Et ad illud con
fert plurim continuatio balnei quasi vite in quo
fiet scarificatio parvule cui succedat fricatio atque
emplastrum iam dicta post illud aut incarnet locus
et color erit rubeus candidus in superficie cu vngento
quod fit R rubee tinctor brasilij sandal ru
bee crete rubee an dra om vel quocunque volueris
3 ii thuris farine fabaru cortic adusta
ru ana 3 s litargiri albificati 3 iii terant omia
subtilit et cu litargiro et aqua decoctionis brasi
lij vel crete ru inmisceat donec redierit ad forma
vngenti et ex eo omni die locus corrosionis in
vngatur usque ad consolidation perfectam Albificat
aut litargiru sic puluizet 7 inmisceat cu oleo
ro et ad solem calidu exponatur donec exsiccet
et iterum terat et cu olo ro inmisceat et solt exponat
Et hoc fiat totiens donec fiat albificatu perfecte Ab
stineat a cibis et medicinis frigidis et confortetur
ex cibis calidis subtilibus vehement Vtat in ieiu
nio sepius teriaca modo qua diximus capto
de decoratione capillor qm sua grossa reducat et
subtiliat vehement Cura utriusque cu rub est ut
statim fiat a principio extractio sanguinis grossi
a corpore toto cu flobotomia larga basilice dextre vel
sinistre vel saluatelle in pede dextro vel sinist
modo isto modo alio donec totus excalefiat
cu succussione assidua sanguinis subtilis ex cibis
subtilibus humectantibus ut diximus de lepra post
illud vero scarificetur locus usque ad profundu ma
cule cu perfecte et emplastretur et fricetur cu rebus
acutis vesicantibus iam dictis donec totus fiat
corrosivus Deinde permitta incarnari paulatine no
subito cu succo cepe vel sinap apii vel foliis
lactentibus caulis et bleti et sambuci positis sup
vlcus et insigant ei color albus tpatus cu pictore
farine ammi et cathie argenti mixt vesinis vel
cum litargiro albificato supradicto Cura utrius
que nigre cum est nigra est ut a principio digerat
atque purget mela sicut diximus cao de scabie
cu succussione assidua humor subtilium lavador et
cibis et potibus subtilibus purificativis dictis ibi
et assiduatione balnei in aqua dulci tepida et inf
tepidatio corpori otij et quietis et abstinentia omni
modo a rebus acutis sanguine adurentibus potius
sanguinez congelantibus ut sunt respile et pira
no matura Post ista vero no omnia premissa fiet
ad remedia localia quae scarificet locus atque
vesicet macula nigra sicut diximus in alba et
rubea donec locus totus corrodatur Deinde non

permittat incarnari subito sed paulatine sicut in pre
dictis et insigat ei color albus sicut in predictis

Pronosticatio Albaras atque morphea cum
fuerint fortes difficiles antiquate corpus habilitant
ad lepram Item albaras est deterior morphea quia
eius materia magis extat profundata Similit et est cu
ipsa pruritus corporis et asperitas scabiosa que plurim
aptificant ad lepram Item huiusmodi passiones cu no
rubuerint facilit post loca fricator difficile curantur
quia materia sunt antiquata Item si sanguis non exierit
quando locus pungitur cu acu nullatenus curat quia
materia sunt lapidificata Item si in corporibus grossis per
naturam vel dietam facilius curant quia siccitatis exte
nuatis quia regimine humectativo corpus est huiusmodi
passioni sanativum Item si fuerint et grandes aut
diuturnis temporibus antiquate nullatenus auferuntur

Cam vi de saffati algnesed i gutta rosacea 7 ceta

Iste sunt passiones cutis defedantes queadmodum albaras et morphea
sed differunt ab ipsis hoc modo quia in istis
passionibus alteratur color proprius atque naturalis membri
cum pustulis et vnnculis diversis sed in albaras et mor
phea non sunt pustule neque vnnculi Primo solus
color alteratur Differentia aut eorum inter se talis est quia
et si quodlibet eorum accidat circa cutim et precipue faciei si
milit et ruborez efficiat pustulosum Verum si pustu
le huiusmodi late fuerint atque spisse et quibus virus egre
ditur saniosum simus atque saffati nuncupatur Si vero
minute fuerint atque spisse glutine plurime sit algne
sed vel grossdini nominat Si vero rubor sup pustulas
dominaverit sit gutta rosacea dicit Et sunt omnes ex
eadem causa videlicet humore calido adusto corrosivo
ut sunt fla salsum et cola atque mela adusta

Methodus Cura omnium istarum passionum vna
est atque eadem omnino Digeratur igitur statim a
principio humor acutus atque purgetur ut diximus
cao de scabie et pruritu Et fortiores medicinas digeren
tes atque purgantes humores adustos diximus cao de
lepra quia hec duo capitula no differunt nisi penes si magis
et minus Et si corpus carnosum et vividu apparuerit
oz ut huiusmodi purgatio fiat quinque cu flobotomia larga gros
si sanguinez extrahente et quinque cu farmacia modo
quidez cu ista modo cu illa ut diximus de lepra donec
totus humor adustus educatur et subtilis atque temperatus
succedat paulatine ex iuxibus subtilibus temperatis post
illam aut utramque generalem premissam videtur ad reme
dia particularia propinqua Deceatur ergo primo locus totus
a profundo cu fricationibus et emplastris et oleis rubifi
cantibus acutis que diximus cao de albaras et mor
phea et cao de furfuribus in capite cu aqua decocte
te qua diximus cao de emoroidibus passio de empiric
et hoc fiat totiens quotiens donec materia tota que sunt
radix atque causa huiusmodi prius egritudinis exspiret
Et ad illud vehement confert sanguisuge posite
sup locum aut ventose cu scarificatione profundata et si
passio sunt in facie ponat ventose primo sub spatu
las et collum et post hoc sub mento quia fiet ipsius
eradicatio Similit et diuisio ad propinqua et remota
Caueat tamen patiens ab eorum morsu inmoderato quia
ventose sup collo memoriaz debilitant et mollifi
cationez inducunt que vero sub mento visum diminuunt et
augmentant post hoc vero gradatim consolident no subito

cu vngentis et fometacionibus lenitiuis dictis talis
eisdem Et ex vngentis nobilibus ad dealbandum
atque lenificandum faciem est vngentum album et vngentum
citrinum usitatum que si magis stipticitate volumus gracia
consolidacionis adde aliquid pulueris thuris atque litar-
giri Et si post curacionem ulterius redierit aliqua passi-
onum predictarum reiteretur cura tota a principio donec locus
ab ea securetur **Emperica** Epithima expertum
ad pustulas humoris salsi Recipe aque ro. lb. j pulueris
sulfuris viui subtilissime atque cribellati ℥ j et si con-
quassentur insimul in vase vitreo et per dies plurimos
ad solem calidum uel locum tepidum deponatur donec
eorum ultimus vrinatur tinctura quidem ex sulphure stiptita
uero ex aqua rosata et ex ipsa facies omni sero liniatur
et crastino cum aqua tepida abluatur quod post dies
et dies faciem pulcrificat excellenter Ad idem confert
plurimum litargirum albificatum ut diximus capitulo de albaras
et morphea si super faciem diucius inungatur Refert
preterea Mesue in suo de apparatis capitulo de saffati quod au-
diuit multos se curasse hoc remedio Recipe tartari combu-
stas et contere eas atque distempera cum aceto acutis-
simo et liniendo super locum post fricacionem sufficientem cum pan-
no aspero uel spongia marina Refert et aliud
auctore Democrito Recipe tartari combustarum calcis lote
argenti viui ana ℥ j conficiantur cum oleo de aceto de mu-
cibus et liniendo super locum post fricacionem sufficientem Et si
altiorem fortificacionem volumus adde tartari combusti et
colcotar adusti uel salis adusti et stercoris muris
et amigdalarum amararum adustarum et succi cepe acute
et aristologie et sulphuris viui et pinnarum gracia
corrosionis atque abstersionis secundum olibanum et gallas com-
bustas et radices canarum combustas et litargirum
et cathimiam auri et argenti gracia stipticitatis et
consolidacionis secundum amilum et spodium et cerusa gracia
dealbacionis sit namque fiat medicina completa aggregans
in se omnes intencios **Pronosticatio** iustus cali-
est pronosticacio cali de albaras et morphea etc.

Capitulum viij de albificacione et lenifica- cione corporis totius et proprie faciei

Istud capitulum constat complementum artis medicine
cum scriptis utilibus et necessariis neque turpia atque
superflua negliguntur ne quidem fortissimis pulsi-
bus corpus humanum respiciens eius sufficienciam effugi-
at redimendantem Corpus igitur humanum et proprie facies
pre omnibus nobilior atque manifestior pre coloribus diuer-
sis colorari Duobus quidem ad decorem pertinentibus qui
sunt albus et rubeus et duobus aliis pertinentibus in
contemptum qui sunt niger et citrinus **Methodus**
Albificatur autem corpus ex multiplicacione adipis et
pinguedinis in ipso cum cibis et potibus dulcibus acce-
tiuis et balneis humectantibus cum abstersione aliqua-
li prout dicemus capitulo de arte impinguandi Similiter
et cum gummacia seu epithimate quod sic fit Recipe amili
purissimi dragaganti albissimi amigdalarum dulcium excor-
ticatarum ana ℥ j fabarum excorticatarum ciceris et pisa-
rum excorticatarum farine ordei ana ℥ ij seminis ca-
sam ℥ j terantur omnia subtilissime et cribellentur
per pannum densum lineum uel sindonem velut in collirijs
et cum lacte ouium uel caprarum uel vaccarum calido
recenti distemperentur uel cum lacte amigdalarum dulcium
donec fiat sicut mel currens et ex eo collum et facies epi-
thimetur sero cum itur ad lectum et crastino cum aqua

cum aqua tepida uel cum aqua decoctionis maluarum
et violarum sicitarum abluatur et fiat hoc per dies plurimos
vicibus frequentatis Et si fortificare volumus adde a-
liquid ceruse ablute eius tamen usus assiduus ca-
put infrigidat et dentes denigrat Solum preterea lac
recens butirosum quodcumque fuerit ex predictis cutim al-
bificat et mollem reddit si cum eo facies sepius ab-
luatur et exsiccari permittatur uel si in ipso panni lenei
albi molles infundantur et super faciem tota nocte dimit-
tantur Similiter et albumine ouorum recentium permixte con-
quassatum donec spumam fecerit et cum eodem lacte tem-
peratum Rubificatur autem corpus et facies ex multipli-
cacione sanguinis et spiritus in eis cum potu vini plurimi
et proprie rubei dulcis odoriferi et iuxibus carnium in-
spissatis cum vitellis ouorum et conditis cum croco gariofi-
atque cinamomo Similiter et cum gummacia seu epithima-
te calido acuto rubificatiuo uel defecato ut eius
citus sufficiat ad sanguinem attrahendum Unde tamen defi-
ciat ad cutim corrodenda et ipsi plene diximus capitulo
de albaras et morphea Est autem conferens et epithima
quod sic fit Recipe ligni brasilij uel rubee tinctorum et
radicis pedis columbini quantum volumus pistetur grosso
modo et buliat leuiter cum aqua dulci clara donec
aqua predicte recepit rubedinem Tunc dissoluatur in ipso
modicum mastici aut thuris albissimi et post hoc
imbibantur in ea particule minute cocti carmeati
donec ruborem assumpserit perfectum tunc igitur extrahatur
et ad solem exsiccentur et reseruentur Et cum
ipso uti volumus humectetur primo membrum cum propria sali-
ua et post hoc fricetur totum sicut est super locum diligenter
quoniam ruborem efficiet plurimum sive excellentem qui du-
rat per sex dies uel amplius si non abluatur Et si
misceantur rubificaciua cum dealbantibus fiet color
viuidus velut in corporibus speciosis Citrinatur
autem facies et multum colore super ipsum velut accidit
post usum assiduum cimini uel sinapis uel carui
uel piperis uel vini veteris amari similiter et post exte-
nuacionem corporis ex labore plurimo atque vigilijs et sol-
licitudinibus et fame et siti et cibis acetosis Con-
fert et epithima factum ex puluere sulfuris aut
cimini bulito permixte in aqua super quam inclinet fa-
ciem suam et cum pannis imbibitis in ea faciem perungat
aut fumum ex eis faciat ponendo super carbones
Denigratur autem corpus et facies ex multiplicacione
melancolie super ipsa quod accidit post usum assiduum lenticulae et
cauliculorum et carnium frigidarum atque salitarum vehementer
Similiter et post negligenciam usus balneandi Confert
preterea et epithima factum ex succo corticum nucum uel
granatorum recencium uel aqua decoctionis earundem salicis
et corticis papaueris atque rubi Et si fortificare volumus
adde fuliginis mixte cum anchusa quoniam adherebit
vehementer **Capitulum viiij de arte impinguandi uel extenuandi**

Corpus impinguatur ex do- **corpus**
minio humiditatis super se totum et proprie super
epar cum sit fons et minera virtutis nutri-
tiue sive fuerit humiditas humoris per naturam que radica-
lis dicitur siue per acquisicionem que influens appellatur
quod si moderata caliditas accesserit ad ipsam carnem
augmentabit Si uero frigiditas adipem et lardum
procreabit quapropter dictum est a medicis grossicies
est duplex una quidem carnosa velut in corporibus

sanguinis que vitam elongat. Alia vero sanguinosa velut in corporibus flaticis que suffocat et extinguit. Ex rebus itaque corpus humectantibus sunt tibi et medicine atque regimine operationum. Et cibi qui conveniunt in hoc oportet ut multum et subitum prestent nutrimentum quare oportet ut sint dulces subtiles unctuosi velut sunt iura carnium agnorum vel pullorum pinguium et porcellorum iuvenum et fasianorum et capitum atque extremitatum vitulorum necnon condita cum speciebus aromaticis non acutis velut sunt cinamomum cardamomum mirmistata crocus ana macis liquiricia et galanga melior fiet operatio. Similiter et vinum rubeum dulce vel album grossum odoriferum vel medo temperatus in etate vel cervisia debito artificio preparata grossa namque viscosa nutrimentum habent permansivum vehementer in virtutem nutritivam debilitant plusquam elaboretur velut est ciatus tortelle. Propter quod autem ypocras 2a particula amforismorum specialius est repleri potu vel cibo et ex rebus melioribus est lac recens dulce butirosum et specialiter ovium vel vaccarum. Similiter et pultes de simila vel farina avene vel farri vel ordei cocti cum eo. Similiter et caseus mollis recens et butirum cum buccella panis de simila comestum et pinee et pistaci et nuces recentes atque avellane. Similiter et ficus pingues et dactili et uve valde mature. Medicine vero impinguantes sunt fiunt. Recipe farine fabarum excorticatarum farine ciceris vel pisorum excorticatorum risi amili avellanarum mundatarum seminum quatuor frigidorum mundatorum fisticorum pinearum ana quantum volueris de unoquoque terantur omnia subtiliter et misceantur cum butiro recenti et fiat electuarium cum zuccaro de quo omni die comedat in ieiunio et super ipsum bibatur aliquid ex potibus supradictis. Et si ipsum aromatisare volueris adde ex speciebus supradictis. Et sunt qui trociscos conficiunt ex rebus eisdem cum lacte recenti butiroso. Et plura restaurativa diximus capitulo de febre ethica que fiunt ex carnibus sive aut sine carne. Et dicit Mesue in suo de appetitibus capitulo de spasmo quod iura capitum edorum et agnellorum et arietum pinguium iniecta ad clistere atque cum tempore retenta in ventre corpus vehementer humectat. Similiter et lac dulce precipue quando in eo cocta fuerit farina simile vel ordei vel risi. Similiter et suppositoria ex eisdem confecta cum oleo vel butiro et per noctem in ventre retenta donec fuerit dissoluta. Similiter et balneatio in aqua dulci tepida vel aqua decoctionis extremitatum arietum et porcellorum postquam fiat in eis mora longa et specialiter cum cibus in stomacho fuerit digestus quoniam faciet eius sanguinem ad membra penetrare. Ad quod confert plurimum fricatio levis modica per superficiem corporis totius. Unguenta aut et emplastra impinguantia corpus totum. Similiter et membrum aridum quodcumque plene iam diximus capitulo de diminutione potentie coitive [illegible] de methodo circa finem. Et dixit Avicenna quod flagellatio corporis cum corrigiis mollibus levis moderata facta semel omni die post cibi digestionem impinguat corpus vehementer tantum rubificando et nutrimentum ad membra attrahendo. Regimine vero corpus impinguans consistit in impinguatione corporis multiplicatione sompni super lecto molli sub aere temperato et prepositione sollicitudinis et laboris et sudoris nisi fortassis quandoque modicum sudare placeat in estuario propter

abstersionem sorditiei et sudoris que sunt superfluitates digestionis tertie specialiter membrorum quoniam post hoc fortior fit attractio recentis nutrimenti. Corpus vero macreatur ex dominio siccitatis super ipsum et specialiter super epar et cor cum virtute nutritiva instat super totum sive illud affuerit per naturam vel dietam quod si calor vehemens aut frigus assequatur fiat exsiccatio magis ultimata. Propter quod dictum est a medicis quod duplex est genus corporum macrorum. Unum quidem propter resolutionem humiditatis plurimam quemadmodum accidit colericis et iuvenibus et febrientibus et laborantibus in sole estuoso. Aliud vero propter digestionem debilem atque consumptionem diminutam quemadmodum in infantibus et senibus et patientibus ethicam senectutis. Ex rebus itaque corpus exsiccantibus sunt cibi et medicine atque regimine operationum quemadmodum et in humectantibus diximus. Et cibi qui conveniunt oportet ut sint parum nutritivi quorum quintuplex est maneries quoniam aut parum ex ipsis convertitur velut sunt cibi stiptici quorum maior portio fugit in superfluitates. Verbi gratia cibi saliti plurimum et allia et sinapi et iura piperata vehementer quoniam sua acuitate stimulant intestina. Aut multum ex ipsis resolvitur velut sunt cibi aromatici. Verbi gratia iura carnium non pinguium et ciceris non piscium. Similiter et vinum album aquosum et olera quecumque. Horum namque materia potius vel transit per urinam vel exalat per sudorem. Aut plurimum ex ipsis usus nutritiva fatigatur velut sunt cibi aquosi et acetosi vel pontici qui sua frigiditate stomachum epar et membra congelant. Aut appetitus ex eis pessimatur velut sunt cibi non sapidi et quibus natura quamvis vel ipsa noscitur inimica. Cum enim cibus propter desiderium assumitur ex ipso corpus non nutritur sed potius fatigatur. Aut et ipsis membrorum humiditas imbibitur atque desiccatur velut sunt cibi sicci per naturam. Verbi gratia risum et milium et panicum et caseus antiquus et vinum vetus amarum et panis valde fermentatus et panis azimus et panis cum semine carvi vel feniculi conditus et panis assus super carbones et panis bis coctus et panis antiquatus donec fiat durus. Ex his namque grossus sanguis efficitur qui sua siccitate humores omnes imbibit et humiditates obbibit manifeste. Medicine vero corpus exsiccantes sunt omnes calide forte vehementer velut diamargariton diacalon pipion diaciminum. Similiter et omnes ventris solutive velut yerapigra benedicta. Similiter et omnes urine provocative velut dyamisu nefroticum. Similiter et omnes menstruorum eductive velut antidotum emagogum. Ex his enim omnibus consumitur omne quod delectat. Ex medicinis appropriatis est ista. Recipe seminis apii seminis feniculi agni casti ruthe cimini carvi piperis zeduarie cineos amomi granorum iuniperi seminis apii salis adusti ana quantum volueris de unoquoque fiat ex eis pulvis aut electuarium cum zuccaro rubeo. Et detur ex ipso omni die in ieiunio ℥ i vel ii cum potu aque sive mixte cum aceto vel cum potu vini acetosi et albi aquosi vel veteris amari quoniam post die et die operabitur manifeste. Regimine vero operationis hoc idem faciens consistit in multiplicatione laboris et sudoris sub aere estuoso post famem et sitim perduracionem similiter et in vigiliis plurimis per noctem super lecto duro necnon extrema sollicitudine et coitu superfluente. Unguenta aut et emplastra sublimantia corpus totum exsiccantia aut membrum quodcumque turgidum inflatum posuimus iam superius capitulo de restrictione lactis in mamillis et capitulo de extenuatione mamillarum et capitulo de apostematibus virge et testiculorum.

pagiuis de empitis et ca° de variolis et elephancia
Et omnibus papula sunt illa que diximus ca° de cathe
tica passione de cancro **Pronosticacio** pt qz
omne corpus inmaterati impinguari ut est impleri
cu vehemens caliditas aut siccitas adest p naz pt
naz ne aliquis facilis subtrahe appone uo dif
ficile cu ulcus cooperitur Item dixit G de ingenio sani
tatis q corpus quecunque multo longius est tpe exsic
candi qm siccitas optinet facilius sup humiditate
qm ea Quapropter dictum e a medicis q humiditas est
radix omnis passionis Item corpa magnum epar ha
bencia difficile impinguantur Cognoscitur aut epar
magnum et venis apparentibus in membris corporis
totius qm generatur in humor sanguis calidus subtilis va
porosus Item dixit ypo 2a particula afor Cuicunque
multo tpe extenuatur corpus tarde reduci convenienter
que vero in modico medice cu naz ulcus multa
decitur et humiditas substancia inmoratur maius tpe
resumpcionis requiritur qm si ulcus remansisset Cor
pora plera grossa vehementer sunt ... cum tpibus pro
dite evacuanda et tpe in pio veris et in fine autum
pni cu flobotomia quidem si fuerit carnosa cu farmacia
uo cu fuerit sagimosa ne fortassis subito suffocetur
De carnosis namqz dixit ypo pma pticula afor In
exercitantibus ad summum bone habitudines sunt fallaces
De sagimosis uo locutus e 2a ptla cu aut Crassi valde
sedm naz cito moriuntur magis gracilibus Corpora
plera catharma non grossescunt antequam purgetur
vn ypo 2a pla afor Non pura corpa quanto magis nutri
es magis ledes Item corpa humida facile purgatur
et fortiter macra uo atqz sicca minus et debilius vn
ypo ibidem ubi indigenciam non oz laborare Dicit pt due
rois 2° colliget Et si corpus fuit grossum moderate
victus nutritur fortitudinem et vite sit elongacionem
Adeps est velut superfluitas post nutrimenta quare non
sagiat ipm nec generat nisi prius membra singula re
stauravit Corpa macra facilius leduntur a causa
primitiva qm coniunctiva Ut puta estu solis vel frigore
vermis constringentis qm ipsorum membra principalia debi
liter sunt contecta Crassa uo corpa facilius leduntur
a causis intrinsecis qm primitivis Ut puta opilacioni
bus aut febribus aut apatibus periculosis qm ipsorum
vasa stricta sunt et coartata Cu aut ptes corporis sint
duplices videlicet spermatice et carniformes sole
quidem carniformes pereunt et resolvuntur que sunt caro
et sagimen spermatice uo nec senio nec fame nec
egritudine inmorantur **Capitulum Nonum de**

N odi vel verruce **Nodis et verrucis**
nuncupantur eminencie cutis tuberose que fiunt
in manibus et pedibus ex materia grossa multa
radice habentes in membro profundatas et caput grossum
exterius velut clavus infixus neqz leduntur cu coartantur
neqz prohibet membrum a suis operacionibus nisi fortassis
acciderit in codis manuum vel plantis pedum et p se si
fuerit magne difficiles antiquate Et sunt modorum
diversorum qm aut sunt molles tractabiles aut dure as
pere vehementer et iterum aut habent pvum stipitem caput
uo latum aut equale et iterum aut sunt albe aut nigre
aut coloris eiusdem cum membro cuius sunt Et iterum aut
sunt integre aut scisse per fissuras vn qualitercunqz
se habuerit non differunt in materia similiter neqz in cura
Methodus Cura ipsarum est ut cauterizentur et

comburantur earum radices cumquaqz usqz ad profundum
omnino cu aquis et ungentis ardentibus dictis capitulo
de emorroidibus donec fuerint demerse et mortificate
prorsus Post hoc uo liniatur cu emplastris et ungentis
putrefacientibus dictis ibidem donec ipse ceciderint vel
facile cu digitis extrahantur neqz permittatur aliquid
radicis in loco qm et si pvum fuerit illico germinabit
Post hoc uo consolidetur ulcus cu pulvere thuris minuti
proiecto sup ipm vel dragaganti vel litargiri donec totaliter
applanetur Et si fuerint verruce pve molles nec
profunde sufficiet cauterium cocliaro vehemens et post
post stabilicionem profundata cu medicinis dictis de mor
phea Et cum in pluribus qm difficilibus mitigatur pa
ciens ex cibis et potibus humidis subtilibus sanguinem
generantibus subtilem Et purgetur humor grossus
cu flobotomia larga vel farmacia queadmodum diximus
ca° de lepra **Emperica** Modus evellendi v
rucas radicatas hic est ut comburantur ipsarum capita
vicibus frequentatis cu virga tenera coruli vel mirti
vel cu tenta ignita donec adustio penetret in ra
dicem ita ut separetur a membro cumquaqz velut
surgens in tumorem Tunc igitur leviter manibus ex
trahatur post q rumpatur aliquid ex radice et post
hoc ulcus consolidetur cu ungento albo usitato Et
sunt qui ligant radices verrucarum cu pilis caude eq
ne et leviter quaqz laqueum constringunt donec
tota eius substancia resecatur Sed illud non sufficit nisi
fuerit verruca tenera facilis non profundata etc

Cam x de impetigine et serpigine et igne psico et igne volatili et for
micis

O mnes iste passiones inmica atqz miliaci
ones sunt similes in disposicione et cura
similiter et causa quapropter de ipsis uno
ca° dicemus Sunt aut pustule valde minute
spissim involute sicut plurime currentes p membri su
perficiem velocitate multa atqz ardore et pruritu
vehementi fiunt aut ex materia subtili adusta utpote
colera vel fleumate salso vel sanguine cum humiditate
adustio non finiunt nec reliquias aliquas ingros
sant et si sit a colera fit color earum citrinus cu ar
dore vehementi Si uo fuerint a fleumate salso fiet co
lor subalbidus cu furfuribus et pruritu Si uo fu
erint a sanguine fiet color earum rubeus vehementer
cu humiditate manente Sunt plera humorum pustule
quedam in cutis superficie omnino quedam uo velut sub
cute comprehense Sunt etiam quedam cu bothor minu
tissimis quedam uo dilatantur Sunt etiam quedam cu ardore
vincente humiditatem quedam uo cu humiditate vincente
et pruritu quare diversificantur eorum nomina
Methodus Cura ipsarum omnium est cu fuerit tenera
facillima ut statim a principio locus cumquaqz ve
tosetur atqz scarificetur profundam et sanguis ex vul
neribus cu digitis exprimatur ita ut nichil
ipius remaneat sub cute et ad illud confert tm
modicum intercessio balnei qm cutim mollificat et
materiam liquefacit Post illud uo si quid ipsius fuerit
remansisse cu fricacionibus rusticis vesicantibus
exsiccatur dictis ca° de furfuribus quibus succedit
illico fricacio lenitiva dicta ibidem donec ex alteraci
onibus humoris prorsus locus sanetur Et si fuerint
fortes antiquate difficiles primo materia digeratur
similiter et purgetur velut iam scripsimus in capitulo

de scabie corporis et pruritu quibus succedat sepius
localia supradicta **Emperica** Omnes iste passiones
de facili curantur post premissa scarificatione et balneo
iam dicto locus patiens frequenter ex unguento albo us-
tato liniatur Vel si presto non sit aliud ex adipe gal-
line vel anseris vel anetis vel ex mucillagine se-
mini et ponendo sanguissugas super locum si materia sit pro-
funda. Similiter et inungimus locum cumquam ex olo
roso vel ex albuginibus ovorum conquassatis cum ag-
resto et aceto vel succo trifolii vel acetose ne fortas-
sis per ambulationem dilatetur Et confert ad illud ne mo-
veatur corporis quietatio ex cibis liquidis vergentibus ad
frigiditatem velut sunt mica carnium agnorum et edorum
elixa cum lactuca vel atriplice vel seminibus ipsorum similiter
et ex potibus aque frigide vel vini debilis aquosi et
abstinentia a rebus acutis omnino ut sunt sinapis piper
allia et cibi vehementer saliti et vinum vetus amarum
similiter et ex balneis assiduis aque dulcis clare
Et ex rebus subtilibus est oleum de vitellis ovorum et
oleum de iunipero et oleum de fraxino que scripsimus
capitulo de lepra et proprie post curam generalem

Capitulum xi de lentiginibus et panno faciei

Differunt iste passiones in dis-
positione seu forma unde quoniam eadem est ipsarum
causa et cura sub uno capitulo reponuntur Di-
citur autem lentigines macule rubee aut nigre
in facie seu membris aliis generate velut super ipsam
lentes sunt proiecte fiunt autem ex materia grossa inclusa
cuti et carni vehementer infiltrata Pannum vero
dicimus colorem faciei nubilum obscurum quasi panno
livido vel tinctura zophistica velatum velut accidit
in peregrinantibus aut ambulantibus in sole fit autem
ex humore grosso disperso per membri superficiem omnique-
que quare fit cutis opaca propter alienatorum lucidi dy-
afani ab extremitatibus ipsius **Methodus**
Cura ambarum est ut a principio digeratur materia atque
purgetur modo cum farmacia modo cum flebotomia larga
grossissimum sanguinem extrahente cui succedat regimi-
natio assidua humorum subtilium lucidorum ex cibis et poti-
bus subtilibus et balneis convenientibus prout possit quoniam
plene omnia iam tractavimus capitulo de lepra Post ista
vero procedendum fiet ad localia tali modo quoniam oportet ut
ille locus totus excitetur donec macularum vestigia
radicitus exspoliantur quod quidem perficitur cum unguentis
et fricationibus similiter et emplastris acutis rubi-
ficantibus vehementer atque cutim corrodentibus
et carnem post illud vero succedant medicamenta stiptice
consolidative ulceris quibus aliquid misceatur
quod albedinem ingerat et decorem et hec omnia plenarie
tractavimus capitulo de albaras et morphea **Emperica** Si
pannus aut lentigo fuerit recens atque facilis tollitur
hoc modo confricetur primo facies cum oleo de tartaro
vel de iunipero vel cum aqua decoctionis sinapis
vel cum lixivio acuto in quo sapo fuerit dissolutus
donec cutis rubuerit omnino Et ad illud confert
plurimum continuatio balnei vel membri fomentatio
cum aqua tepida quoniam cutim mollificat et ipsam
ad casum facialem adaptat Post illud vero perungatur
sepius cum unguento albo quoniam cuti reginat candi-
dum et decorum Ad idem predicta conferunt omnia
que diximus capitulo de albificatione et lenificatione
corporis totius **Pronosticatio** Utraque duarum
passionum curatur et precipue cum fuerit fortis antiquata quoniam
tunc eius materia vehementer est infixa Unde lentigines
sunt panno difficiliores Sunt autem lentigines duarum
specierum quoniam ex eis quedam sunt rubee quedam vero
nigre sed nigre sunt peiores et quanto nigriores tanto
sunt deteriores lentigines cum fuerint ex generationis
principio nullatenus curantur Pannus predicta in facie
tamen breviter supervenit cum pregnantibus aliis mulieribus cum fuerint
impregnate

Capitulum xii de scrofulis

Scrofulus est caro glandosa generata in loco
molli spongioso velut in guttur vel post
aures vel circa iuncturas vel sub ascellis vel
in inguinibus ex decursu humoris grossi viscosi velut
est flegma globosum quod accidente caloris naturalis inspissatum
convertitur in carnem duram rotundam albi coloris
que cum manibus tractatur movetur de loco ad locum
cute incisa et quandoque sunt tres vel quatuor in eodem
loco et quandoque magnificatur donec fiat sicut me-
lon aut cucurbita et occupant collum et totum caput
Methodus Cura eius est cum est parva recens et
mollis solis medicaminis acutis resolventibus intricatur
quod est ut eger evacuetur a flegmate cum vomitu forti as-
siduo si fuerit possibile similiter et cum catharticis attrahen-
tibus flegma cum virtute que diximus capitulo de epilentia et
capitulo de palisi et capitulo de arthetica passione et faciat
ipsum pati famem et sitim post exercitium et laborem forte
in ieiunio et caveat a cibis et potibus viscosis velut
pasta et tortelle et cibi farris et caseus et pisces Et
regat ipsum cum cibis calidis acutis subtilibus ut sunt
allia sinapis piper atque vinum vetus amarum purum
Post ista vero omnia administretur emplastra resolventia
atque suffumigia similiter et gargarismata necnon
ungenta et masticatoria put tunc dicemus Emplastrum
resolutivum fit ex dyaquilon vel apliton aceto ca-
lido posito super locum similiter et ex fermento cum ca-
taides aut nucea contrita aut sinapis contrita
fuerit commixta similiter et ex stercore columbarum cum
ficubus siccis et allia et cepe crudum et yreos et sta-
fisagria fuerit incorporata pistando in mortario atque
commiscendo et aceto calido apponendo post balneationem
vel membri fomentationem ex aqua dulci calefacta Suf-
fumigium resolutivum fit ex pipere nucea spongia ma-
rina osse sepie saxifrage piretro galbano armo-
niaco bdellio oppopanaco sulfure quodcumque ipsorum
positum fuerit super carbones ignitos ita ut patiens
fumum recipiat ore aperto donec humorem effluat sali-
vatim et fiat omni die in ieiunio vel aliqua ipsorum
simul conterantur in pulverem ex quo fiquentur
pillule cum pice aut terebentina et usui reserventur
Gargarismata vero fiunt ex oximelle squillitico et
aqua calida vel ex sinapi trita et confecta cum
melle vel ex aqua decoctionis piretri sinapis ge-
ciane vel ex aceto acutissimo et vino veteri amaro
vel ex aqua calida salsa vehementer Ungenta vero re-
solutiva fiunt ex unguento fusco acuato cum nucea
et galbano post quoniam dissoluta fuerit in vino veteri
et incorporata cum ipsis Similiter et ex bdellio galbano
armoniaco serapino oppoponaco simul dissolutis in
aceto acutissimo vel vino veteri amaro et post hoc
incorporatis cum cera liquefacta ad ignem in cazola
Masticatoria vero fiunt ex pipere cum speciebus et piretro
et euforbio et sinapi tritis et pulverisatis eodem modo

ita ut et hor pulue sepius in ieiunio masticet aliquid donec eius calor sua colliquauit quae totum simul corrumpat. Vel fiant ex eis trocisci cum vino veteri vel cum aqua decoctionis ciceris vel cum grimelle squillitico quorum duo vel tres omni die masticetur in ieiunio. Ex resolutiuis igitur huiusmodi vicissim alternatis tota materia extrahatur ita ut nichil ipsius penitus remaneat quoniam et si fuerit quid modicum de vno generabit. Cum scrophulus fuit magnus durus difficilis aquarum hac cura mollitiuis resoluetur, si oportet ut cum rasorio tenuita excoriet ita tamen ut vena vel arteria nequaquam dissoluatur. Quoniam magnum foret periculum propter emorragia sanguinis vehementer atque extrahat et cominus illico consolidetur cum pulueribus stipticis et fasciis pressuris ne fortassis sanguis effluat excessiuus velut sunt bolus armenus terra sigillata sanguis draconis rose et mirtilli. In fine vero consolidetur cum vngentis et pulueribus. Ex consolidatiuis sunt vngentum de litargirio dictum capitulo de fissura labiorum oris et vngentum de mastice et thure dictum capitulo de emorroidibus, similiter et vngentum album vsitatum preterquam sunt cum puluere thuris mumie et draganti et litargirii confortatus. Et in hoc laborem meum compleuimus auxilio dei cuius nomen sit benedictum in secula seculorum Amen.

Ad intellectum tabule subscripte sciendum quod breuiter ponuntur in ea tituli omnium antidotariorum generalium famosorum cum assignacione suorum capitulorum necnon paragraforum quorum descriptio tacta est in toto libro precedenti quoniam fiet velut antidotarium abbreviatum secundum ordinem alphabeti.

Anacardina confectio calefaciens et resoluens omnes materias frigidas grossas vel subtiles virtute potenti quae confert apoplexie paralisi tortuositati tremori spasmo frigido epilepsie litargie subeth stupori congelacioni atque arthetice de frigida causa vel materia ponitur capitulo de appoplexia paragrafo de methodo etc.

Ars faciendi sirupos digerentes atque euacuantes coleram a quacumque particula membri corporis cum suis proprietatibus directiuis capitulo de febre colica interpolata paragrafo
Ars faciendi sirupos // de empiricis circa finem acetositatem digerentem atque euacuantem flegma a quacumque particula membri corporis cum suis proprietatibus directiuis capitulo de febre flegmatica interpolata paragrafo de empericis
Ars faciendi sirupum digerentem atque euacuantem melancoliam a quacumque particula membri corporis cum suis proprietatibus directiuis capitulo de febre melancolica interpolata paragrafo
Ars faciendi sirupos // de empiricis circa principium digerentes atque euacuantes humores compositos quoscumque et a quacumque parte membri corporis cum eorum proprietatibus directiuis capitulo de febre composita paragrafo de empiricis
Apozima purgans coleram quae confert frenesi et febri acutis et propter in principio et apud minoracionem capitulo de frenesi paragrafo de methodo
Apozima purgans flegma quae confert litargie appoplexie epilensie paralisi tremori et febri flatuus capitulo de debilitate stomachi paragrafo de canone, ibi etiam de digestione et de aliis pertinentibus valde
Apozima purgans melancoliam et humores grossos adustos vel non adustos quae confert omni permixtioni racionis vel melancolie et febri quartane et lepre et morphee capitulo de perturbacione sensuum paragrafo de cura melancolie et paragrafo de cura manie canine

Aqua ordei secundum dispositiones diuersas approbatas que potatur in estudinibus calidis et sitim extinguit ventrem lenit calorem reprimit capitulo de cura febre putride
Aqua frigida generaliter / in generali paragrafo de empiricis
Aqua diuersorum que potatur in estudinibus acutis vehementis inflamacionis et sitim reprimit et frenesim prohibet et sompnum inducit capitulo de frenesi paragrafo de methodo et capitulo perturbacionis sensuum paragrafo de mania
Aqua ardens et coca plurens // camina in quibus illud volumus velut cauterium quae confert emorroidibus nodis scrophulis et superexcrescentiis quibuscumque capitulo de emorroidibus paragrafo
Aqua subtilis diuretica tollens // de empiricis omnes opilaciones mesaraicarum epatis splenis renum pororum et meatuum quae confert hictericie propter opilacionem et itericie et calculo et dissurie et retentioni menstruorum et ydropisi difficili nec est ei par capitulo de dissuria paragrafo de empiricis
Balnea humectancia corpus atque impinguancia diuersa reperies capitulo de spasmo et capitulo de ptisi et capitulo de macie renum et capitulo de febre ethica vbi est melior dispositionum
Balnea exsiccancia atque resoluencia necnon corpus extenuancia diuersa reperies capitulo de paralisi et capitulo de spasmo et capitulo de arthetica et capitulo de
Balnea stiptica generaliter diuersorum // ydropisi fluxum omnem restringencia per quacumque sunt regionem quapropter conferunt vomentibus atque lienteriacis dyarriis et disinteriis et fluxibus emorroidarum atque menstruorum cum excesserint vltra modum capitulo de fluxu ventris paragrafo de empericis
Clistere anodinum // est melior descripcionum mitigans omnes dolores qui sunt in visceribus propter extensionem capitulo de fluxu ventris paragrafo de methodo et dissinterie et capitulo de colica paragrafo de methodo
Clistere leniuum purgans // de colica ventose coleram et humores acutos quae sit conferens in febre acutis et frenesi et febre ethice atque ptisi similiter et in restitucione vetris delicati capitulo de stipticitate ventris
Clistere acutum diuersorum // paragrafo de empiricis moderate purgans materias grossas viscosas quae confert in febre comatis et litargia et subeth et stupore et frenesi et paralisi et epilepsia et arthetica de causa frigida capitulo de stipticitate ventris paragrafo de empiricis
Clistere stipticum restrictiuum omnis fluxus ex stomacho vel intestinis vel matrice reperies capitulo de fluxu ventris paragrafo de empiricis et capitulo de fluxu menstruorum paragrafo de emperiicis
Collirium album de ceruisa mitigans dolores oculorum et consolidans vlcus in eis capitulo de optalmia paragrafo de methodo
Collirium ingrale conferens ad omnem obtalmiam et visum custodiens a propietate capitulo de optalmia paragrafo de empericis
Collirium ... conferens omni obtalmie et fluxum lacrimarum ex humore acuto primitiuo capitulo de obtalmia oculorum paragrafo de empiricis
Collirium de thucia ad omnem lippitudinem et fluxum lacrimarum capitulo de fluxu lacrimarum ~~capitulo de~~ paragrafo de empiricis circa principium
Collirium de thucia ad easdem operaciones sed fortius predicto capitulo de debilitate visus paragrafo circa medium

Collirium de balsamo visum recuperans etiam ablatum cum integritate oculorum capitulo de debilitate visus paragrafo de empiricis circa medium.

Collirium Mathie quod ponitur intra oculos et extra cumquamque qui prohibet aquam et repercutit materias extollentes et membrum confortat sui proprietate potenti quae confert omni obtalmie in principio et apud casum et percussionem si timetur ulcus vel aqua in ipso. capitulo de obtalmia paragrafo de methodo circa

Collirium album sublime ad oculos // principium maculam oculorum et lippitudinem visus obscuritatem capitulo de fluxu lacrimarum paragrafo de empiricis

Collirium de plumbo consolidans ulcera oculorum post obtalmia in eis et casum et percussionem capitulo de fluxu lacrimarum paragrafo de empiricis

Collirium album extreme fortitudinis in restringendo lacrimas et consolidando ulcera et fistulas oculorum capitulo de fluxu lacrimarum paragrafo de ca

Collirium de aquis // none circa finem distillatis ad confortationem oculorum capitulo de debilitate visus paragrafo de empiricis circa medium

Collirium de fellibus approbatum et nobile ad omnem visus debilitatem ex quacumque causa fuit capitulo de debilitate visus paragrafo de empiricis

Collirium de gemmis confortans omnem oculum debilem a proprietate capitulo de debilitate visus paragrafo de empiricis circa principium

Collirium quod vocatur abdez ad confortandum oculos expertum capitulo de debilitate visus paragrafo de empiricis

Collirium de vino ad fistulam in lacrimali principium et ulcera oculorum acuta pruritia capitulo de fistula in lacrimali paragrafo de methodo

Collirium album extreme fortitudinis in consolidatione ulcerum oculorum quae confert fistule ipsorum et lacrimositati capitulo de fistula in lac

Collirium // mali paragrafo de methodo

[illegible]um de sarcocolla ad idem capitulo de obtalmia paragrafo de methodo

Decoctum diversarum descriptionum ad confortandum stomachum capitulo de diminutione digestionis paragrafo de methodo et paragrafo de empiricis

Caputpurgium frigidum alterans et confortans cerebrum in egritudinibus acutis quae confert sode calide pulsative frenesi maniae caninae nervose acutis et vigiliis assiduis et spasmo sicco capitulo de soda paragrafo de empiricis circa finem

Caputpurgium calidum alterans et confortans cerebrum et nervos in egritudinibus frigidis difficilis eradicationis quae confert epilepsie apoplexie vertigini paralisi spasmo humido tremori subeth [illegible] arthetice passioni de causa frigida et catarro et oblivioni et sensuum obscurationi capitulo de paralisi paragrafo de empiricis et capitulo de ptisi paragrafo de methodo quae est melior et fortior descriptionum quam pillulas de castoreo recipit quae sunt omnibus meliores

Dyambra confectio calida aromatica nidamenta quae cerebrum letificat digestionem parat cor confortat et corpus vivificat et impinguat et confert omni permixtioni racionis et cordiace et indigestioni capitulo de perturbatione sensuum paragrafo de melia ...

Dyacurcuma maior et minor aperiens omnes opilationes fortes antiquas in epate vel splene vel renibus vel mesaraicis quae confert cum virtute ytericie duplici et ydropisi inchoate et stranguirie et arene capitulo de ydropisi paragrafo de methodo ascitis

Dyaltea confectio nobilis et virtuosa ad opilationes fortes antiquas epatis mesaraicarum splenis atque renum capitulo de debilitate splenis paragrafo de empiricis

Dyatesseron confectio sublimis atque potens ad educendum subito materias et malicie quare confert restitutioni menstruorum in mole perforationi et ad faciendum abortum capitulo de restitutione me

Dyarob cum turbit // struorum paragrafo de empiricis

[illegible]buth confectio bona ad purgandum flegma salsum et humores subtiles acutos quae confert scabiei et pruritui corporis necnon febribus tertianis et quotidianis confusis capitulo de scabie corporis paragrafo de empiricis Confert similiter impetigini et serpigini et ulceribus corrosivis et ragadiis et fissuris in genis

Dyaboragmati confectio sublimis // membro ad confortationem cerebri cordis et splenis quae confert cordiacis spleneticis quartanariis necnon omni speciei melancolie capitulo de debilitate cordis paragrafo de empiricis

Electuarium calefaciens et exsiccans cerebrum a proprietate quare confert epilepsie paralisi et omnibus passionibus frigidis cerebri vel nervorum capitulo de epilepsia paragrafo de empiricis

Electuarium de feniculo descriptionum diversarum confortans visum a proprietate capitulo de debilitate visus paragrafo de empiricis

Electuarium de seminibus diureticis consumens a proprietate humores flatuosos colicos in stomacho et capite et epate et renibus quae confert vehementer sode frigide scotomie lacrimositati oculorum et obscuritati visus similiter et ciatice et ydropisi et calculo in renibus et vesica et tardat canitiem et sanat stranguiriam et dissuriam capitulo de debilitate visus paragrafo de empiricis

Electuaria pectoralia descriptionum diversarum digerentia materias in pectore et pulmone et screare facientia et sanie in eis laudabilem generantia recipies capitulo de raucedine vocis paragrafo de empiricis et capitulo de empimate per totum

Electuaria stiptica restrictiva fluxuum quorumcumque descriptionum diversarum recipies capitulo de sputo sanguinis per totum, et capitulo de ptisi paragrafo de empiricis et capitulo de fluxu ventris paragrafo de empiricis quod est sublimior

Electuarium cordiale de lapidi // descriptionibus preciosis capitulo de debilitate cordis paragrafo de empiricis et est descriptio completa aggregans omnes descr

Electuaria descriptionum // ptiones cordiales diversarum diminuentia a proprietate menstruum et sperma et facientia quare castitatem quare confert melancolie que fit ex retentione menstruorum et epilepsie et gomorree et sciatice et fluxui menstruorum et restitutioni ipsorum capitulo de perturbatione sensuum paragrafo de methodo circa finem et capitulo de sciatica paragrafo de empiricis ubi recipies calida vel frigida pro voluntate

Electuarium dyasatirion augmentans menstruum et sperma et faciens potentiam coeundi virtute sublimi capitulo de ablatione potentie coeundi paragrafo de empiricis

Electuarium stomathicon dui sardi de speciebus eius ad confortandum virtutem stomachi digestivam capitulo de diminutione digestionis paragrafo de empericis

Electuaria ferrata a proprietate omnem stomachum atque splenem confortantia capitulo de debilitate splenis paragrafo de empericis

Electuarium optimum ad tollendum omnes opilationes epatis splenis mesaraicarum renum pororum et matricis et propter adustas antiquatas, quae confert duritiei ypocondriorum amborum et fastidio et lienterie et restrictioni menstruorum et calculo et dissurie et ictericie utrique et ydropisi nec est ei par in hoc / capitulo de opilatione in renibus paragrafo de empiricis

Electuaria restaurativa de speciebus dui sardi capitulo de febre ethica paragrafo de empiricis et capitulo de arte impinguandi corpus macrum, quae conferunt ethicis ptisicis convalescentibus et consumptis ex morbo et labore

Electuaria exsiccativa atque emaceratiua capitulo de sciatica paragrafo de empiricis et capitulo de arte emacerandi corpus quae conferunt cathorrinis pletoricis continentibus paraliticis epilepticis apoplecticis subethicis ydropisis et omnibus grossis per naturam

Emplastrum bonum resoluens omnes tumores qui fiunt ex ventositate vel humore subtili aquoso quae confert inflationi crurium et ventris atque brachiorum vel testiculorum que fiunt subito per nocte capitulo de apatibus urine paragrafo de empiricis et capitulo de colica paragrafo de

Emplastrum anodinum // methodo colice ventose
mitigans omnem dolorem ex quacumque causa provenit calida vel frigida quoniam mitigat paulatim resolvit sine omni attractione quae confert omnibus apatibus in principio et augmento et statu et declinatione fluxibus et doloribus aurium et dentium et viscerum aliorum nec reperitur ei par in eis / capitulo de dolore dentium paragrafo de

Emplastrum mollificativum omnium // empiricis
duritierum quae confert scliros et scrophulas et glandulas et tensionem matricis atque ypocondriorum capitulo de apatibus epatis paragrafo de methodo

Emplastra stiptica quoniam dulsorum atque completa atque perfecta ad restringendum omnem fluxum humorum in quocumque membro, quae confert vomitui fluxui ventris et menstruorum et emorroidarum et apati omni inchoato et tumoribus qui fiunt subito per nocte et doloribus articulorum cum fiunt in principio capitulo de obtalmia paragrafo de methodo circa principium et capitulo de vomitu paragrafo de empiricis / et capitulo de fluxu ventris paragrafo de empiricis et capitulo de extenuatione mamillarum

Emplastra rubificativa quoniam dulsorum que illito cum ponitur calida super locum citissime ulcerat et humores aquosos educit quare confert litargie apoplecticis epilepticis subethicis lippitudini oculorum et doloribus spontaneis currentibus per musculos qui sunt in ambitu corporis totius nervis doloribus iuncturarum et ydropisi asclitis capitulo de litargia paragrafo de empiricis / et capitulo de catarro paragrafo de methodo / et capitulo de ptisi paragrafo de empiricis / et capitulo de ydropisi paragrafo per de cura asclitis / et capitulo de elephancia et varicibus paragrafo de methodo Elige igitur ex debilibus prius vel fortioribus prout

Emplastrum narcoticum ... // ... videatur
in membro mortificans cum volumus illud propter dolorem vehementem capitulo de emorroidibus paragrafo de methodo et capitulo de frenesi paragrafo

de empiricis / et capitulo de vigiliis paragrafo de empiricis

Emplastrum confortans epar a proprietate tam in causa calida quam frigida capitulo de sincopi paragrafo de empiricis / et capitulo de fluxu ventris paragrafo de methodo lienterie propter debilitatem epatis et mesaraicarum in attrahendo / et capitulo de prostratione appetitus paragrafo de methodo prostrationis propter debilitatem epatis in attrahendo quamquam si volumus emplastra propria secundum debilitatem propriam ipsius ad singula capitula tibi fiet recursus quibus de passionibus epatis tractabimus

Emplastrum confortans splenem a proprietate tam in causa calida quam frigida capitulo de sincopi paragrafo de empiricis quae confert ubi causam propriam ignoramus quam cum agnoverimus ad emplastra propria fiet recurrendum

Emplastrum confortans omnem stomachum a proprietate tam in causa calida quam frigida, quoniam eius corpulentiam corroborat et virtutes inspissat / quapropter confert cum causam propriam ignoramus quam cum sciverimus ad emplastra propria recurramus capitulo de debilitate digestionis stomachi paragrafo de empericis / et capitulo de prostratione appetitus paragrafo de empiricis circa finem

Causa remota vermium est omne illud quod generat humorem crudum sicut replecio nauseativa et coitus post replecionem et multiplicacionem fructuum et fructuum coctorum et ita de aliis que generant humorem crudum flaticum quoniam ex sanguine non generantur vermes quia corpus eo indiget nec ex colera quia nullum animal nititur nec generatur ex colera secundum quosdam de simplici materia nec ex melancolia quia remota est a principiis vite Restat ergo quod generentur ex flate cum teneat disposicionem mediam inter humores Cum ergo putrefit flegma in intestinis tunc illa materia suscipit spiritum vite et generantur inde vermes et similia et generantur diversi secundum diversitatem putrefaccionis et particule pacientis et ideo quando putrefit materia flatica in intestinis superioribus tunc ibi generantur vermes longi et rotundi et appellantur lumbrici et si putrefiat in longaone generantur quidam vermes parvi rotundi sicut sunt vermes qui inveniuntur in caseo parvi enim sunt quia diu ibi manere non possunt et si morentur magnificantur et sunt mali valde Si vero materia putrefiat in intestinis mediis tunc generantur vermes curti et lati et appellantur ascarides seu cucurbitini quod idem est **Signa** Quedam sunt signa vermium que sumuntur a sompno quedam a vigiliis A sompno quando garriunt in sompno et paciuntur stridorem dencium et masticant sicut si haberent cibum in ore et habent sompnia terribilia et excitantur terribiliter et cum inquietitudine et ira Si in vigiliis tunc paciuntur pruritum in naribus et alleviacionem doloris et clamorem et emissionem salive et egreditur lingwa et desiccatur os plus de die quam de nocte et efficiuntur amentes et festucas non colligunt nec magnum dolorem in capite paciuntur et eiciuntur aliquando vermes per nares et os et per inferiora primo dico quod aliquando perforant intestina et exeunt extra et est stupor audire si verum et consweverunt sequi accidencia terribilia sicut est mania epilencia caninus appetitus bolismus sincopis yliaca passio et colica et dicuntur epatis passiones et sunt ut plurimum cum constipacione ventris et illi qui sunt in fine pungunt et mordicant et quandam quedam pruritum continue quasi essent multe formice in ano et si sunt in intestinis superioribus ascendit dolor ad stomachum et ita de mediis causatur dolor in medio loco **Pronosticacio** Vermes enim in febribus quantum est de natura sui semper sunt malum signum et hoc quia significant lesionem plus et corrupcionem materie peccantis et quia sunt ex toto genere preter naturam ideo nullo modo potest esse bonum nec per se nec per accidens inquantum vermes Comparative tamen loqui possumus de vermibus sic Vermes in febribus aut sunt in principio aut in medio aut in fine Si in principio aut sunt vivi aut mortui Si vivi malum signum est Significat enim febrem pestilencialem et ideo significat magnam corrupcionem Si mortui bonum est quia significat quod sit ex mundificacione In principio enim non videtur quod malicia sit tanta quod possint esse magni racione malicie morbi Si autem in fine appareant et sunt vivi bonum est quoniam tunc veniunt racione mundificacionis et videtur dicere Avicenna Si autem sint mortui malum est quoniam ex malicia materie videntur esse Si autem appareant in medio morbi semper est malum sive sint vivi sive mortui semper enim comitantur vermes semper malum pro tanto quia consumunt nutrimentum vermium 2o est est malum quia augmentat putredinem ex qua generantur vermes 3o malum est quoniam inflammantur et calefiunt vermes et ita angustiantur et magis moventur et ita pacientes magis molestantur generantur ergo frequencius in pueris et gulosis et circa autumpnum et breviter in omni eo in quo materia cruda multiplicatur **Curacio** In primis rectificetur dieta et totum regimen ut flegma non multiplicetur in corpore Deinde digeratur materia cum oximelle diuretico et purgetur cum yerapigra acuta cum agarico et pulpa coloquintide Deinde si materia continetur in intestinis superioribus dentur pociones per os et si in inferioribus fiant clisteria suppositoria et clisteria et si in mediis fiant utrelibet Vermes autem interficiuntur per hunc modum detur lac ad potandum duobus diebus vel tribus et postea in illa hora detur acetum vel aliquid amarum mixtum cum lacte sicut aloe vel mel cum aloe et velociter interficiuntur vel detur semen citonii et tunc quid sit hoc modo continue detur de novo semine zedoarie tritum ad potandum cum brodio vel vino et procul dubio interficit omnes Si autem magis particulariter procedere velimus procedamus sic Vermes enim aut sunt cum febre aut sine febre tunc procul dubio amara interficiunt Ista ergo sunt materia enula pitaria mentastrum rutta aloe folia persici et cortex eius absinthium fella lupinus amigdale amare nucleus persici costus amarus centaurea et multa consimilia Accipiantur ergo aliqua ex istis et fiat pocio et aliquando pos et accipiat aliquando porco et fiat clistere ex istis et potest fieri emplastrum et desuper apponi per quemlibet istorum modorum possunt interfici vermes Pro vermibus autem minutis qui sunt in longaone fiat suppositorium de salgemma vel de liquiricia et quod stet ibi aliquibus horis et postea quod extrahatur subito Lardo imponitur plenius de illis vermiculis Aqua salsa potata interficit vermes Cum autem mortui sunt et natura non evacuat extrahantur et evacuentur aliter illud cadaver magna inducit nocumenta Illa autem que evacuant et interficiunt sunt ista aloe succus yreos et succus cucumeris asinini agaricus turbith pulpa coloquintide et cartamus quod est semen croci ortensis Superiores ergo evacuentur per ea que sumuntur per superiora et inferiores per clisteria facta ex hiis dictis et medii utroque modo yerapigra et tyriaca interficiunt vermes sapo mellis si ponatur pro clistere vel si apponatur contra umbilicum interficit vermes Utantur pullis columbarum et utantur in brodiis et in salsamentis pipere garioffilis zedoario galanga Vitent accipitres et fructus et caseum recentem et omnia que generant materiam crudam flaticam ut dictum est Si autem vermes sunt cum febre tunc ista calida essent multum nociva tunc ergo detur syrupus acetosus et malagranata et purgetur cum electuario de succo rose et trasera persica reubarbaro et yerapigra et emplastretur cum succo lactuce et semperviva et farina ordei et aceto fortissimo et utatur brodio caulium et cicerum et lenticulum et aqua ordei et utatur coriandro in salsamentis et fiant clisteria de cartamo et alchitram quod est pix liquida semine citonii vel semine zedoarie ut dictum est interficit vermes similiter interficit serpentes si ingrediantur corpus humanum aut si ibi generentur per modum predictum **Clarificacio** Intelligendum quod vermes generantur suo modo sicut generantur lapides in renibus et vesica quoniam quando materia est grossa et viscosa in renibus

et vesica et calor est fortis generat lapides quia calor
fortis intendit digerere et ita exalat subtilius et
remanet quod est grossius et ita materia petrificatur quia
ex inobediencia materie ad plenum digeri non potest nisi prius
dictum est et ita accidit nature per accidens lapides ge-
nerare, si autem virtus esset debilis nunquam generaretur,
ita est de vermibus quia quando materia est grossa cruda ca-
pulosa et calor fortis tunc intendit digerere et assimi-
lare quantum possibile est et non potest propter ineptitudinem
materie et quia materia recepit quandam indigestionem et acquirit
caliditatem et humiditatem ideo materia suscipit formam vite
et ita facit natura quod est sibi possibile. Item ex hac materia
suo modo putrefacta et ebulita generantur vermes, et
ita pediculi suo modo et serpentes et scarabei et mul-
ta consimilia que generantur infra corpus humanum
et ita non venit putrefactio ex parte agentis sed ex parte
materie, et licet virtus sit fortis in se non tamen in tantum
proportionaliter ad materiam quod ipsam vincere possit. 2o notandum
quod propter quam sumpta sunt amara propter vermes corr(umpuntur)
corporis conturbantur propter duo, quia vermes mouentur et
agitantur cum non possunt sustinere fortitudinem
amarorum, 2o quia amara inficiunt vermes et ita
generatur cadauer et ita fumi venenosi qui conturr-
bant corpus, amara ergo conturbant, hoc est per acci-
dens, 3o notandum quod vermes magis generantur in iuue-
tute quam in senectute, primo propter malum regimen
quod generaliter est magis in iunenibus quam in se-
nibus, et ita humores crudi generantur qui sunt materia
vermium et tamen hic calor fortior est qui est causa
efficiens, et licet in senibus materia inveniatur non
tamen causa efficiens, 4to notandum quod vermes plus
generantur in autumpno quia ibi sunt plures fructus
et tempus est magis inordinatum et ergo peior et
humores crudi plures propter debilitatem caloris et ita
plures vermes generantur, licet tempus sit frigidum et
siccum et ver accidit ad calidum et humidum quia
tunc que occurrunt magis extendunt, 5to sciendum
quod vermes non generantur in qualibet concavitate cor-
poris, sed in stomacho et intestinis et quia illic plus ha-
bundat materia flatica et calor remissus in pectore
autem et in venis non est sic, quare etc. Et si alibi
generentur hoc est de raro contingentibus. Sexto no-
tandum quod licet vermes generentur a calore innatu-
rali tamen sit per naturam, vermibus tamen est naturalis. Septimo no-
tandum quod vermes qui sunt circa longaonem inducunt pru-
ritum dentium et stuporem et abhominationem quia cartila-
go qui claudit et aperit habet colligantiam cum cerebro
et stomacho, sed vermes superiores inducunt appetitum caninum sugant
et cibum consumunt qui ad totum corpus delegari
debet. Octavo notandum quod amara competunt non ut
nutriant sed ut vermes inficiant quia nullum animal
nec nutritur nec generatur ex amaro secundum doctrinam
G. 2o de S. M. et aliquando ex vermibus generatur febris
propter approximationem ad cor etc.

Sudor de tot modis
Sua substantia aut est grossus aut subtilis aut mediocris
Sua quantitate aut multus aut paruus aut mediocris
Sua qualitate aut calidus aut frigidus aut mediocris
Suo colore aliquando rubescit citrinescit liuescit sudor
Suo sapore salsus amarus acetosus insipidus
Suo fetore fetidus priuatus malo odore sic sudore
Suo loco ut sudor in capite in collo in fronte vel uniuersalis
uel particularis, vlis magis laudatur particularis minus

Suo tempore a materia in principio fiunt digesta aut in augmento aut in statu
Sua successione aut paciens sentit sic alleuiari aut non
Sudor constrictus aut retentus prouocatur cum unguentis ca-
lidis sicut Arogon marciaton ceroto dyaltea mi-
sceantur simul si placet si non est sic. Si autem paciens
sentit se diminuiri et dicunt inungi spina dorsi et
similiter venter quia sunt apertiua et ita sudorem prouo-
cant, bonum etiam est quod de vespere ponat pedes in aqua
calida cum camomilla multum valent etiam balnea
de semine urtice et auene quia auena habet virtutes
leniendi relaxantes et molliunt duricies tumorum quia
sunt apertiua ibi dicta id valet. Notandum quod sudor
potest prouocari quadrupliciter. Primo cum appositione foliorum
ebuli super corpus et sint modicum assata super tegulam
calidam, periculum tamen est in se quia possit prouocari
se, sed bene valent quando sanguis esset coagulatus in corde
Secundo sic accipe cucurbita magna vel lignum concauum vel
alia instrumenta concaua impleta aqua calida et ponatur
in soleis pedum pacientis, prius in panno duplicato
vel complicato ut non comburantur plante pedum et hoc
frequenter fecit Geraldus de solo quando vidit crisim impeditam
per sudorem, si tamen ponetur in lateribus forte citius pro-
uocaretur sudor et fortius. 3o cum inunctione olei
de aneto vel melliloto in tota spina dorsi, 4o cum
embrocatione tocius corporis cum aliquibus herbis vir-
tutem apertiuam ut cum camomilla, vel quod manus
ponatur super totum corpus infusa in vino calido, vel
apponatur in extremis extremitatibus vesica enea plena
aqua calida ut dicit Bernardus. Similiter valent suffu-
migationes de castoreo calamento et carpobalsamo ut dicit Constantinus
septimo sui viatici capitulo de sudore. Notandum quod duplex
est sudor quidam aduenit corpori paruum lapso et
dicitur corpori paruum lapso quia corpori absque temperato non inest
sudor quia in tali virtus et calor naturalis fortis est
potens consumere et resoluere superfluitates 3e digestionis
insensibiliter. Et propter hoc omnis sudor est preter naturam per G.
primo aphorismorum quarto illius capituli. Ventres hyeme autem calidi
Alter est sudor adveniens corpori egroto, et est duplex quidam
bonus proveniens ex fortitudine virtutis potentis gu-
bernare superfluitates in vapores aquosos eos expellere
ad cutim. Alius est malus et est duplex, quidam in quo
expellitur aliquid maligni cum multo benigno et hic
fit ratione malicie morbi et fetet. Alius est in quo
solum expellitur benignum et vocatur sudor dyaforeticus
et non fetet et post illum corpus multum grauatur et
est signum mortis. Item sudor adhuc est duplex quidam
calidus vniuersalis in corpore toto, sed raro frigidus nisi propter
abundantiam materie vel debilitatem virtutis. Ex isto sequitur
quod sudor frigidus de genere cursu est malus. Alter
est particularis qui fit in uno membro particulari
Constantinus ultima parte de sudore de cura sudoris superflui
Sudor itaque si adeo augmentatur ut deficiat virtus
inde oportet ut constringatur et inferius corpus aceto salicino
rosarum et cito inungantur. Epithima vero in restringendo
sudorem nimium. Recipe rosarum ℥ xx sandali balaustie ana ℥ x
galle ℥ iii frondium vite ℥ i omnia coquantur in ij
℔ aque quousque ad terciam reducatur. Deinde colentur
et ℔ i olei rosarum misceatur et coquatur donec deficiat
aqua et solum remaneat oleum, postea et inungatur.
Ante ponatur infirmo vasa aqua frigida plena, et in
domo frondes vite salicis rosarum sternantur et syrupus rosarum
cum aqua rosarum detur et prohibemus nimium exercitium

Item nota quod sudor nimius et dyaforesis debet repri
mi cum oleo et aqua rosarum simul mixtis et totum corpus
fricetur administretur mucilago psillii et liniatur Item su
dor dicitur a super et do das dare quia datur superficiei
corporis Provocativa sudoris Si incitatur sit sudor
ex necessitate ungatur infirmus ex cameleo nigro cum
aceto vel Si ungatur corpus totum sudor provocatur
Item fiat cinamomi cali calamenti aro piretrum ca
lamentum cassia costum reubarbarum carpobalsamum simul et ele
tuorum horum inveniens simplex vel compositum cum
oleo costinum corpore inuncto sudor provocatur Suffu
gatores etiam adiuvant de castoreo calamento carpobalsamum
se vertice omnibus pistatis et inde corpore suffumigato
elicitur sudor Sed tamen hec non tempore sunt agenda nisi
quis habuit febrem diuturnam maxime si provocatione
sudoris indigeat virtute infirmi salva Ad pro
vocandum sudorem in febre continuis in die cretica Recipe
petro cum cinis decocta in aqua expressa parum sacco
ponatur tepida super os stomachi ab epate usque ad
splenem Item maiorana origanum calamentum absinthium ca
momilla milium involvatur et sudabit Ad su
dorem provocandum in omni morbo excepta acuta et precipue
in ydropisi et paralisi fac fossam in illa fac ignem ex
lignis siccis et inde ossa cuiuscumque animalis co
burantur in pulverem postea suppone ebulum et sambucum
postea aliquem pannum postea patientem pone et sudabit
Ad sudorem provocandum in febre continuis Item nota quod sudor
frigidus viscosus circa collum descendens ad pectus
in febre acuta mortale Item omnis sudor in principio
febre malus Item sudor frigidus et viscosus in febre cre
tica sit diuturnitate morbi Item omnis sudor cum quo de
bilitatur pulsus malus est Item sudor intercisus malus
Nota quod maiorana calamentum origanum absinthium
camomilla milium decoquatur in aqua et intingatur
ibi pannus et in illo panno calido involvatur aliquis
et sudabit Item peior est sudor frigidus per circa
collum et in capite quam sudor sub aliis Ad faciendum
cessare sudorem Recipe bedegar et tere fortiter et incorpa
tum aqua rosarum et pone in panno lineo postmo
dum pone sub ascella statim cessabit sudare Sudor
intensus et apertio pororum et multis humiditatibus cuius
nulla fiat corpus illiniatur cum luto ar et aqua rosarum
et mirti oleo mirti et oleo pomorum etiam cum illinitione
olei rosarum galle et terrise cipressine inungendum etiam est
cum lithargiro et galla etc cum aqua foliorum vitis
et oleo citonino Aut fiat oleum de aquis in quibus
coquatur citonia pontica vel veternia et mala pon
tica et rose et balaustie carabe continuum sicut pulvis
qui constringit quoque restringit acetum cum aqua et
succus agreste et decocto balaustiarum gallarum mirti
et succus salicis est mirabilis et aqua sporineti
cum res sit vehemens liniatur cum instillatione frigidis
Pulvis mirti sparsus prohibet sudorem Avicenna
libro canonis fen 2a dicit Sudor multus non semper est bonus
quia aliquando expellit subtile humorum et grossum manet
ideo tunc est inungenda scamonia vel farmacia Su
dor calidus sit malus calidus Sed frigidus semper est malus
quia sit ultimata debilitatem caloris naturalis Item
Avicenna libro canonis fen 2a tractatu 6 de iudiciis sudoris
dicit Sudor est bonus crisis in egritudinibus acutis et
flaticis et speciebus apatum timorosum et apatum
visternum et in capitulo sequenti ponit v causas multiplicationis
sudoris aut causa multitudinis materie aut subtilitatis aut
causa virtutis et vehementia expulsive aut molli
ficatione retentive aut causa pororum eius qui dilatur
super causas dilatationis Et minoratur sudor propter contraria
illarum causarum Et sudor quandoque quando sequitur exhibeat
et qui non movetur abscinditur Sed dicitur est ne id
fortitudo expulsive et debilitas retentive Dico quod
retentiva est fortis expulsiva est debilis et econtra
Sed si debilitate retentiva hoc nullorum non oportet quod ex
pulsiva sit debilis ymmo ambe possunt esse fortes
vel ambe debiles Contra sudores superfluos Recipe
rosarum violarum sandali rasure eboris ana pulverisentur et
cum aqua rosarum mixta cordi et stomacho applicetur Su
dorem sit provocans et in die cretico Recipe semen lini
fen ana recipe pone in sacculo mitte in aqua fer
ventissima postea parum exprime pone super furcula
pectoris in regione epatis et splenis tangatur Item
Sudor dicitur a super et do quia datur superficiei corporis
a natura expellente vel materia humidante et est va
por humidor a corpore resolutus et inter corporis aut
cutis superficiem condensatus in aquam Sudoris creticam
conformatur se vementis Sed similiter sunt omnis
dampnositates Mortem si frigidus in acute
significabit Si si sit etiam validus molli tunc
certificabit Si sit totalis melior quam particularis
Cottidie precedens semper distinguit utrumque
Sudor multus fit longitudine egritudinis propter mul
titudinem materie et non est curandum cum scamonia et rectius
solutio propter debilitatem suam ymmo clisteria lenia
Et sudor frequentius in principio egritudinis est malus
et sit multus nisi causa in eo sit humiditas
aeris aut propter pluviarum multarum quam tunc cum sua
malicia est minor malicia Et multotiens quidem
accidit egritudo cum sudore deinde sequitur ipsum hor
ripilatio febre et prolongatur Et cum accidit ex sudore
horripilatio est malum quia horripilatio sit expa
sionem humoris mali nocentis in corpore et illud non
sit quod sudor mundificat ymmo movet de humidibus
malis Et quando debilitatur virtus et pulsus et
sudat frons parum est malum signum Et quia in
isto sudore evacuatur benignum et cum ratione illius ces
sat pulsus et virtus Si vero cadit pulsus tunc
est mors Sudor bonus cum est ut sit per eum crisis
completa est ille qui fit in die cretico et est communis
corporis toto humidas et super ipsum allevatur infirmus
Et ad sciendum considera sudorem per se in caliditate sua
et frigiditate sua et colore suo et odore suo et gustu
et qualitate sua et in multitudine et paucitate sua
et tempore sue egritudinis an est in principio aut
in statu aut in declinatione et quod associatur ei de se
in fortitudine et debilitate sua et quod succedit
ei de levitate et gravitate Et scias quod in quale
scientia multiplicatur sudor eius propter reliquas
materiarum quare non est malum pura facere minutionem
Non bene quod dicitur quod Nam in huiuscemodi reliquiarum
superfluitates dum vero circa cute sit per balneum
evacuantur Alio modo reliquie sunt in venis et
quiescit scamonia sit inter circa

De vermibus

Vermis putrefactio est duplex similiter quam per illa
humiditas inveneratur quod non acquirit ibi aqua et
forma alicuius animalis ut in febre vel porcis
inchoatum nichil acquiritur Sed non similiter quam humidum

non incineratur ut in stomacho putrescit in intestinis generatur vermis qui est conveniens ad formam spiralem recipiendam quia licet ibi ista humiditas invenitur tamen conditur per quod ad generationem alia. Cum enim quatuor sint humores tamen ex flegmate vermes sunt generati in corpore Non ex sanguine quia sanguis intra venas continetur Nec ex melancolia propter mortificativas eius qualitates Nec ex colera quoniam amara necat lumbricos Nec etiam ex flegmate vitreo propter nimiam eius frigiditatem Sed ex flegmate naturali et aliis eius speciebus Ex naturali generantur curti et lati qui ascarides vocantur curti ex frigiditate constringente. lati ex humiditate se lateraliter diffundente Ex dulci generantur longi et lati longi ex caliditate elongante et extendente lati ex humiditate Ex salso longi graciles longi ex calidite. graciles ex siccitate incidente comprimente Ex flegmate acetoso curti et stricti curti ex frigiditate stricti ex siccitate Sunt autem generati ex chimis crudis et indigestibilibus generatur cruda massa et per quam crudi humores in quos agit calor qui nescit esse ociosus in corpore unde generatur cuticula in superficie quoniam fumositas grossa retinetur que ac[c]ione caloris subtiliata transit in formam unde vita cuiusque Cuticula accione caloris est generari sicut crustula panis in clibano vel furno coctis. De lumbricis Constantinus in viatico solent nasci in intestinis quidam in stomacho quidam in ano quidam in visceribus Causa eorum saturitatis multitudo et indigestibilium ciborum acceptio de quibus in intestinis crudi aduna[n]tur quibus cum calor ducitur et coquitur et in iia actualia unde idem constantinus qui generantur in subtili intestino superiori vocantur lumbrici qui sunt longi quidam nascuntur in grosso intestino quod est sub umbilico et vocantur ascarides et cucurbitini Cura in hac passione est multiplex et infinite sunt res que eos occidunt Sed folia persici decocta cum cuisia et mane bibita eos necat per eam fluxum ventris facias Item aloe epatica dulcedine zoptistitus vel tamen item cornu cervi pulverizatum in calida aqua bibitum necat et eicit Item lupinos in pulverem redige et misce cum pura aqua et fac cathaplasma et super umbilicum pone et desuper liga Item Recipe tormentille diptami bistorte genciane seminis rute camphorate ana ʒ i reubarbari ʒ i zuccari quantum sufficit fiat confectio solida Cerotum pro stomacho contra vermes Recipe sindonia lupinorum cimini nigelle siler montani centaurie minoris absinthii ana ʒ i genciane diptami cornu cervi usti aristologie longe et rotunde ana ʒ s[emis] granorum cinamomi mirtilorum mastice thuris ana ʒ i pulverisentur omnia et cum optimo laudano fiat cerotum // Lumbrici et vermes cucurbitini fiunt ex humiditate flatica putrescente in intestinis Signa eorum exitus cum egestione cum pruritu et quandoque lumbricorum cum torsione et pruritu penes anum Curatio cum abrotano absinthio ysopo lupinis mixtis cum melle Item cum mente indiana et succo granati et coriandro sicco Item cum radice smirne et menta // Contra lumbricos panis siliginarius pulverisatus cum succo absinthii fel tauri simul mixta ventri apposita occidunt eos Item Nasturcium aquaticum frixum in patella sine commixtione aliqua sub umbilico calide cathaplasmatum lumbricos interficit in prima nocte Ad idem fel thaxi[?] sicut cum succo mente similiter folia persici

et persici similiter semen apii potatum omnia mala ventris interficit Ad expellendum lumbricos de ventre Recipe bethonice ʒ i cortice mali granati ʒ ii mellis ʒ v vini boni lib. ii bulliant simul et da bibere // Contra lumbricos et ascarides et constipationem ventris Recipe media cortice sambuci et ebuli et extrahe succum et admisce fel tauri et tepefac ad ignem et per inunge super stomacum Ad pueros qui non possunt accipere medicinam per os Recipe fel tauri et tere cum succo mente vel absinthii unge ventrem et morietur lumbrici Aliud potes facere cathaplasma de foliis persici Succus marubii albi bibitus cum vino sepius necat vermes in homine et dolorem stomaci sedat Agrimonia centaurea absinthii piper bibantur et optime est Item cortices de persico cum tritum in lacte coque ca[n]prino et da bibere in ieiunio omnes vermes stomaci et ventris eicit Similiter marubium et calamentum facit

De sternutatione

Avicenna 3° tercia doctrina capitulo 28 de sternutatione et eius causis dicit Sternutatio est motus virtutis expulsive in cerebro propter mundificationem superfluitatum que sunt in eo Et propter hoc aliquando mundificantur superfluitates corporis et pectoris et pulmonis Et aliquando cum sternutatione expelluntur aliqua ex rebus que sunt in ore stomachi Et propterea fortis sternutatio aliquando movet motum ructus Et hunc motum facit ultima expulsiva quia humor secundum qualitatem mordet meatus narium Et si tu quereres si hec superfluitas provenit a cellulis cerebri ad nares et movet sternutationem Respondemus quod raro hoc contingere potest Sternutatio in fine morborum bonum signum valde 2 ... dato quod egritudo esset periculosa quia fortitudo virtutis significatur et convalescentia et puritas membrorum et ideo sternutatio post reumate et corporis mundificato sive a natura sive ab arte bona quia dolorem capitis removet et caput mundificat et ideo valet in egritudinibus pectoris scilicet quod corpus sit mundificatum et quod egritudo sit in declinacione et quod sit sine reumate etc Sternutatio bona est que accidit aput statum In principiis uero eius est de signis corize aut humoris morditativi Ex eo tamen sen 2a capitulo 17 // Ypo[cras] secundo pronosticorum Sternutatio cum reumate in omni egritudine pulmonis et toste sive precedat sive sequatur sit malum Sternutatio in omni egritudine acuta sine reumate bonum est quia significat fortitudinem virtutis maxime circa finem Item Sternutatio est in causis inutilis In suffocatione in pectoris debilitate in retentione secundine in expulsione humiditatum existentium in ipsa matrice in alio loco et tunc fiat provocata sternutatio in primo tamen // Constantinus xiiii particula de cura superflue sternutationis Sternutatio si excedat modum lavetur caput cum aqua vel camomille rosarum ordei in qua sit cocta sint succus eorum naribus appositus cum pretereat sternutationem aufert Si caput sit calide nature cum oleo rosarum et melle ungatur cum aqua rosarum Si frigide cum oleo camomilla vigella et similibus illic Euforbium facit obtalmiam Unde mulieres salerne pulvere euforbii rosas aspergentes offerunt eas odorandas iuvenibus et statim sternutare incipiunt

Pronosticacio de vulneribus et plagis et solucione continuitatis

Omnis solucio facta in membro bone complexionis de facili curatur et ideo ulcera ydropicorum aut leprosorum in[...] curantur aut cum difficultate magna Vulnera cordis non

curantur. Vulnera capitis stomachi aut epatis splenis aut renum aut vesice aut intestinorum aut intestinorum si sunt parva possunt curari si magna raro vel nunquam. Vulnera pulmonis non curantur. Vulnera membrorum radicalium sine deperditione substantie vere per unum in pueritia, sed in alijs etatibus non fit porus minutum. Vulnera membrorum radicalium cum deperditione substantie nunquam perfecte curantur. Si vene mitte et capillares deperdant in magnis incisuris tunc non generant loco illarum poros et meatus carnosos. Solutio continuitatis in nervis si est incisio aut punctura spasmum et alienationem facit et mortem inducit nisi sibi diligentissime succurratur et si omnino non incidatur non est periculum nisi quod membrum suppositum caret motu aut sensu aut utroque secundum diversitatem nervorum. Vulnera intestinorum cum nausea et fluxu ventris sunt pessima. Vulnera capitis ad que sequitur nausea et fe sunt pessima. Fractura ossium cum dentibus cum periculo consolidatur, sed postea cum difficultate frangitur. Fractura ossium secundum rotunditatem de facili unitur sed postea facilius rumpitur. Omne vulnus fusiens a superficie in superficiem malum quia nunquam non mixt radice unde sumat principium. Si autem in vulneribus post nimium fluxum venit alienatio malum et si spasmus ut plurimum moriuntur et singultu cum singultu mors est vicinus.

De accidentibus in superficie corporis

Panaricium fit ex sanguine et apostema primum virginei cum multo dolore, cura cum in... Cura infrigidare dum calidum sit cum psillio trito cum aqua et aceto quod dolor mitigetur cum infrigidativis retinendo et cum maturativis ut se maturet sic lini suppositis et supponendus est ei pannus lini cum psillio infrigidato dicto aptum fuit supponendo sunt lentes cocte in aqua rosarum cum mirto aut unguentum est de unguento albo si fortificatur dolor illinitio fiat de opio et aceto et supponatur pannus de lino cum psillio.

Inflatio pedum et lesio digitorum fit ex inclusione alicuius rei in eis que propter frigus non potest dissolvi. Cura emplastrum cum lentibus excorticatis tritis cum aqua bletarum vel cum furfure cocto cum aqua et aceto. Si in yeme illinitio fiat cum ficubus coctis in aqua caulium et lentibus excorticatis vel cum orobo lupinis et blet coctis in aqua vel ad decoctionis raparum vel ficubus coctis in oleo modico tritis que mixta conferant fiat cum iusquiamo cocto in aqua. Et si fuit excoriatio ex concussione ungendum cum dyarkilo illinitione facta postea de ruffo arsenico et citrino et opopo?... tritis in oleo amigdalarum amararum. Vel rore ex aqua frigida dolor calor sedetur vel panni linei infusi in aqua supponantur. Deinde ex litargirio cum aqua rosarum fiat epithima ardor aut et dolor si remansit cum unguento de cerusa curetur. Sed Rasis vi al. in fine. Ad evellendum ungwe corruptum fiat emplastrum cum evellentibus ipsum et si est cum tumore per primo iuvenis supponatur vel agrim. vel vulpis. Si autem vulnera sit sine tumore galla incisa balaustia cortice malignati fructus gratacia supponatur.

Scissura unguium contusio et lesio ex calciamento fit ex frate signum albedo in ungwe, cura cum pillulis aloe. Cura cum fenugreco et semine lini tritis cum sirupo acetoso in emplastris ponatur vel cum sulfure citrino ruffo arsenico tritis cum aceto ad illinendum de eo. Lesio de calciamento curanda est cum pulmone caprino posito super eam et si combuTitur

et superaspergatur ei pulvis cineris eius iuvabit eam valde. Et si fiat pulvis cineris pellis vetuste usti et mitigato ipsius dolore utendum est cum fenugreco et acacia tritis et pulverisatis et dispersatis cum aceto.

Rasis vi al. vesice que fiunt ex strictura calciamenti primo sunt fundende postea epithimetur aqua rose deinde ex lixio et acacia aut bolo ar. aut ex gall et aqua frigida aut balaustiis bene tritis et desuper ponatur.

De vulneribus et ulceribus

Vulnus singulare. Causa est fixura ex ense vel gladio. Cura cum adhesione labiorum ipsius evitata re cadente in eo facta strictura cum consolidativis plumaceolis et utroque latere superius et inferius fiat ligatura post adhesionem si non adheret fiat et post si sutura quando vulnus accidit in latitudine corporis et si talis fit vulnus supponatur vulneri pulvis sanguinis draconis infusus in aqua deinde super plumaceolos et sutura sit in vulnere post biduum aut triduum non in sanguine ipsius, fricentur labia ipsius cum capite in spatulati dum sanguinem emittat. Deinde ligentur ut supradictum est. Et si vulnus magnum superaspergatur ei pulvis tiliminis confectus ex sarcocolla 3 ii aloe opio et sanguis draconis mellisse ana 3 i sanguis draconis nucis ana 3 s… dravi? tritis et pulverisatis.

Ulcus singulare

Causa fit ex vulnere precedente, signum vulnus corrosivum. Cura cum nitro si corpus est repletum. Cura cum bombace vetusta infusa in oleo rosarum vel cum papavere silvestri usto aut farina ordei et thuris. Si ulcus non est mundum impleatur cum bombace veteri cum butiro recenti et mundificatur illud loco aque mellis et si est sine sanie curetur cum unguento fusco, mundificat quoque ulcus et generat carnem thus aloe aristologia et radix lilij celestis et cadmia argenti terantur bene et superaspergantur ulceri et si humiditas est multa distemperentur medicine predicte cum melle et cum eis illiniatur super pannum lini et supponatur vulneri. Et si ulcus est in capite et non tangit craneum supponatur ei unguentum confectum de oleo rosarum 3 x cere 3 iii et liquefacta cera cum oleo et mixtis cum aloe acacie sanguinis draconis ana 3 s et repleto vulnere de bona carne consolidetur cortice cum galla cortice granati balaustia abrotano usto et folijs lilij.

Ulcus sordidum

ex debilitate membri in expulsione superfluitatis sibi. Signa sordicies humiditatis cum cum sirupo rosarum et trociscis viol. Cura illinitio fiat cum melle, evitet humectantia et multum cibum et fugiat gallos assos et curetur cum hoc unguento armoniaci 3 i aristologie 3 i dissolvatur armoniacum cum aceto et cum alijs omnibus medicinis misceantur et curetur cum unguento confecto de litargirio et mercurio et nervis tiliminis cum aceto et oleo rosarum et ebulito fiat multa. Auge in eis modicam partem galle balaustie et cadmie argentee.

Ulcus cum frigiditate fit ex usu frigidorum multo et vulnere precedenti. Signa pallidit as et pauca caliditas, evacuatio nulla fiat. Cibetur cum vino citrinorum coctorum cum carnibus. Epithimetur super locum cum aqua tepida sepe in die. Parum bibat de aqua. Curetur ulcus cum unguento fusco confecto de 3 i litargiri et 3a parte rosarum olei, deinde misceatur cum thure sanguinis draconis et sarcocolla ana 3 ii et agitetur bene et patiens comedat de passulis sine nucleis oleo et ficubus.

Ulcus cum mala complexione

Causa ex prohibitione expulsionis et multa superfluitate

Gravancia carnem

Consolidativum

cibi/ signum multa humiditas eruginosa et caro mollis/ cur̄o cum turbith et mirabolanis Cura illinitio fiat cum litargiro oleo ros̄ et aceto simul mixtis cum balaustia et radicis argenti vel cum absque farina ordei distemperatis cum melle/ utatur etiam unguento modico viridis eris posito super illud. per totum diem cum bombace uncti et si ulcus est magnum cum molli carne inflata et humiditate corrupta/ utatur medicamine acuto/ et facta corticie super illud suppone ei butirum cum bombace uncti/ et nisi tollatur/ fiat combustiua fiat cum cauterio Si est mala complexio et stricta in regione quod patet ex acuitate humoris et materie ipsius/ cibetur cum unctuosis calefiat latus cum aqua tepida et oleo ros̄ super regionem mane et sero butirum coctum supponatur/ debet augeri cibum ut oportet et curetur ulcus cum rebus minoris desiccationis cum farina ordei et orobi/ et utatur in cibis humectatis vitellis unctuosis et lacte recenti **Vlcus cum caliditate** Causa est intensus motu et effectu alicuius rei calide et interne precedente/ signum membri rubedo et eius inflatio et dolor/ cur̄o cum minoratione Cibetur cum gallis coctis cum agresta et sucis granatorum et pomorum/ et utendum est unguento cerusse Curetur cum unguento ex litargiro et vermis cinis et supponatur plumaceolum sandalis albi/ et illinitio fiat circa ulcus cum sandalo cum aqua endivie et postea illinatur cum oleibus et aceto coctis. et cucurbita si est calefe/ et si est sine fe cum gallis cum succo granati

Vlcus cum capite vel carne addita

Causa est superfluitate precedente ad locum humoris/ signum inflatio vel caro addita superficiei corporis/ cur̄o cum minoratione Cura cum syr acetoso et cibo facto cum succo granatorum Illinitio fiat cum unguento cerusse Supponatur plumaceol sandali albi/ et illinitio fiat circa ulcus cum utroque sandalo et aqua semperviue/ et si est cum eo caro addita/ utatur unguento eris viridis/ et si labiis humens est caro addita dura fiat cum instrumento cirurgico donec euellatur et si caro est grossa madefiat cum ferro deinde curetur cum unguento et si non potest mandi supponatur de calcidio et diffiba=relix deinde butirum donec cadat cortex deinde medicamine dicta faciens carnem **Vlcus cum fractura ossis** Euacuatio cum minoratione Cura cum emplastro stricto forti cum reformatione equali/ si est in capite cum aristologia rotunda trita cum aqua Si os est corruptum et consolidatur numquam deinde reuertitur et manat de eo erugo utatur medicamine acuto/ et facta corticie super ulcus butiro calefacto utatur ut cadat caro corrupta et excoopiatur os Deinde curetur per viii dies cum unguento eris viridis et per aliud diem per bombacem vetere Si ulcus fuerit cum dolore illinatur cum sandalo et opio facta minoratione et cum aliis narcoticis **Vlcus malignum** fit ex prohibitione dissolutionis et multa quantitate humorum/ signum eius est ulcus nigrum/ cur̄o cum minoratione cassiafistula aqua fructuum etc. Illinatur circa illud sandalo aqua ros̄ et camphore/ impleatur cum butiro et aqua endiuie et ros̄ maluauisci et oleo viol ros̄/ curetur cum butiro et unguento eris viridis cum sarcocolla Et si ulcus dilatatur et non adheret curetur cum oleo ros̄ et unguento cerusse/ quod nisi contulerit et viis cicatrice cum ferro incidi debet circa usque ad carnem sanam

deinde curetur cum generantibus carnem.

De combustura ignis Cur̄o cum minoratione si dubitatur quod fiat apostema Cura supponatur ei ovum cum aqua et luto armeno infuso in aceto et aqua simul et postea cum lentibus coctis bis simul illinatur cum atramento usto et lenticulis et farina ordei tritis bene cum albumine ovi et oleo ros̄/ deinde cum cerusa et litargiro et oleo ros̄ et albumine ovi et cum modico aceto/ et inungatur unguento calcis/ vide hoc unguentum alibi Si autem combustura sit cum aqua calida effundatur super eam aut ampulationem eius aqua olivarum salitarum aut aqua cineris et statim ampullis curetur cum unguento cerusse et calcis et infrigidetur cum sandalo et aqua ros̄

Auicenna primo canone fen tertia capitulo septimo de regimine eius quod comeditur

ponens ibi. 66. amphorismos Ait Oportet ut sanitatis conseruator studeat ne cibi ipsius summa sit aliquid medicinale mediocrium sicut olera et fructus et similia quorum subtiliantia sunt sanguinem adurendo hoc est practicamina sunt subtilia sunt quia generant aquositates et generant sanguinem subtilem/ sanguine adurentia ideo quia grossus aquosus sanguis disponit ad putrefactionem sed putrefactio disponit ad adustionem et grossa sunt ipsum statim facientia et corpus grauantia **Oportet autem** ut cibus sit talis quales carnes edorum vitulorum lactentium porcorum/ et agnellorum annalium et triticum mundum quod ex messe sana collectum cui nullum accidit nocumentum et res dulcis gustus conprobatus et vinum bonum odore bonum humidus et alia. fructus nutrienti magis similes sunt sicut ficus dactilli vue mature vbi potest fieri verumtamen si aliquis comederit eas superflue festinet ad euacuationem **Oportet preterea** ne aliquis comedat nisi per desiderium neque in hoc tardetur cum desiderium excitatur/ hoc verum est in appetitu regulato sed in conplexione lapsa non est appetitus ita verus/ et ideo dicit nisi medoss nimis fuerit ut ebriorum et contundi fastidium quod tollerare famem replet stomachum putridis humoribus/ cum quando stomachus famelicitatis attrahit a membris vicinis ideo oportet quod sequatur attractio humorum **In hyeme nutriens sit** actu calidum in estate frigidum. s. ut resistat caliditati estatis/ aut quia proprie sit caliditatis et neque caliditas neque frigiditas ad rem premat qua sustinere non possit Scias quod nichil est deterius saturitate in tempore sterilitatis et econtra/ sed in conclusio est deterior vidimus enim multos quibus in tempore sterilitatis cibus defecit postea cum in tempore sterilitatis habundauit. repletos fuisse et mortuos et vehementer repletio sine potu suie cibo est peruertabilis quia suffocantur homines et moriuntur/ quia natura in regimine sanitatis est contenta modico et superflui ideo fit suffocatio ideo moriuntur multi qui accipiunt multum cibum per manicos fit inflatio et dolor stomachi **Cum autem error** accidit in comedendo vel bibendo aliquod nutrientum medicinale malum est cadendum et custodiendum a mala complexione et accipiatur contrarium ~~sicut allia~~ si frigidum fuerit ut cucurbita cucumer/ sumatur contrarium sicut allia et porri Si calidum fuerit frigidum sicut cucumeres et portul/ et si opilatiuum sumatur quod aperit et euacuat deinde dum fame tollet **Et nullus comedit** nisi desiderium fuerit cum. i. regulatum et stomachus et superiora intestina a primo nutriente euacuata sunt **Cibo** enim in corpore deterius existit est nutriens super nutrimentum quod non est digestum mitte/ causa quia illud impedit digestionem

non sit a... medicine ... tempore

sicut in olla buliente aqua frigida infusa, et preterea
nil est deterius quam fastidium quod fiunt ex malis nutrien-
tibus, quia si est ex grossis nutrientibus generare fa-
cit iuncturarum dolores et renum et dissuria et podagram
et splenis et epatis grossitudinem et flatus, estitudines et
multas. Si ex subtilibus eveniunt nutrientibus febres acutas
et exratitas et apatis mala acuta. Amplius pre-
ferius motus post comestionem ipsam scilicet renum sumptam
in suo quiete fit, scilicet quia post cibum immediate debet stari vel
parum ambulare et in mente non debet dormire quia propter
nimia ebulitio vapores ad caput. Accidentia preterea animae
horribilia et motus corporei fortes digestionem similiter prohibent
scilicet quia sunt causa diffusionis caloris per corpus.
Et in hyeme quidem cibi pauci nutrimenti non sunt
edendi sicut olera, sed ex contrariis sicut carnes. Et cibo non
ita est replendus ut non sit ibi locus superfluus vel
vacuus sed ab eo est recedendus reliquiis desiderii ad-
huc in anima remanentibus. Hec enim famis reliquie
post horam una destruuntur, et in hoc usus est consuetudinis
quia deterior comestio est que stomacho facit gravitatem
et deterior potus est quam temperamentum excedit et in stoma-
cho natat. Et si aliquo die superfluxit sequenti die fa-
melicus maneat et sompno utatur pluriori in loco
temperato in quo neque calor neque frigus, quia si sompnus ei
non advenerit multo utatur incessu suavi et optima
in quo non sit quies neque requies, et parum puri vini
bibat Ruffus ut allegat itaque incessus non placet et
ipse post prandium quia bonitatem operationis nature ulterius
impediat. Preterea ut post comestionem primo super latus
dextrum dormiat pauco tempore deinde super sinistrum revol-
vatur postea revolvat se super dextrum, et debent scire quod
multis cooperiri pannis et cervical elevare debet quia
sunt ex illis que in digerendo iuvant, et ad ultimum quia
ut membrorum situs ad inferiora sunt declinantes non ad
superiora. Et cibi quidem inequalitas existit ratione usus
et virtutis ut non faciat consuetudinem et ut ypocundria non
tendantur neque inflentur et rugitum non faciat neque natet
et non accidat ex eo nausea neque caninum desiderium neque
casus neque pigritia neque insompnietas neque ipsius sapor
in ructibus post tempus recipiatur, quia cum post longum tempus sa-
por eius receptus fuit erit deterius. Declaratur autem quod cibus
sit temperatus cum ex ipso non provenit magnitudo in pulsu
et anhelitu pravitas, hoc namque non accidit nisi preterea
quod stomachus comprimit dyafragma, et propter hoc fit anhe-
litus parvus et inspissatur et cordi necessarius ei potest augmen-
tum magnificatur ergo pulsus quia in virtute non existit
debilitas. Ille preterea cui post comestionem accidit ca-
liditas et calefactio non una totum comedat hora sed
paulatim per intervalla preterea ne ei ex repletione dispositio
accidat que fit sicut tremor quam postea sequitur calor sic
febris fortis cum calefit cibus. Amplius qui quan-
tum ei sufficiat digere non potest comedendi inmulti-
plicet et quantitatem minuat. Colericus preterea
nutrimento indiget vehementer confortante et parum cale-
faciente. Colericus vero eo quod conterat et infrigidat,
ille quidem in quo sanguis generatur calidus et tenuis
nutrientibus indiget et pauci nutrimenti, et ille in quo
sanguis generatur flaticus nutrientibus pauci nutrimenti indi-
get in quibus caliditas fuit et subtilitas. Nutri-
entia preterea ordine in sui receptione sunt in quo sa-
nitatis conservator sollicitus esse debet ne illud quod sub-
tile est et cito digitur post forte nutriens quod fit eo

diutius sumat in cibo quia prius digitur quam ipsum
et super illud natabit non habens via qua penetret putre-
fiat ergo et corrumpet illud quod ei miscebatur. Iste
etiam non primo debet comedere ita ut post ipsum cibum
forte et durum qui constringit labia sumat in cibo quia
cum ipso labe cum ad intestina penetrabit eo non dum ca
integre digesto quantum debebat. Pisces quoque et que
eis similantur post labolosum exercitium comededi non
sunt corrumpuntur enim et corrumpunt humores.
Hominum preterea sunt quidam quibus convenit come-
dere illud in quo cibus existit stipticitas antequam suum come-
dat cibum, et isti quidem sunt stomachi laxitate lenien-
tes ex quorum stomachis cibi descensus fit velociter
et non in eis moratur donec digeratur. Unaquaque stoma-
chi dispositio et eius complexio propter est consideranda.
Et est etiam aliquis hominum in cuius stomacho cibus
corrumpitur vel aduritur subtilis qui cito digeri
solet, et fortis qui tarde solet digeri in ipso digeritur
et hic quidem est cuius stomachus est igneus et ex eis est contrarium
existit contrarius quorum quisque secundum suum vel proprium stomachum
est regendus. Regiones quoque nationes conveniunt pro-
prias, et usus similiter regionis ex ratione, et hoc quidem observandum
est. Et oportet ut in hoc experimentum rationem vincat est
namque cibus qui solet comedi in aliquod existit
nocumentum, et est convenientior bono non usitato.
Unaquaque preterea figura et complexio cibum exigit con-
venientem et consimilem ad que mutatur si volun-
tas affuerit nocumentum ei faciet et impedimentum.
Ex hominibus quoque est cui aliquod nutrimentum
bonorum et laudabilium noceret ipsum ergo relinquere
est ei conveniens. Ille vero in quo mala digeruntur nutrimen-
ta ob hoc non decipiatur quia post dies in ipso mali
generabuntur humores, estitudines facietes penetrantes.
Et sepe etiam concedunt ei in cuius corpore mali
sunt humores ut rem bonam largiter vel large come-
dat, et ipse cum non patitur ventrem sibi plenum preterea
quod est debilis. Cum vero corpus alicuius ra-
rum fuit raro resolvendo facile nutriendum erit et nutriente
humido quod cito digeratur, licet rara corpora magis
tollerare possint nutrimenta grossa et diversa et
sunt longinquiora ab hoc ut cause intrinsece ea
ledant et magis apta recipere extrinsecarum impe-
dimenta. Amplius qui multa consuevit co-
medere carne si ociosus fuit vel deliciosus frequenter
minuere sibi debet, et ille cuius corpus ad frigiditatem de-
clinat ingeris bibere debet et species, et ex eis que
stomachum et intestina et renas que sunt iuxta ea mun-
dificare consueverunt. Et nichil quidem est dete-
rius quam diversa nutrimenta simul adiungere et post
hoc in comedendo tempus prolongare cum enim postre-
mum nutrimentum advenit primum iam incipit digeri
Nutrientis ergo partes in digerendo non simulantur immo
diversificantur. Oportet preterea te scire quod nutrimentis
melius est quod melius sapit preterea quod stomachus
et virtus retentiva vehementer ipsi applicantur cum
bone sunt sube et fiunt omnia principalia membra
secundum comparationem sibi adinvicem convenientia et sana
et ista quidem est conditio valde consideranda.
Ex vicibus preterea saciantis comestionis me-
lior est ut homo una die semel et alia die bis
mane et vespere comedat, huiusmodi in hoc usus ve-
hementer est conservandus, quia si ille qui bis in

Causa est quia in diversis cibis sunt diversi sapores qui plus excitat appetitum, credo quod non intelligit de diversitate ciborum, sicut primo vino et carnibus quia contrarium est veri..., quia primo debet intelligi primo diversas carnes et diversa vina, quia primo est causa corruptionis alterius

Causa est quia ad digestionem cibi requirunt. 16. hore

Causa est quia labore eius ... debita sicut pisces sunt putrefactibiles sed non debent post ... corrigere

Si regio est frigida calefacienda est ...

Cibus consuetus licet non sit bonus est magis gratus

Cibus preterea datur natura ...

Vnde contingere a mutatione facta ab vna comestione ad duas

i. appetitus vomendi sine expulsione

Ideo colera magis ledunt a veneno quam flaua

quia abstinencia a cibo in illis est causa attrahendi malorum humorum ad stomachum

  - Actio lesa
  - Actore extenuata (?)
  - Actio
    - diminuta
    - Corrupta
    - Ablata

- Materia minuitur
  - per evacuationes sensibiles uel insensibiles
  - per diversiones ad oppositum ut per fricationes, compressiones, ligaturas, ventosas
  - per utrumque scilicet evacuationes et diversiones ut clisteria et suppositoria et similia

- Universalis evacuatio precedit particularem
  - Cum materia non est multum exuberans tunc educatur ab emunctoriis illius membri
  - Cum membrum non recipit quantitate ab aliis membris
  - Cum membrum dans non est forte in dando et recipiens est rarum in recipiendo
  - Cum corpus et membra non sunt posita sub dominio patientis exstitunez in hoc membro

- Complexionum alia
  - Temperata
    - Ad pondus hic non invenitur
    - Ad iustitiam
      - Que consideratur in specie hominis in comparatione aliorum generatorum
      - Que consideratur in homine individuo temperatissimo et in sua etate temperatori comparatione aliorum hominum
      - Que consideratur in homine genere in regione sibi conveniente comparatione aliorum regionum
      - Que consideratur in homine genere in regione temperatissima que sibi convenit comparatione aliorum hominum in aliis regionibus
      - Que consideratur in homine singulari quantitate quoad ? designata et quantitate comparatione aliorum
      - Que consideratur in homine individuo quantitatem quoad temperatissima et hec est sibi quantitate designatam quantitatem comparatione non quantitatis temperata sed sibi quantitate // quantitatum
      - Que consideratur in specie membrorum quantitatum quoad ? maxime designata comparatione non-
      - Que consideratur in membro singulari quantitate complexionum temperatissima et hec sibi quantitate comparatione aliorum non quantitatum temperatam licet eis quantitate
  - distemperata
    - Simplex
      - Calida
      - frigida
      - Sicca
      - humida
    - Composita
      - Calida et humida
      - Calida et sicca
      - frigida et humida
      - frigida et sicca

- Cibus
  - In pueris
    - Conservat
    - restaurat
    - augmentat
  - In iuvenibus
    - Conservat
    - Restaurat
  - In senibus
    - Conservat plegando non restaurat nec augmentat



Et est virtus motiva in corde que vocatur eletiva alinespra per quam movetur animal ad appetendum rem vel fugiendum ab ea

Virtus est potentia membris insensibiliter sita vel virtus est habitus operationis in membris constituta ad id quod efficitur. Vel aliter virtus naturalis est que a natura cordi insita est cuius fundamentum est in operatione. Spiritualis virtus sive vitalis est que primum ab anima post a natura inest cuius fundamentum est in corpore. Animalis virtus est que a sola anima procedit cuius fundamentum est cerebrum. Virtus naturalis administrans tantum dicitur que deservit aliis et ei ab aliis non deservitur. Administrata tantum cui deservitur ab aliis et non deservit aliis. Administrans et administrata est que deservit aliis et ei deservitur ab aliis. Operativa est que dilatat cor et arterias et easdem constringit. Operata dicitur quia operatur actum anime ut iram gaudium etc. Principalis enim est que in cerebro plus exercet operationes suas. Sensibilis que sensus operatur. Voluntarie mobilis dicitur que mediantibus nervis toti corpori prestat voluntarium motum. Appetitiva viget per caliditatem et siccitatem. Retentiva per frigiditatem et siccitatem. Digestiva per caliditatem et humiditatem. Expulsiva per frigiditatem et humiditatem. Sola generativa est que complementum efficiat generationis. Pascitiva nutrimentum dat ipsi vite. Nutritiva in longum latum dilatans. Immutativa nutrimentum immutat in membrorum speciem. Informativa formam membrorum distribuit. Assimilativa membris membra assimilat. Continuativa grandia grauat ut volas manuum pedumque. Perforativa poros perforat ut aures et nares. Exasperativa exasperata exasperat ut interiora stomachi et similia. Lenificativa lenificat ut in canalibus pulmonis et similibus. Fantastica operatur in ymaginationem cuius sedes est in anteriori capite. Memorialis memoriam operatur cuius sedes est in occipite. Rationalis operatur discretionem cuius sedes est in sinciput. Visibilis que visum operatur. Audibilis auditum. Odorabilis odoratum. Gustabilis gustum. Tangibilis que tactum corporis administrat. Visus est sensus colorum figurarum quantitatum calidi frigidi mollis et duri, grossi et levis, asperi et levis, doloris et delectationis distinctivus.

Spiritus
- naturalis
- vitalis
- animalis

Naturalis spiritus est motus virtutis ad instrumentum naturalis virtuti ad suas peragendas operationes cuius generatio est in epate. Spiritus vitalis est instrumentum virtutis vitalis ad suas explendas operationes qui generatur ex naturali in corde. Spiritus animalis est motus virtutis ad suas peragendas operationes.

Avicennis 2o col. cao xto de iuvamentis dicit virtus ymaginativa est in parte anteriori cerebri et cogitativa et extimativa sunt in parte media et rememorabilis et conservativa que sunt in parte posteriori. Et dicit virtus ymaginativa stat in prora cerebri et illa est que retinet figuras rei postquam separata est a sensu. Sed cogitativa plus manifesta in camera media et per hanc virtutem cogitat homo in rebus quibus proveniunt cogitationes et electiones quousque apprehendit quod conveniens est et postea non invenitur hec virtus nisi in homine. Et animali bruto concessa sunt extimativa loco istius. Et locus rememorabilis et conservative est puppis sive posterior pars capitis et inter conservativam et rememorabilem non est differentia nisi quod conservativa est conservatio continua et rememorativa est conservatio incepta. Et differentia que est inter conservativam et rememorabilem et ymaginativam est quia ymaginativa probat aliis figuras rei sensate postquam privata est a sensibus quare non est sensus. Et virtus conservativa et rememorabilis non sunt nisi ad conservandum et ad faciendum reverti apprehensionem illius figure et ex hoc apparet quod sunt magis spirituales quam ymaginativa et concavitates camere cerebri in quibus complentur operationes istarum virtutum radicaliter sunt in corde secundum medicos sed quia manifesta ibi earum operatio et iste virtutes laborant cum calore innato et calor innatus venit a corde

Rerum autem que fiunt et possunt fieri et habent causas determinatas aut ordinem Aut fiunt per naturam Aut per voluntatem que vero fiunt preter istos duos modos non habent causas determinatas neque ordinem et dicuntur fieri per accidens sive a casu Et propter hoc de hiis que fiunt accidentaliter sive a casu non habetur sciencia Cum tamen non habeat nisi estimationem De hiis vero que per naturam aut voluntatem fiunt sciencia habetur veridica Cum causas habeant determinatas Et scientia de rebus terminatis et finitis Et est primum et causa sciendi causarum rerum ex parte sciendi est intellectus seu anima rationalis ut scriptum est in fine libri sexti methaphisice Et in libro de sensu et sensato Capitulo de sompno et vigilia Dicamus ergo quod individuorum substancie quedam sunt individua substanciarum simplicium Et que sunt individua substanciarum compositarum similiter et de accidentibus Videns hoc et considerans quod primum et causa cum rerum ex parte sciendi erat anima rationalis ut scriptum est Disposui in mente illud quod reclusum erat in anima et acquisitum longo tempore per usum laudabilem in operatione medicinali in scriptis reducere Et etiam propter quorumdam instanciam domini ruffini prioris sancti ambrosii de placencia et fratrum Et amore cuiusdam mei filii qui leonardus vocatur quem ad professionem artis medicine inducere proposui Cum propter utilitatem quam presentes et posteriores ex presenti opere poterunt consequi Volui quod reclusum erat in anima et acquisitum ex longo tempore ne post meum non esse evanesceret absque communi utilitate Dividam hoc opus in sex partes et preponam unicuique parti propria capitula ut quod inquiretur possit facilius inveniri Et cum hoc in unoquoque capitulo uniuscuiusque partis ponam primo egritudinis nominationem secundo materiam tercio signa significancia super egritudine et causas Post hoc ponam curam breviter penes physicorum dicta postremo ultima de hiis dicam que sunt apud me visitata per usum et operationem In quibus si recte fiant velim non invenies deceptionem Nec mireris aliquis si de eo quod pertinet ad operationem manualem nil in hoc opere tangetur Iam excusatus sum de hoc quia feci alium librum in quo de hiis que pertinent seu cirurgiam secundum meam possibilitatem complete determinavi Sed antequam accedam ad principale propositum faciam quoddam capitulum generale admonitorium In quo tangam de omnibus que pertinent ad honorem et laudem cum medicorum desideratam utilitate et bonum finem ex operatione medicinali Supplico creatori ut in me per suam inestimabilem graciam infundat huius operis complementum Primus liber erit de omnibus infirmitatibus a capite usque ad pedes appropriatis membris Et ponam cum hoc in principio huius primi libri quoddam capitulum de conservatione sanitatis ut per hoc cum egritudinum curatio manifestior et evidencior appareat Secundus erit de febribus et de hiis que sunt necessaria in consideratione curationis febrium Tercius erit de decoratione et veneris Quartus erit antidotarius In quo dicam de medicinis simplicibus et compositis utilibus et necessariis ad omnium infirmitatum curationem

Capitulum generale admonitorium in quo determinatur de rebus que pertinent ad honorem et laudem cum utilitate et fine bono medicinalis operationis Et erunt admoniciones Sex

In hoc omnes sapientes conveniunt quod medicus Cum primo accedit ad infirmum cuiuscumque temporis sit infirmitas debet uti deliberatione et inquisitione super naturam et consuetudinem infirmi In cibi re utpote appellatione et similibus et appetitu In pulsu vero debet medicus cum maxima instancia et conatu quo ad laycos considerare Sic in veritate ignorare non convenit Astute tange pulsum infirmi cum quiete et gravis Et est bonum videri ut medicus sit intentus de hac re Nam omnia talia de medico hominibus fidem faciunt quod est valde utilis in conveniendi operi medicinali Et per istud astantes bonam habent presumptionem de medico Et in quibus rebus infirmus delectatur hora sanitatis Inquire convenit est et de sompno vigilia et similibus Et cum hoc deliberatione inquirere debet de infirmitate et eius causa seu causis Et hoc per considerationem Et superfluitatibus egredientibus sputo urina et sudore Et per narrationem et astancium similiter Et per horas vel horam etiam maioris molestationis et quietis Nam talis inquisitio cum deliberatione reddit medicum auctenticum et scientem inter laycos et amicos infirmi Et facit de se et sciencia sua per talem inquisitionem fidem infirmo et astantibus similiter Et si ipse debilis aut prope ipse sit et per hoc confortatur mens infirmi super eius operatione Et fit operatio medicinarum nobilior Et confortatur in tantum anima infirmi per hanc fidem et ymaginationem quod operatur contra infirmitatem fortius et nobilius et subtilius quam faciat medicus cum instrumentis et medicinis Conveniens secundum est ut in omni infirmitate prenosticatione utaris per rememorationem preteriti et considerationem pulsus seu demonstrationem enunciando de futuris astantibus Amicis infirmi ea que videntur magis prope veritatem ut non credatis de te ut sis causa mortis eius quam sis causa salutis eius qui salvatur Nam talis narratio medicum extollit et famam eius multiplicat cum honore et utilitate Nullo modo presumas coram infirmo nec ipso audiente aliquid debilitate de eius narrare proferre Nec aliquid mali de eo et si de eius salute fueris desperatus quia medico semper convenit infirmo salutem promittere ut ymaginatio bone dispositionis et salutis firma in infirmi anima remaneat Nam talis firmitas de salute operatione medici innuat in omni re Et effectus medicinarum contra morbos et infirmitates melior et nobilior recipitur Amicis vero et servientibus infirmi totam veritatem exponas de eo quod tibi per signa notorium fuerit et omnis suspicio si infirmus

Ad malum queretur a mentibus amicorum infirmi
per tuam bonam et veram narracionem tollatur Non
delectetur sapiens in laudibus stultorum Nam per hoc
indicaret si in talibus delectaretur ut stultorum
habet familiaritatem quod inconveniens est et inhones-
tum Unde dicitur stultorum laus dedecus est
Cum laycis habere familiaritatem non placet
quia layci semper detrahunt sapientibus, familia-
ritas parit contemptum Et etiam inhonestum et
indecens est coram infirmo et laycis de causis in-
firmitatis et operacionibus disputando determinare
Nam ex isto modo inquisicionis layci tamquam vita-
tem ignorantes et veritatis causas sapientem
deprimunt et ignorans multociens ab eisdem pro phi-
sico reputatur Melius et decencius videtur ut omnis
inquisicio cum altero et socio fiat in secreto Ne
layci cum amicis infirmi causas discordie seu
controversie operatores huius artis dicere possint
se comode invenisse Nam omnes layci propter
discordiam receptam inter medicos plurimum ser-
monibus et aliqua inquisicione tenacem et cer-
titudinem artem medicinalem reputant variam
Et dicunt medicos non racionabiliter contra
certitudines sed ut plurimum casualiter operari
Et hoc non est nisi quia unus ignorancia ve-
ritatem in arte medicinali minime non ignoran-
tem excedere consuevit Humilis placacio et de-
pressa et in alto spacio et specialiter coram lay-
cis reddit medicum seu hominem sapientem
Nam taciturnitas cum humilitate et facie de-
pressa in qua videatur cogitacio cum solli-
citudine facit fidem hominibus ut in mente
humilis vel taciturnis sint clausae sapiencie sic in
quo posset veritatem a dubiis si placet
enucleare Etiam si in tali concitacio veritatis
nunquam reperitur In multiloquio peccatum non
deest Et in silencio non cadit reprehensio
pravae locucionis Ergo silencium utile videtur
in omnibus Nisi fuerit viciosum et damnabile
seu reprehensibile Cum ex eo sequitur propter illud
bone vel ydonee operis narratio perveniret No-
tibi placeant sermones cum familiaribus in-
firmi multiplicare Nisi fuerint necessarii ad opera-
cionem quam intendis nec sis ausus cum mulie-
ribus de domo secreta coram infirmo tracta-
re cuiuscumque conditionis sit mulier Nam posset in-
nasci suspicio in mente infirmi vel amicorum
eiusdem que tuam racionabilem vituperaret operacionem
et famam tuam bonam deprimeret absque causa et malam
inter homines caritate faceret revolare Modestie ab
omnibus quibus hominibus quamvis displicere solent delec-
tabile est Et ad sapientem pertinet facere ca-
ristia de se Et petere optimum solarium de quolibet
operacione medicinali Aliquando per causa vi-
sionis secretorum et verecundie non erit malum Et ne per
cunitatem non cum facie elevata Et inducemur
monstrantibus honestate et videri non curare de
seculo Et observare leges hominum Et asserere

quod civitati placere solet et hominibus amicabile Nam
quamvis istorum non est inconveniens nec inutile ymmo
talia omnia reddunt hominem autenticum medicum
Et a vulgo reputabitur pro sapiente Et maxime
si eius operaciones inter vulgares fuerint racio-
nabiliter comprobate Sanum et bonum consilium est
valde ut infirmum non visites nisi vocatus fueris
quia ex tali visitacione reddis te suspectum et
insipientem Et perit in te fides infirmi de
curacione sue infirmitatis de qua fide multum
scripsimus superius et evanescit in te ubi in porcione
in prologo pronosticorum Ubi dicit quod quum infirmus
cognoscit se per medicum committit se cum fide in
manibus eius Et sit per hoc finis operacionis me-
dicinalis laudabilis Et super hoc vero dicit Gal.
quod ille medicus plures sanat egritudines de quo
plures egri confidunt Et ille a quibus minus confi-
dunt et sanat de quo egri minus confidunt Per hanc
enim tuam visitacionem iam habes quod infirmus per
fidem quam habet de te non se committit in manibus
tuis Sed pocius tu te committis in manibus suis
Et sic eius fides volvitur in contrarium tuc in terror
Et ex hoc accidet vicium prenominatum de non fide
de quo multum diximus Et quod deterius est Non
eris amplius ausus de labore corporis premium
petere vel locum Iam enim ex tua visitacione absque
peticione facta de labore corporis ab infirmo
premium recepisti Monstrasti te esse per hoc con-
tentum si infirmus se visitari permitteret Item
aut infirmus fuerat notus tuus et amicus ante
infirmitatem vel non Si tuus fuerat notus vel
amicus Et te vocare ad suam visitacionem noluit
Iam signum habes quod propter ignoranciam veritatis
quam cognoscit in te sunt propter vicium vel vicia
recepta circa te tua ei non placet in infirmitate
presenti habere familiaritatem Si vero tuus non fuerat
amicus seu notus sola visitacio non petita te
suspicium reddere valuit quia si infirmi dispo-
sicio melius queretur infirmus diceret cum amicis
tuam operacionem casualem fuisse Si autem ad deterius
vel ad mortem alteraretur Non dubitarent amici
infirmi te ex aliqua causa hoc fecisse sive verum sit
sive falsum Ergo visitacio infirmi non petita
inutilis videtur mala indecens et non facienda
Etiam si frater sit infirmus vel alterius
maioris gradus dummodo in infirmitate infir-
mus ex impetu infirmitatis ut in apoplexia
et similibus virtute eligendi et racionem non amisisset
In tali vero casu hanc regulam et documentum hoc
inter amicos familiares et pauperes locum habere
non dicimus Nullus medicorum desiderancium honore
et laudem ex arte medicinali et specialiter operatiua
presumat dare alicui homini sive fuerit suus amicus
vel notus seu non Medicinam opiatam in qua
periculum reperitur Vel stupefactivam venenosam
seu acutam in summo seu abortum facientem
seu pregnatorum impedientem sub aliqua specie boni
vel malicie nisi prius fuerit et specialiter cum

tum remedio conte ad illam medicinam nec quod sinis-
tri accidere posset nisi de quantitate eius exhibicionis in
multis expertus fuerit Nam per exhibicionem talium et
consimilium posset medicus recipientem reducere ad in-
teritum vel malum esse de quo vicio et interitu seu
periculo personaliter puniretur vel deceret puniri quo-
niam alicui pena corporale non sufficeret in mortali
pena etiam non excusaretur Et quia valde ingnium
et periculosum existet posset fama homicidii vel de-
pravacionis de eo inter volgares currere cum effectu
in qua sua vita nullomodo apparetur et esset hoc causa
perpetui mali et pravacionis acquirendi utilia necessaria et
convenientia ad huius seculi vita ducenda Et cum
hoc diceret homines eius habere conversacionem eius
fama depravacionis seu malicie inter cives et volga-
res homines multiplicata sive vera sit sive falsa
Propter hoc quod melius est bonum nomen re preciosa et
de amata Et quod plus est fama volat et fuisset
tam magna quocumque ferratur Oportet etiam convenit
quod nullus homo per se perfecte sit venire ad artes
operativas seu consideratinas nisi cum continuitate corporis
et posterioris melioris in quo dictualiter audire
debet causas et principia et universales regulas artis et vo-
bula artis propria et modos loquendi et disputandi cum
alto si fuerit natura Et per ista viam et modum
quilibet scienter sit venire ad artem operativam in
scientia propria / Idque cum pervenerit et veritate opera-
tionis et in usum et rem in libro sicut in isto
determinatam invenerit quomodo absque dubitacione
in subiecto proprio per ulterius scientiam poterit operari de-
terminato / Alii vero minime quibus in subiecto nobili
humano operari presumat

Capitulum primum primi libri in quo determinatur de conservacione sanitatis a die concepcionis usque ad ultimum vite senii

[pa] Determinare aliquid de eo quod pertinet ad preg-
nacionem est utile in hoc capitulo Et cum hoc
dicta de hiis que sunt necessaria et utilia tempore
concepcionis ne aborsum incurrant convenienter
In hoc convenerunt omnes physici et antiqui medici quod
extrema dum sex rerum non naturalium sive necessariarum prepa-
rant pregnantem ad aborsum utique extremitas aeris
propter nimiam caliditatem vel frigiditatem et quietis et motus
cibi et potus sompni et vigilie inanitionis et reple-
tionis Et accidentium anime Et propter hoc almansor libro
quarto capitulo de regimine pregnantis Et Avicenna confirmat
illud libro 3o capitulo de aborsu et capitulo de regimine ubi
pregnantis Et pregnans debet sibi cavere cum magna
diligencia Ne se exponat longo tempore ad solem
Et caveat propter asperitatem aeris frigidum nimis vel calidum
et frigidum propter mortificacionem et destruccionem naturalis
caliditatis membrorum Calidum quia dissolvit
humiditatem naturalem membrorum et virtute animale
sive spiritualem destruit et pregnantem cogit ad

frequenciam anhelitus que sunt super debilitate totius
corporis ubi Et per has vias preparat pregnacionem
ad aborsum Dicunt enim ibidem in eisdem locis quod preg-
nans abstineat a superfluo motu et quiete In
motu quia superfluus motus dissolvit et calefacit
nimis et dissolvendo cum calefaccione debilitat
et frequencia inducit in anhelitum et per consequens sincopi
Et quia nimis etiam fortis motus movet humores
in corpore pregnantis et in vndacionem inducit ut vo-
lunt ypocras in libro particula amphorismorum ubi dicit / declarat
aut navigacio cum motus corpora perturbat Et sic
preparat per istam viam pregnantem ad aborsum In
nimia quiete est abstinere convenit quia quies longa
vel acuta impedit consumpcionem superfluitatum et
congregantur superfluitates in corpore pregnantis
et multiplicantur ex multiplicacione quietis que cum
non perfecte possunt regi et a natura gubernari
mollificant ligamenta quibus fetus alligatur
matrici Et cum hoc sunt causa multarum egritudinum
et preparant pregnantem ad aborsum Utatur ergo temperata
quiete et motu et tamen magis multiplicet quietem
usque ad tempus partus hora vero partus vel
hiis temporibus utatur magis motu quia facit ad
facilem partum et facilem exitum fetus ad lucem
Utatur ut dicunt idem physici cibis pregnans
subtilibus et temperatis generantibus bonorum humorum
ac repercussis nausee et fastidii et corroboran-
tibus os stomachi sicut sunt carnes edi et gallinarum
et perdicum De vino boni odoris parum bibat quod
temperate sit aquatum vel de vino nigro claro vel
rubeo ut dicit A autem et ypocras 3o libro capitulo de
regimine pregnantis in ubi Non replecatur vna hora
cibo et potu sed multotiens in die potius comedere
debet Nam multitudo cibi et potus stomachum
gravat et maturre comprimit et impedit contrahendo
dyafragma Et propter hoc inspissat anhelitum
et addit in debilitate et propter hoc preparat ad ab-
orsum Non sumat modo aliquo cibos habentes
amaritudine et acuitate ut sunt cappares et
lupini et olive immature et sisamum et similia Vitare
debet provocativa menstrua et urinam sicut tricca
apium et fasoli et sic ruta et similia Si autem
habet appetitum defectum vel debilem seu de-
structum vel corruptum ut appetet carbones
lutum Curat rone appetitus defectum vel debilitati
de rebus habentibus acredine ut sunt cepe
sinapis et nasturcium cum aliquantulo aceti et similia
rone appetitus mendosi scilicet cum appetit carbones
aut lutum sumat ieiuno stomacho citonia et pira
et similia et rob vel succum de fructibus acetosis
et stipticis Cum quibus admisceatur parum
de croco vel ligni aloes mastice Olibanum quod mas-
ticat et sumat electuarium de margaritis
ante comestionem vel etiam post vel electuarium de
cardamomo Troci de ligno aloes sic fiunt

℞ mastic cardamomi olibani ros rubear galange nuc. m. gariofilorum an ʒ s. ligni aloes an ʒ i. salis ʒ i. macis ʒ s. fiant trociscj cum vino rubeo claro sit unus quisque ʒ i. sumat an prandium vel an cenam cum vino nigro claro vel rubeo et cum ℥ i syrupi ros. Electuarium de margaritis sic fit ℞ ab auic. in li° 2° tra° de obi. regimine pregnantis ℞ margaritarum non perforatarum an ʒ i. ʒʒ mastic. an ʒ x. zedoarie doronici seminis apii cassie cardamomi nuc. muscate cinamomi an ʒ ij. been al. et rubei piperis macropiperis an ʒ iij cinamomi an ʒ v. zuccari lb x dos eius est ʒ s. his in die an cenam et an prandium Electuarium de cardamomo ponemus in antidotario. Sompnum prolonget tempore impregnationis plus vigilijs quia sompnus confortat humiditatem naturalem et reparat spiritus deperditos in vigilijs utrumque cius dissimilium. Sompnus et quies animalium virtutum cum intensione naturalium virgilie operatur huiores equant et prestant bonitatem nature quia disponunt membra et virtutes ad expulsionem superfluitatum generatarum in sompno in quo est tempus digestionis excitando calorem naturale equaliter in membris superfluus sompnus multiplicat humiditates in corpore pregnantis innaturales ex multiplicatione quarum diuerse species infirmitatum gignuntur multotiens et fiunt tales infirmitates tamen aborsus. Sed vigilie intemperate et superflue corpus exiccant et extinguunt virtutes totaliter et totum corpus et prestant per istam viam tamen propriam aborsus. Sumopere custodienda est quelibet pregnans a repletione nimia pessima et mala ut scripsit ipo. prima particula amphorismorum et fallaces sunt repletiones que sunt in ultimo sine repletiones fuerint quantitatis et hee repletiones dicuntur quo ad vasa siue qualitatiue fuerint et hee dicuntur repletiones quo ad virtutem. Nam tales repletiones dant manifestam causam aborsus. Nam quantitatis calorem extinguunt. Et qualitatis virtutes naturales debilitant et corrumpunt. Ubi inanitionem abstinentia queritur quia omnibus in initio et maxime si superflua fuerit diminuit virtutem et subtrahit fetus et calorem naturalem et spiritus. Et per istam viam virtutes naturales pregnantis debilitantur que digerunt nutrimentum fetus et fit hoc causa aborsus multotiens vel fit causa debilitatis fetus quod est signum aborsus futuri ut scribit ipo. 5a particula amphorismorum Mulieri in utero habenti si venter multum fluat periculum est aborciendi. Et in alio amphorismo ubi dicit Si lac multum fluat a mammillis est fetum debilem esse. In hoc tamen casu et A qui timentis aborsus tra° de conseruatione corporis et cautela aborsus. Si pregnans incurrat nimia lubricitate matricis ex genesis humiditatis tunc preparentur clisteria lenitiva cum a fetus et prouocatiua urinam et clisteria mundificatiua mulieris. Et purgetur cum pillulis fetidis et yera gal. Clisterio

A bonum ad hoc sic fit ℞ semine acetosi seniscitri annueti cabille rute tribuli fenugreci an m. i. decoquantur in iij lb aque donec consumatur medietas et sumat de ea ℥ x. et media lb olei dolci sisami ℥ ij vel vel de cabilla clisteriza ipsam cum anteriorum diebus et fiat clistere cum oleo de cerasis colloquintide vel oleo de lilio et fit .. lb s. Nam ista adiuuat ne aborsus fiat peccato humiditatis vel ventositatis. A coitu et balneo pregnanti expedit abstinere. Nam coitus propter turbationem quam facit in humoribus et propter commotionem venis et spirituum in actu coeundi mouendo fortiter coticlidones quibus fetus alligatur matrici preparat ad aborsum. In fine vero impregnationis cum appropinquat hora partus tunc coitus cum dilatet os uulue et ipsam humidam reddat non est sic in quietus immo confert. Balneum vero usque ad horam partus non est quietus cum sua humiditate actuali mollificat et relaxet loca matricis et aperiat os eius caliditate actuali cum humido et faciat et spiritus et calorem exalare debilitando per ista viam preparat ad aborsum. In fine vero ut hora et diebus partus humectatio sua actuali partum efficit leniorem. Attendendum et hoc quod omnia que mouent matricem cum suauitate et calor corporis pregnantis sicut sternutatio cum elebo al. et pipere et similibus et sicut hora doloris suauiter ambulare per domum partum alleuiat et abbreuiat. Similiter omnia que mollificant os uulue et matricis et que adducunt in dilatationem ligamentorum fetus hoc partus doloris et diebus propinquis partui sic et balneum aque dulcis tepide sicut sunt unctiones que fiunt circa os uulue et in ipso ore matricis et circa renes cum oleo de cabilla et de aneto et de muscilagine maluauisci et fenugreci et seminis lini et ungento de pinguedinibus quod ponemus in antidotario. Et ungento de resina alba quod faciemus simile partum alleuiat et ipsum facile consueuerit facit. bonum est ut pregnans delectetur gaudeat et utatur hijs que ad hoc faciunt ut cantilenis et instrumentis musicalibus. Nam ista confortant naturam calorem et spiritus et adducunt in nutrimentum fetus et cerebrorum eius. Sumopere abstineat ab ira tristitia pallititudine et fletu. Nam affligunt naturam pregnantis et excitant humiditatem naturalem et preparant natura ad aborsum et expellunt calorem naturalem et spiritus. hora vero partus obstetrix et ungere debet ylia renes et ventrem et uulua et inguina cum oleis et ungentis dictis et alijs que dicemus cum determinabimus de hijs que facile partum efficiunt. Et de hijs que educunt secundinam et fetum mortuum. Et ponat de eisdem cum manu intra uulua et faciat obstetrix parturiente sedere cum clunis et per domum vel cameram ambulare suauiter

et elevet ilia et renes cum manu suaviter premat et
faciat parturientem sedere cum cruribus extensis
et postea detrahat crura et coxas deorsum se et utatur
balneo ut dictum est ante horam partus per dies plures Si
autem in partu propter dolorem debilitetur mulier con-
fortetur cum vino odorifero brodio galline pinguis et
brodio ex carnibus edi et vitellis ovorum Si vero
partus esset durus vel tardaretur fiat in potu cum
vino calido decoctionis rute vini tres ℥ de mirra
vel ʒ ii sucei rute cum vino calido Si vero me-
dicinas sumere non posset fiat suffumigium cum em-
brotro ex mirra et pelle vaccino et castoreo et sa-
mina (?) [illegible] et sulphure et similibus Si vero
adhuc magis tardaretur partus fiat fermentatio
cum rebus dictis superius Si vero secundina non exie-
rit vel sanguis menstruus in quantitate debita fi-
ant medicine quas in capitulo de hiis que educunt
secundinam et fetum mortuum diximus Si autem sanguis
menstruus nimis fluxerit constringatur ut diximus
in capitulo de constrictione menstruorum Ante
nativitatem infantis si est possibile eligatur nutrix
vel post nativitatem que sit iuvenis stature mediocris
Et eius color sit albus mixtus rubeo Et eius ma-
mille sint magne et pectus magnum et amplum a
suo partu per menses duos vel tres quia ante hoc
tempus lac non est bene purificatum vel diges-
tum propter tamen ista lac parturientis de novo ante
tempus dictum non est querenda ad lactandum Omnino
sit abstinens a coitu quia coitus sanguinem contur-
bat et permiscet et facit inde lac malum et cor-
ruptum Dicit Avicenna primo libro capitulo de regimine
lactationis Nec sit mulier pregnans nec menstru-
ata Nam hec omnia corrumpunt lac et faciunt ipsum
malum Omnino nutrix abstineat a rebus acutis ut
sunt cepe allia et ab acetosis et stipticis et a
pipere et a similibus et a vino acuto et forti non
limphato Summo studio caveat sibi a comesti-
one apii quia elevat vapores de proprietate ad
caput ut dicunt physici et faciunt pueros incurrere
epilensiam Ruta et eruca abstineat quia mi-
nuunt lac et provocant menstrua et turbant sangu-
inem et permiscent Nutrix debet ex cibis bonis
et temperatis et carnibus vel edi et arietis annalis
et castrati et carnibus pullorum et gallinarum et per-
dicum et fasianorum et vitulorum trium vel iiii^or mensi-
um et vitellis ovorum et lacte caprino calido con-
dito cum zucaro et similibus Sed vinum eius esse debet
album non acutum nec forte sed bene limphatum
Si ipsa mulier incurrerit infirmitates removeatur
a lactatione et curetur ut diximus in curatione (?)
partium secundum primo 2o et 3o libro Et propter
hoc si deficeret ex aliqua causa in lacte nutriatur bis
in die ex cibariis factis ex farina fabarum (?)
frumenti et avene coctis et factis cum lacte
et aqua carnium pullorum castrati et edi et fiat

vinum dulce et clarum cum aliqua quantitate aque Stati-
tim cum infans a tenebris ad lucem exierit recipiat
ipsum obstetrix suaviter propter quod aliquod membrum du-
plicetur vel torqueatur Si exitus fuerit naturalis quia
in exitu naturali fetus exit facie inclinata versus
terram et manibus extensis secundum longum Omnes
alii exitus sunt preter intencionem nature In quibus
obstetrix debet manibus laborare ut ad exi-
tum vel partum naturalem reducantur Cum vero
ipsum manibus receperit debet umbilicum firmiter
ligare cum filo de lana vel de bombice vel
de alia re triplicato et bene torto et absque dolore
et post precidatur cum forpice vel cum rasorio
prope secundum longitudinem palmi vel circa Et
ponatur super umbilicum pecia infusa in oleo
vel oleo rosato calido ut dolor incisionis
removeatur et locus quiescat et post ligaturam inci-
sionis statim secundum sententiam Avicenne infans debet
ablui cum aqua salis vel salsa ut sordicies pollu-
ticie (?) et melius removeatur et ut res asperas et dure
calide et frigide non sit infanti ledant Cuius
hoc sit frigida Avicenna vero observatur ablue de aqua
salsa in urina quarta Sed loco eius sit aliqua fricatio
cum panno lineo/ primo istam ablucionem cum aqua
salsa vel fricationem volunt omnes physici quod ab-
luatur infans calide vel balneetur in aqua dulci Et
in exitu balnei ponatur iterum pecia super um-
bilicum infusa in oleo vel oleo rosato calido propter
dictam causam et tunc recipiatur infans in lin-
theo albo habente quandam asperitatem (?) cum mollicie
vel in pecia munda alba lini et sit talis quod
totum infantem comprehendere possit tunc aliquod
corpus linthei ponatur sub qualibet assella et inter
coxas et testiculos Et cum hoc obstetrix
componat aures secundum formam et situm debitum et
formet et situet unumquodque membrorum secundum formam
et situm naturalem et mundet nares a superfluitate
omni die bis vel ter vel pluries secundum quod fuerit
necesse (?) et genus et fascietur cum una binda decenter
ponendo brachia extensa circa latera et
crura et coxas extensas secundum longitudinem
Et cum fasciatus fuerit moveantur crura et
pedes versus nates ut preparet illa membra
ad motum et tunc ponat ipsum in cuna Et
elevet caput eius Et ipsum defendat a ca-
lore et frigore et tunc movendo cunam nu-
trix cantilenas et voces emittat delecta-
biles ut anima infantis confortetur et sic
metuit (?) in bono etc. et statu et quiescit ad
sompnum propter post Et semper sompnus cum tempore
excitacionis super vigilias multiplicetur
Cooperiat oculos ut splendorem solis et aeris
non videat quia nimia claritas et splendor

acris infantibus facit strabositatem Et corrupcio-
tura oculorum fit ex pannis habentibus colores viri-
des virides et nigros et varios ut oculi confor-
tentur et firmentur in aspectu diversorum Cum baluca-
tione in die comprimatur aliquantulum vesica ut li-
berius exeat urina et tangatur anus ab obstetrice
multociens in die cum digito minimo intincto oleo
ut superfluitates intestinorum liberius et melius et levius
exeant absque dolore et impedimento Postquam in-
fans 3 vel 4 dies transiverit in quibus
umbilicum cadere consuevit ponatur super umbilico
ut fortius siccetur pulvis qui fit ex sang. dra. mir-
ra et mumia aliqualiter et equaliter et hoc omni die
usque ad septem balneetur bis in die vel ter Et
sit aqua balnei in estate minus quam tepida et in hieme
plus quam tepida laventur ter vel quater in die
in principio nativitatis et in omni balneo tangantur omnia mem-
bra et formentur et stringantur secundum naturalem cursum
Et purgentur superfluitates a membris et na-
ture totius per ut naturam Si vero ante quartum mensem
incurrerit dolorem ventris vel fletum nimium
propter nimiam attractionem lactis vel raritatem lac-
tis in stomacho Aut propter fortem impulsionem lac-
tis ex compressione mamille in ventrem eius
Sustineatur ei cum fuerit propter nimiam quantitatem lac-
tis attracti cum abstinencia et inunctione stomachi cum
oleo de mastice et similibus et pannis calidis circa
ventrem Secundo procedatur si fuerit propter impetum
expulsionis et compressionis mamille que inducit
ventositatem in stomacho Si vero fletus et dolor
non removetur per istud procedatur contra raritatem quantitatis
dando infanti zuccarum vel mel cum lacte ad sugendum
et vngatur venter infantis cum oleo camomillino in
quo dissolutum sit aliquid coaguli edi vel agni
Si vero ista non conferrent et esset in eo gravitas o-
culorum et sternutacio nasi Et anhelitus eius habet odo-
rem vini et non aperiet oculos tunc scias quod
hoc accidit ex aggregatione vini in intestinis vel in
stomacho quibus in stomacho non generetur Secundo pro quantitate in in-
testinis bene moveatur et inflent stomacum tunc pro-
cedas quod dicemus ut primo libro capitulo de vinibus dictum
Et specialiter potes ipsum circa ventrem et intestina
vngere cum oleo in quo dissolutum sit aloes cum
succo absinthii et aliquantulum aceti Et scias quod
racione infirmitatum premonitarum haec regula secundum
varietatem et loci creationis si eedem infirmitates con-
tingerent ante 4 vel post 4 menses Attendendum
est quod fletus parvus et debilis ploratus et non continue
si fiat per tempus multum ante lactacionem et balneum
non nocet immo valde facit spiritualia et cerebrum et dila-
tat pectus et adiuvat ad mundificandum superflu-
itates contentas in membris Et per hoc addit
in confortationem spirituum et caloris naturalis Sed si multus
et continuus fuerit preparat infantem ad rupturam et
ad raucitatem et ad eminenciam umbilici Si vero in-
fans post menses 4 incurrit pustulas et car-
bones et bothor et similia secundum sententiam

almansoris in libro 6o capitulo de cura earum nutrix
debet ventosari quam si hoc non fit in nostra practica
quamvis a physicis affirmetur Secundo loco ventosa-
tionis balneantur infantes illius temporis in aqua
decoctionis camomille et floris rosarum rubearum Et un-
gantur loca apostemata cum oleo de camomilla et oleo
rosarum mixtis et calidis actu Nutrix vero regimen
cum vino de granatis et farina ordei et lactucis
et cucurbitis usque ad tempus fervoris Postea
faciat ipsam converti ad consuetudinem suam
Dum hac aut considerandum est utrum incurrat
fluxum ventris vel nimiam constipationem Si aut
incurrerit fluxum ventris misceatur cum lacte pul-
verem mirtillorum et san. dra. Et regimen nutricis
cum rebus humidis habentibus stipticitatem de
quibus diximus in capitulo de fluxu ventris Si vero
strictus fuerit eius venter faciat suppositorium
de melle et sale vel de melle et stercore muris
ut dicit Almansor et etiam Avicenna et super ventre
ponatur peciam infusam in aqua decoctionis ab-
sinthii aloes et polii Cum vero incipit infans
dentes emittere inungantur gingive cum butiro
omni die bis ut dolor removeatur et fricentur gingi-
ve aliquando cum grano ordei vel spelte ut levius exeat
Cum vero tempus locutionis affuerit fricetur pa-
latum in lingua in balneo cum sale et melle leviter
et coram eo et cum eo varie et dulce et leves voces
a dulcibus hominibus proferantur Nam hoc adiu-
vat ad melius proferendas voces et meliori mo-
do Et in omni tempore balneationis et lactacionis Caveat
nutrix ne aqua seu lac aurem intrare possit
Et propter hoc bonum est ut hora balneationis semper
obturentur aures infantis cum bombice vel coto-
nio mundo Et post balneationem removeatur Nam
si lac vel aqua aures intraret facit infantem
incurrere tinnitum aurium et finaliter surditatem Cum
autem tempus venerit et hoc erit usque ad medium annum
vel annum in quo possit comedere et masticare mo-
llia detur ei risum coctum cum lacte vel fiat mi-
ca panis infusam in aqua pullorum vel carnem
mollem receptam supra pectus avium vel pullorum
Et faciat ipsum nutrix abstinere posse a vino
Et in potu det ei aquam vel aquam mellis Et si
ipsum a vino abstinere facere non possit det ei vinum
album debile aquosum multum permixtum cum aqua
Non lactetur infans secundum sententiam Avicenne ultra
duos annos Sed in nostra practica post lactari
ad 2 annos et est melius et melius potest fieri ut a lacte
removeatur in principio hiemis vel in principio decembris
et in fine novembris quia tunc non est calor et tempus
autem est minus corruptibile et fiat talis remocio paula-
tim et non subito ne ex subita mutatione in
contrarium consuetis infans infirmetur quia subi-
ta mutatio est dicit Hippocrates in 2a particula regiminis
acutorum Et omnis mutatio que fit subito contra
consuetudinem morbus generat Et 2a particula

amphorismorum 2° in multum et repente cibare aut replere.
Cum autem incepit ambulare non suspendatur manibus
a nutrice ne caput adiutorii spatule exierit de
loco quia ex hoc puer posset incurrere mollificationem
totius brachii et per hoc pervertetur motus. Sed in principio sue
ambulacionis permittatur appodiari ad lignum vel ban-
cham que firma sint et moveatur ipse circa la-
tera ligni vel banche. Et sit semper circa ipsum nu-
trix ne cadet sic paulatim incitetur ad iter tunc circa
et postea successive tam diu quousque per se iter fa-
ciat absque alio. Et cum cepit fatigari et anhelare
spiritus introducatur quies in eo et semper naturam et propterea
comedat. Et utatur in sua comestione de omni
re ut omnia sibi in successu temporis fiant consueta
ut dicit ypo. 2a particula amphorismorum. Oportet enim
ad non consueta per tempus committere ut cum habeat
consuetudinem. Si enim contingeret casus mutacionis
loci aut paupertatis. Et non esset consuetus ad ca-
lidum frigidum molle et durum asperum et leve et ad res
boni et mali saporis quia existens tunc contingeret
cum mutari ad non consueta subito fieret mor-
bosus subito vel moreretur ut dixit ypo. Su-
pius quod omnis mutatio que fit subito contra consuetu-
dinem morbos generat. Cum isto autem regimine et bona
dieta cibi et aque mellis vel vini albi multum lim-
phato puer in omni regione debito modo conservari
in sanitate bona usque ad annos septem. Illa tunc
eius condicio quantum ad mores disciplina et ar-
tes incipiet variari. Convenientius est ut modus conser-
vacionis sanitatis in eo exerceatur. Si autem ter-
ciana vel aliqua incurrerit egritudine in libro 7° usque
ad 1m. Et si egritudo de sanguine posset [illegible] se-
tencia almansoris et Avicenne scarificare ventosa-
ri. Si vero egritudo esset ex alia materia ex aqua decoc-
cionis reubarbari manne et cassie fistule et tamarindorum
ana 3 i de quolibet vel 3 s. Et debet esse colatura totius
3 ii vel 3 i s decoctione poterit mundificari. Et hec
in pueris multotiens meo tempore operati sumus et bene
nobis successit divina gracia interveniente. Cum
vero approximavit ad annos septem requirit aliud
regimen tam ex parte morum quam ex parte nutrimenti
et aliarum rerum usque ad annos x quamvis sit mali
mores malicia complexionis sunt sequentes ita ubi
ex consuetudine accidat mali mores seu ex
conversacione malis hominibus et [illegible] pravos
mores sequitur eos complexionis malicia. Et propter hoc
oportet ut tota tua intencio sit meliorare mores
pueri cum incipit septimum annum intrare quod est principium
electionis. Et ex hoc cum predictum tempus non infor-
metur cum nondum noverit eligere. Et hec apte dixit
aristo. 2° libro phisicorum tractatu de casu et fortuna.
Et propter hoc nichil agit etc. Quia brutum et infans
cum agant absque electione non cadit in eis fortuna.
Cum ergo ad hoc tempus electionis cum conservacione conducta sint
manifeste requirit bonorum morum infectionem ex tunc na-
rata. Nam in principio horum aliorum custodia sani-
tatis et [illegible] sunt existit. Et hec vult Avicenna libro primo

fen 3a capitulo de regimine infancium. Nonne vides quod
ira vehementer calefacit et tristitia exsiccat et infri-
gidat. Et quod pigricia virtutes relaxat [illegible] et conpul-
sione ad [illegible] proprietates inclinat. Ergo ex uni-
tate propter temperamentum morum et eorum equalitate confor-
tatur anima et corporis complexio remanet in bono statu.
Et per hoc totum corpus cum omnibus membris cum unum
alteri conparatur et adiuvet in suis operacionibus et
passionibus huius. Et utile est in conservacione sanitatis
puerorum usque ad annos ix et plus ut a bonis viris
et sapientibus et temperatis bonis moribus informentur
ut vicia et pravi mores in eis locum non habeant. Ne
propter vicia et malos mores in mala convertatur con-
plexio. Nam sicut bona conpulsio sequitur bonos mores
acquisitos ex usu ita mala conpulsio sequitur vicia
et pravos mores acquisitos ex usu. Ergo cum venerit
ad etatem electionis magistro [illegible] et bene morigerato
erit tradendus qui eum informat et doceat. Cum quo
eciam gradatim est [illegible] ne ex subita muta-
cione noceatur [illegible] supra mentem [illegible]. Nec
eciam cogendus est continue cum magistro vel in scolis morari.
Nec inponendus est ei timor magnus vel terribilis
ne ex nimia sollicitudine et timore convertatur in yma-
ginacionis [illegible] corruptorum seu pusillanimitate de
qua [illegible] dicit ypo. particula 6a amphorismorum. Si timor
et pusillanimitas multum tempus perficiunt melancoliam
[illegible]. Regatur cum magistro cum bono modo et ordine
et informetur cum superfluo timore et nimia ira et sol-
licitudine secundum bonis moribus et virtutibus et bonis historiis
et exemplis antiquorum patrum et philosophorum ut ex hoc
acquirat causam consuetudinis bone complexionis cum conposi-
cione usque ad tempus firmacionis membrorum.
Ex parte nutrimenti modus est [illegible] quod cum exci-
tatur a sompno balneandus et fricandus vel pecti-
nandus et confortandus est ad expulsionem stercoris
et urine. Deinde [illegible] per horam unam ut
dicit Avicenna capitulo de regimine puerorum usque ad [illegible]
primo libro. Et post istum primum ludum vel motum
dandum est ei aliquid ad comedendum. Deinde dimi-
ttendus est prolixius ludere vel movere. 2° autem balneare.
Sed tale balneum non fit in [illegible]
volunt illud phisici. Et propter balneum non fit nec
fieri debet in pueris sicut [illegible] ad 8 vel
9 annos pervenerit quemadmodum [illegible] hac etate et
ex consuetudine hoc non requirit in aliqua regione. Sed
loco balnei possunt fieri fricaciones et pec-
tinaciones que multum alleviant caput et membra.
Post vero istas mundificaciones factas ex balneacione
fricacione et pectinacione cibandus est et potandus
ex aqua vel vino debili albo et limphato quia vinum
forte valde vel simplex vinum usque ad annos
ix multum ledit nervos capitis pueri et in-
flamat. Dicit A. libro primo fen 3a de regimine aque
et vini quod vinum dare pueris est sicut ignem igni
addere in lignis debilibus. Senibus vero da [illegible]

tollerare pnt Bene credo tamen ppt fortitudinem
virorum cum ppt debilitatem natam puerorum natorum in re-
gione calida quod illud habeat locum In regione vero
media quam frigida est magis et in qua pueri sunt vigorosiores
et via debiliora quam in calida regione non obseruatur
hoc nec vero ita sit sicut locum ut in calida Et ex hoc
patet in pueris regionis frigide vel declinantis ad frigi-
ditatem dare vinum debile aquosum hora comestionis
Et non bibant pueri neque in calida nec frigida regione
vinum vel aquam mixtam post eorum comestionem quia vinum
quarum istorum facit transire cibum crudum ad epar vel
faciat cibum descendere a stomacho ante perfectam digestionem
Et fit per hoc causa multarum infirmitatum et spatium
fit causa male habitudinis et mali coloris in toto corpore
et facie Cum vero iam ad annos incipiunt et hoc est post x
vel xi annos in quo tempore membra iam incipiunt indu-
rari et humiditas magis distendi / extendi sed morari
dominum cibus exercitium et sperando abcis illud quod eos labo-
rare facit et propter hoc usque ad ultimum adolescentie tempora
to motu et exercicio uti debent Si vero hiis temporibus ali-
quibus incedet infirmitates pueri possunt si cedere
fuerit ex sanguine ut carbunculus et pustule cru-
stae ventosari et scarificari Si vero ex aliis humo-
ribus possunt sterre cum 3 i reubarbari et cum 3 iii aq
decoctionis prunorum mundificari vel cum 3 i vel cum 3
1 s medicaminis de turbith quod sic fit Rx 3 unam
3 iii turbith albi mundati 3 x 3 3 v teratur
et cribrentur Cum abstinencia vero et dieta grava
ad infirmitate similiter regantur Et est quibus et
utile In eorum vero sanitate non regantur pueri
ab eorum comestionibus postquam appetitus affuerit
nisi mendosus repleretur quod facit medicus per
hora in qua ante comedebat et per quantitate assumpta
de cibario in preterito et per anhelitum procedente
ex eructuacione cibi conditi quod significat super
illo quod in stomacho continetur et per quem medicum vere
Nam omnia ista possunt significare super isto
appetitu mendoso aut non mendoso Nam si
tardaretur hora comestionis postquam appetitus ad-
esset et non esset mendosus in stomacho ex defectu
comedendi loco cibi desiderati humores trahentur
a membris ad stomachum et esset attractio causa fetoris
oris et doloris stomachi et multarum infirmitatum
Non moueantur pueri post comestionem in parum
et suauiter sed quiescat et dormiat ut iam cibum
assumptum melius et breuius digerat Hic est modus
regendi eos usque ad annos xv Ultra vero hanc
etatem regantur communiter secundum ordinem que dicetur in
regimine conseruationis sanitatis Duo principaliter re-
quiruntur secundum quemvis ordinacio rerum naturarum ut
corpus in dispositione et in successione etatis remaneat
Et aliud est providere et in signa apparencia super fu-
tura infirmitatem non eueniat et tunc absque forti
Spasmus est de dolore et vulnere fit eo quod dolor debilitate membrorum currunt humores ad locum debilitatum et dolorosum. Et imbibuntur membra loci dolorosi et vulnerati qui cum cerebro continuatur et spina. Et per hoc continuatur passio cum cerebro et radicibus nervorum. Et multiplicatur dolor usque ad partes nervorum. Et imbibuntur et altantur et incurvantur nervi ita ut non dilatentur nec sunt abiles ad motum et fit spasmus. Quare causa istius spasmi vel cuctus eius corporis est vulnus ut apostema quod non possunt removeri a membro nisi post longum tempus. Et spasmus est egritudo mala subito veniens quam natura diu tollerare nequit. Remanet talis spasmus propter naturam sue cause incurabilis et mortalis. Et hoc vult ypo. in particula amphorismorum ubi dicit in vulnere spasmus super veniens mortale. Ex inanitione fit secundum tres modos ut dicit A. libro 3o capitulo de spasmo. Spasmus enim siccus fit aliquando successione febrium adurentium sicut in febribus flegmonosis. Et successione motuum laboriosorum corporalium et animalium sicut sunt vigilie angustie et timor et hic spasmus curatur. Efficitur etiam hic spasmus propterea quod febres faciunt aliquando currere materias in nervos et lacertos. Et propterea tunc corpus est plenum. Et accidit etiam propter cruditatem [illegible] et vomitus removet ipsum. 3o fit spasmus in [illegible] longis temporibus qui exsiccant nervos et lacertos et etiam cerebrum et consumunt humiditates in natales et fit spasmus. Et hic vere dicitur spasmus de inanitione qui est mortalis necessario de quo dicunt physici omnes quod non curatur. Alii vero duo modi qui ab A. vocatur spasmi de inanitione potius sub repletione continetur. Et hoc propter materiam videlicet per causas ipsorum narratas quas in littera posuimus. Et ex eisdem causis fit tetanus ex quibus fit spasmus secundum diversificatur in nomine. Nam proprie dicitur tetanus cum nervi et lacerti ad unam partem tenduntur tam anteriores et posteriores equaliter tenduntur. Sed spasmus non dicitur fieri nisi cum nervi et lacerti ad unam partem tenduntur tamen. Et propter hoc tetanus dicitur fortior et acutior et fieri ex materia fortiori et acutiori quam spasmus ad unam partem eo quod fortius ledit et eius crisis est velocior. Appellatur a quibusdam tetanus [illegible]. Et [illegible] non est nisi spasmus particularis ut in oculo vel palpebra. Et aliquando in toto et differt a spasmo et tetano quia [illegible] qui fit a ventositate grossa dilatante nervos et lacertos. Tetanus et spasmus sunt ut dictum est. Et [illegible] particularis appellatur grafius in nostro ydeomate.

Signa spasmi qui in veritate fit de inanitione sunt quod fit paulatim et successione egritudinum evacuantium et quod sit temporis et longe affliccionis et successione evacuationis per medicinas et post et successione colice passionis et tenditur pulsus ut

torda z fit appet Et antecedunt spasmu et tre-
mor et contractio labiorum z extensio frontis zc

Signa cuius qui fit a repletone sunt q pve-
nit subito z non velocit subintrat in mebris
oleu uel vnguentu nisi ubi esset caliditas addita
aut febris Et pulsus eius invenitur cu latitudie
z mollicie qda Et retencio vrie ult debitum
spasmu fit Et qn in oculis z mebris faciei
apparet contorsio z tensio z saltus z rubor ult
debitu spasmu signt Spasmu aut grtigente
ex apate wlue dolor signt reb ipe z eius ca
Et sciat q vrina e rubea i spasmo cu fe i
pn° Cu aut tetus ma ad caput fit alba cu-
aut fit a vetositate inflatur vet z mltiplicat
ventositas in membris z gmoto z saltus Spas-
mus q fit ve ex inanitone no curatur Et hec iut
Bal sup p° ampho hc ptic q.d. Spasmus ex
elbo mortale Spasmus vo q fit ex successioe
febrium adurencium ut infrenesi z successioe mo-
tuu aialium sic sunt vigi° z similia curatur p
cuatoz mae cgtu ib z p alterato cgtu ib i gtin
Cu spasmus ex ista ca no fiat n° q2 ma acuta
incta cu calidi te extrea ex q inflamatur pt
lede nervos in siccitate z indure spasmu q
ma acuta si emonetur a mebr cu calidi te extrea
pvareutur nervi z lacti ex tali effectu Et p
hoc appet q no de hic spasmus fieri ab inanicoe
nisi p actus Na spasmus q directe fit abinani-
tione no e tlis effetus mae pntis cu qua te ex-
uca pd e exsiccatio nervoz z lactoz adurens
a putrede mae untuctalis z humoralis i qua
longo tpe caliditas extrea cu sicci te uel ca-
liditas p se uel siccitas laboraverit Et fina-
lit p longa acoz nervos z lactos potuerit
exsiccare Ipz mai te quo spasmus d inani-
tone fit paulati z no subito Similit spas-
mus qui fit i motu aialiu cu fiat subito z
no paulati dr fi ab inaniton p actus quia
tales motus ut vigi a z tristi a no directe exsic-
cat s p mo z pn° affligunt vtutes aiales gg
nales vtutes gpaciuntur sz digtiua z nutritia
z similes ex q copassione d strinitur hu-
malis membroz z exsiccantur nervi z lacti
z c fit p actus z hic spasmus Vn pla mu-
taco accntin aic in gtin sz mutaco vigi-
liaz in sompnu z tristicie in gaudiu esset ci
tura Vn ypo 2a ptila ampho Iy motoe
corpis zc Et si cu hec coforteturtoz z ce-
rbru cu electio d musto qd facieq i atido-
tario melius fiet z cet cu brodio carniu
z pulloz z aiu Et vino debili liphato

z cu omnibus rebus impinguantibus corpus curabitur
Et p ista via rete poterit curari si deus voluit
z sua mr glosa in secula bndicta Spasmus aut
qui fit in febribus q liquido mas faciunt cas exc
ad nervos Et fit p tcitate oris stoi in quo e mor-
dicacio et punctio cole erugiose q exsiccat cebz
z replet nervos Curatur p vomitu ut dt Avicen Et
alit curatur p cuatoz mae ligte a febre z p con-
fortacon nervoz q dut in vngi oleo d mixto et
oleo d mastice Na ista olea z vnctones q fiut
ex eis ppat mebra z confortat ne recipiat sup-
fluitates expulsas a mebr alijs Ipz mai te
quo in hoc spasmus dr fieri ab inanicone per
actus Spasmus vo ex repletone p veiens curatur
codmo z cu eisdem rebus gbus curatur applia z paless
ex pte ploie clisterum medicinaz sz pillaz cu yeris
z ex pte sternutacoiu z gargarismatu z fricacoiu
cel ex pte cibi z potus z cauteriou toium rez Et
sciat q cura spasmi no regrat dilacoz ut for-
titudine sui nocumti z nobilitate operacoz membri
lesi Iterum sciedu qt q ul e melius in cura spas-
mi d repletone qm febris si superveniat ut p se
uel cristerio medicinali Vn ypo. cta ptila apho.
A spasmo z tethano habito febris superveniens
solvit egruem Et 2a ptila ampho. z febre in
spasmo melius e fn q2 spasmu in se. Introducitur
febris hoc mo Detur patienti ad bibendum cu vino
decoctionis castorei z ij electuy d anacardis Na
hoc electuariu d ppetate affert se z sudare facit
Et cu hc removet infirmi te z fricationes fortes
cum pano aspo z pulue euforbij introducunt
se z sunt utiles in hc Si aut spasmus q fit a
ventositate fiat in toto uel in parte q a laicis
appellatur gradffus sic curatur pmo fiat fricatos
in toto uel in pte cu oleo d costo uel oleo de
spica z pano aspo z fiat p clistere gs Rx anisi
feni anetos anisi an z 1 centaurce mioris mellilot
sticados aspari an ois 1 coloquintide carcaz lauri
an z 5 pistentur z bulliatur in aq coletur z d illa
colatura accipiatur lb 15 z i illa colatura ponatur
z iij mellis z z iiij oli z z 5 salis z suppanatur te-
pide Nutatur cu renibus tactis z gdentur cu feni semie
anetos z aneti z alioz Bibat vinu acutu in q°
potus aq d cocconis mell anetos feni u dauci anisi
vtatur in cibarijs suis pul. q sit sit Rx piperis z
piperis longi z cardamomi meligete galange zedoarie
zz an z 5 macis croci an z 5 terantur et cribretur
p tethanu intelligitur spasmu ulcm z cura eius
Spasmus vo q fit cu wlue z dolore opnibus dctus sit
incurabilis pt tame ei exhiberi remediu cum
incipit ponendo sup locu dolorosu z wlucatur
ea q removet dolore ut sunt oleu anetinu
calidu z oleu d camomilla z oleu d semie lini Et
emplastrum factum ex semie lini z farina fenugreci
z flore camille z semie aneti z radice malvavisci

quod emplastrum debet coqui cum oleis supradictis et
farina ordei. Et debet esse calidum cum supponitur loco.
Et si per istam viam dolor non sedaretur vel removeretur
ponatur super dolorosum locum aliud quod sic fit. Recipe
olei rosarum ℥ iiii opii ʒ ß iusquiami papaveris al-
bi ana ʒ i corticum mandragore seminis apii ana ʒ ß
terantur cribrentur et misceantur cum predicto oleo et
aliquantulo aceti de quo totus locus dolorosus
ungatur et super unctionem cum isto oleo ponatur em-
plastrum supradictum actu calidum. Et fit per istam viam
curabitur si deus voluerit. Aliter aut nunc. Et
ponatur infirmus quasi totus in balneo aque te-
pide decoctionis rerum intentum in capitulo. Et que
modus curationis est locum in spasmo de inanitione

De diminutione et destructione appetitus

106 Iste modus aut fit ex malicia complexionis
oris stomachi calide vel frigide aut ex aliquo humore
calidorum vel frigidorum qui in ore stomachi colligitur vel
curreret. Aut ex lesione nervorum venientium a cerebro ad
os stomachi. Et fit cum corpore non trahit a stomacho rem plu-
rimam. **Signa** diminutionis et destructionis appetitus
propter complexionem calidam sunt sitis et eructuatio fumo-
sa et fetida et inflatio sensibilis oris stomachi et eius
amaritudo et conferentia ex potu frigido et siccitas
lingue. **Signa** diminutionis appetitus propter frigiditatem
sunt eructuatio acetosa et sensibilis frigiditas in ore
stomachi et abhominatio et levitas et utilitas ex potu
calido. Et viscositas et levitas apparens in lingua et
quod nullo modo sitim patitur. **Signa** eius quod fit ex
materia calida sunt mordicatio oris stomachi et nausea
et sitis cum multa amaritudine. Et quod aliquando evomit
aliquid in modum croci vel in modum vitelli ovi. **Signa**
destructionis appetitus ex materia frigida vel viscosa sunt
nausea que communis est ad istas duas materias vomitus cum ex-
pulsione cibi iam desudati. Et habundantia humi-
ditatis cum saliva in ore et eructuatio acetosa et mala.
Signa eius quod fit ex compassione nervorum venientium a cerebro
ad os stomachi sunt quod patiens non invenit sensum propter me-
dicinas et cibos acutos aut plurimum et sensum et non
accidit ei nausea nec vomitus. **Signa** destructionis
appetitus eo quod corpore non trahit a stomacho rem plurimam
sunt egro aliquando et vidibus. Et quod corpus totum extenuatur
et quod ego est plurime conditionis cum cibus et fluide sibe
Scire debet quod destructio appetitus in cronicis egri-
tudinibus est magna signatio et forcior et maligna
quam remanet rem desudata cum putatur cora eo.
Et hoc vult Rasis libro 3o capitulo de destructione appeti-
tus cum hec in cisis egritudinibus cronicis et longis
mortem significat sicut plurimum et raro evenit appetit.
Cura destructionis appetitus ex complexione ca-
lida absque materia est sumere sepe vinum de granatis aut oxi-
zaccaram seu agrestam vel ribes. Aut succum vel de-
coctionem berberis. Cum aqua frigida estate aut cum aqua
calida yeme seu in fortibus et robustis aceto et coc-
te lactucas endivias portulacas et melones cum
aceto et agresta. Et bibere vinum album mitem lymphatum.
Et cum hec omnia cibaria sua condiantur cum aceto et

agresta sive sint carnes sive aliquid aliud utatur
quiete et non motu et ante comestionem et post. Verum ista suffi-
ciunt in isto casu cum materia non est prius ut peccans.
Cura diminutionis appetitus propter complexionem frigidam absque
materia est ut sumat omni mane ieiuno stomacho et sero cum
vadit dormitum dyaciminum piperis. Aut dyagalangam
mane vel dyarodon seu electuarium de cardamomo et comedat
carnes assatas in veru vel super prunas conditas cum
pipere longo et pipere et croco. Et bibat vinum odoriferum
clarum optimum et boni saporis utatur infirmus moti-
bus ante comestionem ita quod corpus calefiat et laboret mitem
et non dormiat in die propter hoc et deambulet per loca
suavia. **Cura** eius quod debilitatur propter putredinem materie
calide est eadem in omnibus cum illa que fit propter calidi-
tate tamen complexionis in isto casu requiritur mundificatio
materie cum medicina aut per vomitum aut per secessum al-
terationem et digestionem precedente digestio fiat cum oxizaccara
aut cum sirupo acetoso composito ut cum melle rosarum colato
et aqua decoctionis seminum lactucarum vel endivie facta al-
terationem et digestionem purgetur cum aqua de cassia tamarindorum
mane et prunorum. Aut cum decoctione que sic fit. Recipe ren-
barbari ʒ ii terantur et pulverizentur et distemperentur cum ℥ iiii
aque decoctionis fervetur prunorum et tamarindorum et detur ad
diem. Aut fiat vomitus cum aqua calida aque decoctionis seminum
atriplicis et aneti et sirupo acetoso composito et in dicta
alteratione fiat ut debitum est in cura ex calida absque
materia. Et fiat etiam emplastrum super os stomachi tale. Recipe mastices
ʒ iii cere ℥ ß olei rosarum ℥ ii dissolvantur simul et po-
natur super peciam et hec fiat vel spongia cum aceto
et ponatur super stomachum et passus cum isto aliquando poni micea et
esset mitem utile hoc emplastrum in isto casu mitem
confert et excitat appetitum. **Cura** debilitatis
appetitus ex putredine materie frigide contente in stomacho vel in
ore eius est ut dissolvatur materia aut alteretur cum oximelle
composito aut oximelle squillitico mixto cum triplo eius de aqua
calida facta alteratione vel digestione expurgetur cum pillulis fe-
tidis aut cum decoctione que sic fit. Recipe mirabolanorum ke-
bulorum ʒ i ß emblicorum ʒ ß pistentur et coquantur in
lb i aque donec consumpta sit medietas. Coletur et in
colatura illa addatur ℥ ii vel iii zuccari et iterum bul-
liatur et coletur et detur ante diem ℥ iii die et potu per
cedat medicus ut debitum est in cura vero frigiditatis absque
materia et in motu et labore et vigiliis ut dictum
est illic. Super os stomachi ponatur emplastrum tale. Recipe
mirre bdellii mastices ana ʒ ii terantur et pulveri-
zentur et dissolvantur in cazala cum ℥ ii duabus
olei de mastice et ℥ ii olei de spica et ℥ ß cere
et ponatur super peciam et spargatur cum aceto cum
sint frigidum et ponatur super os stomachi. **Cura** eius
que fit propter egritudine veniente a cerebro ad os stomachi
est ut confortetur caput cum rebus odoriferis sicut
est dyamuscum et electuarium de ambra. Et dyamargariton
cum musto. Et abluatur caput sepe cum aqua de-
coctionis absinthii sanie et mellilotis et rosarum et cipi
Odoret continue micea mixta cum claro musto et

cardamo Comedat res assatas et bibat vinum ru-
beum stipticum limphatum Sup os stomachi ponatur em-
plastrum factum in cura debilitatis appetitus propter frigidita-
tem Cura debilitatis appetitus quia epar
non trahit rem plurima et confortetur epar cum vino
odorifero veteri et cibaria calida ut sunt car-
nes assate et elixate condite cum rebus appetentibus
et calefacientibus fit cum pulvere quod sic fit Rx ciclo-
mini ℥ ij piperis lon. ciperi cassie cardamomi gala-
ge gariofili ana ℥ ij croci ʒ v fiat pulvis super epar
ponatur emplastrum quod sic fit Rx sandali ru. ℥ j
ciperi cassie acori rosarum ru. ana ʒ v olei de mastice
olei rosarum ana ℥ ij aceti ℥ v farine or. quantum sufficit
ad inspissandum pulverisata et cribrata mis-
ceantur simul Bibat diacardamomum mane et sero Et
bibat post illud aliquid boni vini odorif-
eri calidi hyeme frigidi estate Bibat sepe diatriasandali ie-
iuno stomacho cum vino et Ponatur vie epatis cum aqua
decoctionis reubarbari et anisi et amomi et cipe-
ri ana ʒ v pistentur et bulliantur in ℔ aqua donec
ad unam redeat et colatur et in illa colatura po-
natur ℥ iiij vel v zuccari et bulliat ad ianulum
et iterum coletur Detur de isto omni mane in firmo
℥ j cum vino al. vel cum aqua de decoctione cipi. hoc
enim aperit opilationes epatis et splenis et confortat
epar in suo attrahendo et in omnibus suis virtutibus

109 De malicia appetitus et est appeti-
tus comedendi carbones lutum etc.

Talis appetitus aut fit in pregnantibus aut in aliis
hominibus viris et mulieribus In pregnante
semper fit ex materia menstruali redundante ad
os stomachi ubi appetitus viget et illa materia cum sit multi-
formis et diversarum naturarum et fit grossa nature et multe et in
plurimum diversimode et variis modis inficit et conturbat
locum appetitus In aliis vero viris et mulieribus accidit
cum menstrua retinentur aut redundat ad os stomachi
et adversum stomachum Cum epar et splen opilantur et redun-
dat humor multus ad locum appetitus Aut ex mali et
diversi humores multi vel adusti in stomacho ex malis
cibariis generantur res multe vel aduste in stomacho ex
malis cibariis generantur Aut quia per talem cibum extra
humores qui sunt in venis et extra vadunt per corrup-
tionem ad materiam multam vel acetosam acutam conclusum
ut apparet in ethicis et flatibus de flate acetosa et
salsa et cum illa materia diversa in colore sub. et sapore
ad stomachum redit per ascensum viam vel caudam inficit et cor-
rumpit locum appetitus et os stomachi sunt eius mala natura
et corruptio Signa istius inferuntur super causas
tactus predictis et visibiles ex eo appetendi diversa et
ea que sunt male nature ut sunt res fetide et horri-
biles et que adversantur intuitu convenienti ad
corpus humanum ut sunt carbones gypsum aut
lapides Cura appetitus mali et corrupti in
pregnante est ut comedat sepe diacitonite citoniorum

speciebus non laxativum Aut electuarium de cardamomo
Aut diagalanga mane Et comedat de carnibus
edi gallinarum pullorum perdicum et similium Et comedat
assum de cerebellis edi carnis assatis et elixatis Et
curat quibusdam horis post comestionem vomitum
levem Et comedat de cepis et allio aut et sinapi
dum vomitum post comestionem aliquam paz... in hora vomitus
bibat de aqua tepida cum syrupo acetoso et inducat
vomitum per se levem ut possibile fuerit Ungatur os
stomachi cum oleo de mastice et oleo de spica mixtis
et addatur eis aqua aceti Bibat vinum odoriferum clarum
purum et aliquando propter debilitatem capitis potat aquam
de aqua et mane. si mulier que non sunt debilis
capitis Cura corrupcionis appetitus in mulieribus
non pregnantibus et in viris talis est Bibant ieiuno
stomacho ℥ j oximellis squillitici Aut oximellis compositi cum aqua de-
coctionis ciperi vel ciamomi quod melius est Ungatur
stomachus et os eius cum oleo de mastice et oleo de spica
mixtis et addatur eis aqua aceti fiat vomitus cum
oximelle et aqua decoctionis seminis atriplicis aceti et ra-
pharum et radicum raphani aceti et fortis Comedat ra-
phanum ante comestionem et vomitum et allia et radices raphani
aceti Post vomitum fiat in potu aqua in firmis
aloes et post illud omni mane fiat hoc electuarium quod sic
fit Rx rosarum novelle ℥ vi liature actum ablute
cum vino et aceto ʒ v Misceantur ad modum mutis re-
cipiatur in mane et bibatur aliquid vini post illud Aut
sumat electuarium de cardamomo vel electuarium de musco
aut ambra Bibat bonum vinum odoriferum et clarum et cibaria
delectabilia sed carnes castrati arietis et edi et pullorum
caponum et perdicum et fasianorum Mitigetur appetitus et
precipue cum cocturis ossium pullorum columbarum assatarum
et carnes salita sicca preparata facta cum aniso et
apio et mente in gutta et cardamomo maiori et minori hec
enim sedant omnia que diximus Utatur tyriaca frequenter aut
sub in ebdomada stomacho ieiuno cum vino calido etc.

De vehemencia sitis Rubrica 110

Multitudo sitis et eius vehemencia quandoque fit
propter caliditatem stomachi et frequenter eius cum ma-
teria et absque materia Et fit quandoque calidius illa cum
cum inflammacione febrium ita quod quandoque corpus non cessant
bibere et non saciantur donec moriantur in proximo fit etiam
ex potu vini acuti et fortissimi et ex potu aquarum
calidarum per naturam et salsarum et isti per nimia siti qua
inducunt inficiunt multociens Et fit per exhibitionem
medicinarum laxativarum et propter medicinas siccas et cibos
salitos facientes siti propter naturam Aut propter paucitatem
potus et vel cibi assumpti Aliquando contingit ex humoribus
viscosis et piscibus salitis propter et humoribus salsis quos
natura desiderat expellere abluendo et per viam indigestionis
fit quia natura non digerit cibum Aut vult expellere
materiam viscosam ab ore stomachi calefacit illa materia vel
cibi indigestibili et calefacit cum suo indigestione
os stomachi et trahat siti Et fit ex caliditate alicuius
membri ut in diabete que quando stomachus mingit

Et exsiccatur epar et postea stomachus et fit sitis. Et fit propter alteracionem viarum stomachi et epatis ut in ydropisi et fit multociens propter caliditatem stomachi et spiritualium. Et fit propter siccitatem intestinorum cum calefiunt et exsiccantur attrahunt humiditatem a fundo stomachi et fundus ab ore eius et fit sitis. **Signa** sitis propter caliditatem absque materia aut cum materia salsa vel acuta nitrosa dulci vel impediente per sua ebulicionem sunt amaritudo et salsedo et acuitas sive dulcedo que sentiuntur in ore stomachi. Et urina est rubea vel ruffa tincta. Et saliva habet spissitudinem cum pluralitate ampullarum. Et post potum sitis sedatur et non cito redit et si ibi fuit febris erunt signa manifesta magis. **Signa** sitis que fit ex potu vini vel aque cum caliditatum per nimium aut salsarum sunt ex rebus ipsis manifesta et non indiget hec species sitis aliis significationibus nisi ut rebus ipse sunt note eius. Sitis vero que fit propter medicinam laxativam aut medicinas siccas aut propter cibos salitos seu propter paucitatem potus et cetera cibi assumpti non indiget alia significatione nisi ut habeat de rebus ipsis notitiam. **Signa** sitis que provenit ex comestione piscium seu ciborum viscosorum qui non digeruntur aut propter humores salsos quos natura expellere desiderat ablucendo sunt gravitas post comestionem illorum ciborum et anxietas et eructuatio fumosa et acetosa que non extinguitur et fit augmentum digestionis (?). Et cum potus sumptus post aliquod tempus reddit in ea sitim. Et si cum hoc in ore stomachi fuerint humores salsi et sputum vel saliva salsa. Et potus dulcis sive potus augmentat eam et ardor vehemens cum acuitate et punctura sentitur in ore stomachi et ex potu aceti mixti cum aqua frigida manifesta sentit alleviationem. **Signa** eius que fit ex indigestione sunt eructuatio fumosa et gravitas capitis et obtenebratio oculorum et melius se sentiunt (?) cum malis et pyris (?) [illegible]. Et urina eius cruda apparet et hora ebulitionis cibi in stomacho fit anhelitus spissus. Et pulsus debilis et frequens et sentit in stomacho inflationem et [illegible] et ventositatem multa hora quibus cibus consuevit digeri. **Signa** sitis propter dyabetem sunt nota ex cognitione ipsius dyabetis que est consuetudo renum provenientes ex caliditate cum siccitate ipsorum. Et ipsi dispositio renum talium trahit humiditatem ab epate. Et epar propter siccitatem inductam in ipso extra iam dicta trahit mediantibus meseraicis a stomachi fundo. Et fundus ab ore eius stomachi et fit sitis per istum modum. Et excellentissimum signum huius sitis est multiplicatio urine indigeste in numero et quantitate. In quo multociens sic evenit propter eius narratas (?) ita mingit. **Signa** sitis propter opilationem sunt duricies splenis et epatis que apparet ex tactu locorum in quibus sunt illa membra. Et quod ergo apparet aliquando alba et extra carnis (?). Et urina rubea subtilis aliquando et spissa aliquando et citrinitas faciei et vultus amarus et colicus aliquando et inflatio stomachi et intestinorum et maxime post comestionem. **Signa** sitis que fit ex caliditate pulmonis sunt inflammatio et caliditas que sentitur in locis spiritualium. Et quod ex omni motu debili vel forti augmentatur. Et potus aque vel rei alterius non sedat eam sed aer frigidus vel aer qui in superficie aque frigide cum attrahitur eam alleviat plus quam potus rei liquide et fit in isto casu anhelitus frequens et cum quadam exsufflatione. Si vero sitis fuit propter caliditatem vel combustionem calidam intestinorum signa sunt egestio sicca et nigra et dolor apparens qui sentitur in intestinis et elevatio ventris et inferiorum membrorum post potum manifeste. Et si egerit liquidum descendit illa egestio (?) [illegible].

Cura sitis propter caliditatem cum materia acuta vel salsa vel nitrosa seu dulci impediente per eius quiescionem ad acutum aut absque materia est ut sumat omni mane in ortu solis et in omni sero ante cenam ʒ 1 5 (?) syrupi acetosi vel oxizacre vel acetositatis citri. Aut aracii (?) cum ʒ iiii aut vi aque decoctionis prunarum aut endivie aut lactuce seu cicoree seu seminum eorum si herbe non reperiuntur. Aut cum aqua decoctionis acetositatis citri aut aracii quod melior erit in isto casu et specialiter si ibi materia prius fuit cum dispositione. Comedat omnia sua cibaria condita cum aceto aut agresta aut vino de granatis. Aut cum succo berberis. Cibaria sua sint ex carnibus et fiant cetera ex farina ordei. Comedat lactucas portulacas cucurbitas melones citrullos et cucumeres et scariolas cum aceto et agresta. Cancros cum aceto sumere debet sepe. Persica et pruna acetosa et poma eiusdem saporis convenientia sunt valde et utilia talibus. Bibat vinum album in quo tamen sit de aqua quantum est vinum et aliquid aceti seu agreste. Purgetur materia si ibi fuit cum aliquo vomitivo leni vel forti dicto superius. Aut cum decoctione que sic fit: Rx reubarbari ʒ ii pulverizetur et cribretur et misceatur cum ʒ ii syrupi rosacei et ʒ iiii aque endivie vel lactucarum et detur. Alia die posset hec decoctio colari in delicatis.

Cura sitis que fit ex potu vini vel aque calide est per unam (?) est ut sumat sepe oxizacram vel vinum de granatis. Aut syrupum de papavere vel de nenufare seu de mirtis mixtum cum aqua rei frigorifice et comedat lactucas vel scariolas vel portulacas cum aceto aut cucurbitas et melones et bibat ut dictum est.

Cura sitis que fit propter medicinas siccas aut propter cibos salitos non indiget cura nisi emendatione dispositionis que emendatur perfecte cum oxizacra vel syrupo rosaceo vel violaceo. Cum recipiunt cum aqua endivie vel scariole seu lactucarum aut berberis. Purgatur ab stomacho omni die bis cum oleo rosaceo mixto cum aceto. Post comedere poni in balneo talis sitientes convenit balneum siti inducat multociens. Nam quia trahit virtute omnium membrorum purgative ad exteriora secundum hanc viam cum potibus predictis hanc siti ex istis causis removet multociens suaviter. Et cum cibetur et potetur ut dictum est super ceteras (?) quam in siti qui fit propter comestionem rerum salsarum. Aut propter paucitatem potus et cetera cibi assumpti. Conceditur potus vini limphati aut non limphati. Si virtus digestiva debilis fuit aut stomachus frigidus. Et si cum hoc cibaria fuerint grossa et tarde digestibilia

[illegible] puru melius est quam limphatum **Cura**
sitis ex comestione piscium et ciborum viscosorum est
ut vomitet vel comedat de electuariis calidis
ut est dyagalanga et dyazz vel dyaciminum ut
dyar[illegible]ite Et cum cibis in hyeme bibat vinum
odoriferum calidum In estate frigidum et in 2a mensa
pira comedat et bona cibaria et digestibilia et co-
medat de electuariis et bibat vinum debile Si autem hec
sitis fuit ex humoribus salsis curetur cum syrupo ace-
toso composito vel oxi[illegible] sumpto cum aqua decoctionis
endivie vel lactucarum seu herbarum Aut cicoree vel
acetose Deinde removeatur cum syrupo de fructibus ace-
toso et aquis dictis Abstineat ab acutis et salsis
Et bibat vinum multum limphatum Purgetur cum
vomitu qui sic fit Rx oximell compositi ʒ iiii
vel iii et detur post comestionem cum ʒ vi aque decoctionis
fructuum seminis atriplicis aneti raparum radicum raphani
aut caparum Vel purgetur cum pillulis stomaticis al-
handi Aut cum decoctione facta capitulo de [illegible] quod
fit ex malis humoribus Sitis ex indigestione curatur
ab ypo. in afforismis particula 2a verbo. Quibuscumque
est desiderium nocte bibere si supdormiunt bonum
Abstineat a comestione 2a hora sive comestionis visi-
tate est utile in hoc casu Comedat dyaciminum
vel dyagalanga vel dyazz seu dyacalamentum et
bibat cum eo aquam boni vini odoriferi quod utile
erit Et etiam bonum vinum confert per se in hoc casu
Ponatur super stomachum istius patientis panni calidi vel
pulvinar et inunge ipsum cum oleo de spica erit
bonum Et amplexare iuvenculam per quam tangat et
volvat ventrem versus culcitram et ponatur super
stomachum catulum lactentem vel iuvenem conferunt
Et ista omnia rectificant et adiuvant ad digestionem per-
ficiendam ut scribit capitulo de qualitate digestionis
Cura sitis propter dyabetem aut propter caliditatem
renum est ut confortentur renes et extinguatur eorum
caliditas cum unctione facta ex oleo rosarum et oleo viol(arum)
vel [illegible] mixtis cum aliquantulo aceti Et quod super
renes ponatur pecia infusa in succo solatri vel
semperviue aut plantaginis et addatur istis succis parum
aque aceti Bibat sepe iste patiens syrupum rosarum
vel syrupum de mixtis cum syrupo de portulace vel de
nenufare Et cum aqua decoctionis mirabolanorum et lac-
tucarum vel endivie seu cicoree vel plantaginis
In dieta et aliis medicinis fiat ut scribetur infra
capitulo de dyabetica passione Nam cura dyabete
est cura istius sitis **Cura** sitis propter opilationem
est ut bibat sepe ante horam comestionis oximel com-
positum vel squilliticum cum vino albo diuretico odorifero
Et sit oximellis ʒ i s et vini ʒ v vel vi qualibet
hora potationis vel sumatur predictum oximel cum
aqua decoctionis seminum endivie et cicoree Aut sumatur
de syrupo qui sic fit Rx acetose m i cicoree
lactucarum seminis endivie et seminis scariole ana ʒ i apii
ʒ s. rubarbari ʒ vi nenufaris vel papaveris al-
[illegible] cardamomi capparis ana ʒ vi radicum
feniculi lb s aceti lb s mellis rosarum cum foliis lb

ii fiant lb iii syrupi Hic syrupus opilationem
epatis et splenis et meseraicarum aperit et sitim removet
ex ista causa et etiam in omnibus aliis causis cum materia
confert In cibis et medicinis fiat ut scribetur
capitulo de opilatione epatis inferius **Cura** sitis
que fit ex caliditate pulmonis est ut sepe anhelet aerem
qui est in superficie aque frigidissime Aut aqua que est
in aqueo vase Gargarizet sepe acetum mixtum
cum aqua frigidissima et cum syrupo de papavere vel de nenufare
Ponatur super pectus pecia infusa in aqua rosarum vel
in aqua frigida mixta cum campho(ra) vel sandalis Aut
in succo endivie vel lactucarum aut cicoree seu me-
lonis vel cucumeris aut cucurbite **Cura** sitis
ex caliditate intestinorum sive propter excoriationem calidam
intestinorum est eadem cum cura excoriationis que fuit locis
aliis de quibus fiet mentio inferius et hic quod est in
principali ut sepe clisterizetur si fuit siccus secundum ventrem
cum clisteri quod sic fit Rx viol(arum) endivie lactucarum
ana m i bulliantur in aqua et cum lb i illius aque et cum ʒ
iiii olei de papavere vel de nenufare aut oleo de cucur-
bita et ʒ iiii zucari viol(acei) vel ʒ vi syrupi viol(acei)
et fiat clistere Vel fiat simpliciter cum aqua melonis
vel cucurbite et oleo violato ut de nenufare et
aqua psillii quod erit valde bonum Iterum potest fieri
cum aqua decoctionis psillii in quo campho(ra) sit dis-
soluta et admixta cum oleo de papavere ut de nenufare
aut de viol(is) Bibat sepe syrupum viol(aceum) cum aqua
psillii vel syrupum de papavere cum aqua decoctionis lactucarum
vel endivie et cicoree vel syrupum rosarum vel de mixtis
cum aqua decoctionis citoniorum vel herbarum Si
esset nimis laxus secundum ventrem Ungatur stomachus
et intestina cum oleo de mixtis vel oleo rosarum et aqua
rosarum mixtis cum sandalis et campho(ra) et aliquantulo
aceti Vel fiat emplastrum ex [illegible] cum farina
ordei et milii super stomachum et intestina

De debilitate digestionis et corruptione eius 111

Debilitas digestionis et eius corruptio fit
aut ex frigore eius Aut propter humiditatem
Aut ex frigiditate cum humiditate Aut
ex humiditate cum caliditate Aut propter caliditatem
cum siccitate Aut ex frigiditate corporis stomachi Et omnia
ista possunt evenire cum materia et absque materia **Signa**
debilitatis stomachi ex frigiditate sunt eructuatio
acetosa et levitas ventris et eius inflatio et multitudo
ventositatis et longitudo more cibi in stomacho et urina
alba vel glauca et pulsus [illegible] digestionis debilis et
spissus et inquietudo vel quies revolutio de latere
in latus cum cibus digeri debet **Signa** debilitatis
propter humiditatem sunt multitudo sputi insipidi et
nausee multitudo et sitis paucitas Et velocitas
descensus cibi absque plena alteratione facta ideo et urina
istius ut plurimum apparet caropos et pulsus debilis et mollis
Signa corruptionis ex frigiditate cum humiditate sunt illa
eadem dicta iam adiuncta composita et insit [illegible]
Signa debilitatis propter humiditatem cum caliditate

Sunt paucitas appetitus et multitudo saliue et nausee et vomitus aliquando et prouatio sitis et quod eructuat aquam acetosum Aliquando fumosum et fetidum et in eo plurima ventositas fit **Signa** corruptionis digestionis propter caliditatem cum siccitate sunt sitis fetida et calida eructuatio et siccitas oris et palati et corporis extenuatio et dispositio similis ethice Appetitus totius corporis et arefactio et cutis corrugatio **Signa** debilitatis digestionis ex debilitate corruptionis stomachi sunt quod fit post vomitum plurimum et post purgationem cum medicinis subtilibus Aut post fluxum ventris et generat apparentibus cibus superfluus et grossus sed in eo paucis cibus et bonis digeritur **Signa** debilitatis propter frigiditatem cum siccitate sunt intendum ante comestionem Et quod comestio sedat aut minuit et repletionis multitudo et duricies et vomitus acetosus et eructuatio et que in dentibus sunt frigus et congelatio et dolor stomachi ante comestionem precie Sciendum est hic quod ille qualitates et dispositiones possunt esse cum materia et absque materia Cum enim fuerint cum materia omnia signa dicta primiora et intensa et magis manifesta erunt Debilia vero cum fuerint absque materia Sciendum hoc dicit quod omnis corpore excedens propter se vel cum materia debilitat omnem virtutem et hac volunt omnes philosophi et Avicenna de hoc libro 3o capitulo de destructione et debilitate appetitus **Cura** debilis ex frigore stomachi absque materia est ut sumat dyacalamentum vel dyaton pipeon vel dyacardamomum Aut dya ... et similia Vngatur stomachus omni die bis cum oleo de spica parum hora coctionis sumat de cibo bibat purum vinum et bonum et parum et cuius cibaria sunt ut plurimum assata vel cocta in pastillo aut in testula condita cum alliis pipere et croco vitellos ouorum cum pipere et croco comedat Comede post nuces et ficus siccas et allia cocta et sinapi Si autem ibi fuerit materia quod sciturus quia pasta non suscipit bona alleuiatorum digeratur et preparetur illa materia cum oximelle ut oxi le squilliti et aqua decoctionis apii et piperis longi et mel lis Purgetur postea cum pillulis fetidis vel stomachicis alkaudi Aut cum medicamine de turbith In dicta potu et unctionibus confiat ut dictum est supra **Cura** debilitatis propter humiditatem est vomitus cum oximelle et aqua decoctionis radicum raphani sinapis seminibus atriplicis et aneti Vtatur dyagalanga et electuario de scoria ferri et mirabolis conditis Comedat cubebas et piper longum et piper et ciminum et capos Vngatur stomachus cum oleo de costo Vtatur trociscis stelle quoque roborandi Aut cum vino decoctionis apii aut mirtillorum et longi piperis In die vel cibariis et vino fiat ut dictum est Sit vinum etiam rubeum odoriferum stipticum Similiter in purgationibus fiat ut dictum est Sed in ista decoctione Et medicine que sunt ex mirabolis et conditae utiliores sunt **Cura** debilitatis vicio frigoris cum humiditate est ut cibetur hic in frigore cum rebus frixis ut vult Almansor libro diuisionum capitulo de consuetudinibus stomachi Comedat res assatas et coctas in pastillo vel testula conditas cum pipere longo et pipere et cardamomo et croco et ponat cum cibis aquam de vino granatorum vel agresta aut cum succo berberis vel vino decoctionis eius Vtatur dyacitoniten dyagalanga dyaton pipeon Aut dyamargariton aut dyanthos seu mirabolis conditis Sepe mundificetur cum vomitu et clisteri et ei aliquando cum pillulis stomachicis vel fetidis Aut medicamine de turbith Vngatur cum oleis et unguentis supradictis Bibat vinum rubeum forte odoriferum parum parum hic comedat et bibat et nullo modo in die dormiat Abstineat a coitu Aut ab immoderato mortali Vtatur trociscis stelle post purgationem cum vino rubeo odorifero stiptico in aurora **Cura** debilis stomachi vicio caloris et humiditatis est ut flebotometur de vena que est inter anularem et auricularem in manu dextra aut de basilica Et quod sumere pigra sepe cum vadit dormitum et sumere omni mane mel rosarum ut zuccarum rosarum cum aqua decoctionis mirtillorum aut berberis sumat aquam pillas stomachicas alkaudi Aut confectos de mirabolis citrinis et kebulis et indis Bibat vinum rubeum stipticum in quo ponatur de aqua decoctionis mirtillorum vel berberis Confortetur stomachus cum oleo de mastice in quo sit aqua mente et mirtillorum Cibetur cum carnibus assatis et elixatis et vitellis ouorum et herbis feniculi et petroselini et condiantur cum cardamomo et galanga et pipere longo et ciamomo et croco et aliquantulo agreste vel vino de granatis Vtatur sepe in aurora zuccaro rosarum et trociscis stelle mixtis Et bibatur post illud aqua vini limphati cum aqua mirtillorum **Cura** debilitatis propter caliditatem et siccitatem est balneatio cum aqua tepida dulci absque multa mora in balneo et comede lac et succum ex ... in pignatiua ut sunt zucca carnium et vinum dulce in quo aqua aqua ponatur et ficus recentes et rape et similia De electuariis comedat dyadragantum mixtum cum equali quantitate dyapenidion vel restaurati Vngatur stomachus cum oleo de nenufare et eclexpiata cum oleo de papauere et hec cura propter hoc locum cum siccitas absque materia cum erit tunc cum rebus acetosis virgula cum sirupo acetoso vel vino de granatis Aut oxizaccara vel agresta mixtis cum aqua veri frigoris Comedat carnes vaccinas agninas et pisces recentes et carnes arietis et animalium grossitas cum agresta vel succo aut aceto vel vino de granatis Bibat vinum debile valde limphatum Vngatur stomachus cum oleo de papauere Aut oleo de nenufare aut rosarum Quiescat multum et parum laboret et dormiat in die post comestionem Si autem materia sunt purus cum istis que diximus dicte et potus et condimenta ciborum eadem erunt lactucas et scariolas et herbas frigidas sicut sunt portulace et cucurbite sumere sepe in isto casu et superiori absque materia erit valde utile Et si condiatur cum aceto vel agresta et similibus erit melius et fiat vomitus sepe cum sirupo acetoso et aqua tepida vel cum aqua decoctionis seminis aneti atriplicis

et lacturarum et sciis teparum. Purgetur cum decoctione mirabolanorum citrinarum et reubarbari et aqua decoctionis prunorum et tamarindorum. Ungatur stomachus cum oleo de spica et de nenufare. **Cura** debilitatis propter frigiditatem cum siccitate absque materia est ut utatur cibariis temperatis videlicet carnibus edi et pullorum et arietum animalium et vitellis ovorum et herba feniculi petrosilli borraginis et spinachiis et carnibus avium degencium in arboribus et in pratis et non in aquis. Et passulis et ficubus viridibus et siccis. Condiantur omnia ista cum pulvere qui sic fit: Recipe piperis longi, cardamomi, nucis muscate, gariofilorum, piperis ana ʒ ii, cinamomi electi ʒ i, croci ʒ i, fiat pulvis. In saporibus et condimentis suis. Deinde cum pulvere isto ponatur rob vini. Ungatur stomachus cum oleo de spica et oleo de lilio. Bibat vinum rubeum forte adoriferum bonum absque aqua. Comedat sepe diamuscum diamargariton diagalanga. Si autem materia mixta ibi cum predictis qualitatibus affuerit, regatur ut supra dictum est in omnibus. Sed rectificetur illa materia et purgetur cum decoctione mirabolanorum indorum sive epithimi polipodii et dulcoretur cum zucaro vel melle in decoctione vel cum pillulis fetidis precedente digestione cum oximelle composito vel cum melle rosarum colato et aqua decoctionis passularum et jujubarum. Sepe balneetur in aqua dulci et parum laboret, prandeat, non multum dormiat in die. Attendendum est hic quod rectius nichil est in egritudinibus stomachi quam coitus. Nam coitus minuitur stomachus et specialiter frigidus ut vult Almansor libro 5o capitulo de iuvamento et nocumento coitus, dicit ibi calides corpora sicca a coitu cavere debent ut diminuto virtutis fiente. Sed amplexari iuvenem mulierem absque coitu ita quod stomachus altius stomachum tangat. Aut teneat catulum lactentem super stomachum vel iuvenem, vel revolvat stomachum [illegible], aut teneat pulvinar calidum super stomachum. Omnia stomachum frigidum et debilem confortant et corroborant et adiuvant ad digestionem perficiendam et complendam et [illegible] propterea multum confert et iuvat ut vult Avicenna libro 3o capitulo de cura complexionis frigide et sicce in stomacho. Emplastrum quod ad debilitatem stomachi propter frigiditatem aut humiditatem seu frigiditatem cum siccitate aut propter debilitatem corporis stomachi sic fit: Recipe aromatice galange spice mastices [illegible] cardamomi [illegible] ana ʒ 5, cere ʒ ii, resine lb s, picis grece ʒ ii, olei de spica, olei de mastice ana ʒ ii, bdellii, [illegible] opoponacis armoniaci ana ʒ 5, terebentine ʒ iiii. Dissolvantur gumme in vino et dissolvatur postea omnia in cazola cum igne et coletur et cum colata fuerint addatur pulvis super dictarum specierum et fiat emplastrum. **Cura** debilitatis digestionis propter debilitatem corruptionis stomachi est ut ungatur stomachus cum oleo de spica et de lilio vel de mastice et fiat postea illud emplastrum dictum super stomachum. In dieta et potu fiat ut dictum est in causis frigidis supra cum materia et absque materia. Et scias quod brodia et res fluctes liquide addunt

in istam debilitatem et digestionem impediunt plus ceteris cibis eo quod cedunt motui et non quiescunt in eo sicut requirit digestio. Et hoc dicunt omnes antiqui et specialiter Galenus 3o regiminis acutorum super verbo quod incipit ptisana vero ordeacea merito mihi videtur et cetera et Almansor libro 4o capitulo de regimine cibi. Comedat diacitoniten diarodon diacuminum diagalanga diacardamomum diambra diamuscum et similia. Abstineat a coitu et a nimio potu et a sompno diei et quiete superflua. Si autem contigerit quod aliquis in stomacho materia et ea multiplicetur, mundificetur illa materia cum aqua mellis mirabolanata. Nam omnes mirabolani stipticitate eorum muniunt stomachum, confortant et corroborant. Et propter hoc in egritudinibus stomachi eorum medicine sunt meliores et magis eligende et specialiter in causa debilitatis eius propter debilitatem corporis eius. Et est sciendum hic quod cibus moratur in stomacho communiter in omnibus hominibus a xii horis usque ad xxii horas specialiter quorum sani sunt et [illegible] insensibiliter.

De egritudinibus stomachi ex parte complexionis 97

Debilitatur et infirmatur stomachus aut propter dominium frigidi cum sicco aut humido et hoc cum materia et absque materia et additio et diminutio statum complexionatum cum materia et absque materia ultra quem infirmat et debilitant stomachum. Et manifeste leditur et infirmatur stomachus ex debilitate oris stomachi. **Signa** debilitatis et lesionis stomachi ex frigiditate absque materia sunt acetosa eructuatio, levitas ventris et eius inflatio et multitudo ventositatis et longitudo more cibi in stomacho et sensus lesionis ex re frigida et alleviatio ab usu rei calide. Et si cum frigiditate fuerit humiditas naturalis vel non naturalis signa talia erunt videlicet quod cum signis sequentibus frigiditate apparebunt multum sputum et assiduatio nausee et paucitas sitis et velocitas descensionis cibi absque plena alteratione in eo quod cum eructationibus et sputo emittitur humiditas mucosa vel aquosa insipida et bonitas digestionis levium carnium et malicia grossarum. Si vero cum frigiditate siccitas affuerit cum materia vel absque materia signa talia apparebunt videlicet extenuatio corporis et dispositio similis ethice. Et sitis vehemens et asperitas in lingua et palato et cavitate stomachi et incendium ante comestionem quod sedat comestio aut minuit aliquid et magnitudo splenis aliquando et vomitus acetosus faciens congelationem in dentibus et dolor stomachi et specialiter ante comestionem. **Signa** debilitatis stomachi ex caliditate absque materia sunt sitis et fetida eructuatio cum siccitate oris lingue et palati. Et quod usus rerum frigidarum confert et calor impedit. Et quod manifesta sentit in stomacho caliditate et circa stomachum. Si vero cum caliditate fuerit humiditas sive sit cum materia sive sine materia hec signa apparebunt paucitas appetitus seu debilitas et multitudo saliue et nausee et mollicies stomachi sentitur. Et ex levi causa incurrit se ad putrefactionem. Si autem cum caliditate fuerit siccitas cum materia seu absque materia apparebunt hec: Nausea cum vomitu colere et eructuatio fumosa fetida post comestionem et corruptio ciborum levium et bonitas digestionis grossarum ut carnium vaccinarum et similium

Signa debilitatis stomachi et digestionis propter debilitatem corporis stomachi sunt quod fit post vomitum plurimum aut post medicinam fortem. Aut post longum fluxum ventris. Et quod digerit primum cibum Multo vel grosso gravatur ultra modum. Attendendum est hic quod quando dicitur de humido cum materia vel absque materia quid intelligitur et debet intelligi quod humidus quibus nunquam omnino aliquam materiam relinquit. Sed appellatur absque materia humidus quando aquositas vel humiditas aquea non humoralis potius in membris sunt ut in carnibus melorum ydropicorum manifeste apparet. Quando vero humiditas humoralis sicut humiditas sanguinis vel flatis in membris affuerit appellatur humiditas cum materia. Et de isto modo humiditatis cum materia et absque materia determinant physici et specialiter Avicenna libro primo fen 2a capitulo 4o de complexionibus compositis. De siccitate vero quia siccitas dicit privationem humiditatum omnium et habitum humorum habencium siccitatem potentialem potest esse in membris et cum materia actuali et absque materia et etiam supra dicta de quibus passivis absque materia et cum materia intelligi debent complexiones determinatur a physicis. Et ecce quod dictum est hic et alibi de qualitatibus activis et passivis cum materia et absque materia. Dicendum est quod ad petitiones simplicium et compositorum secundum plurimum sequitur petitionem humorum aut humiditatum in membris et raro contingit in ventriculis in membris vel accidit. **Cura** frigiditatis stomachi absque materia est ut ungatur stomachus omni die cum oleo de mastice et specia mixtis et actu calidis et bibat paucis bonum vinum odoriferum et laboret mediocriter et fatiget se et parum et raro comedat et abstineat a coitu quia nichil debilius in hoc casu quam coitus. Comedat carnes arietis et castrati et edorum assatas et aquis elixatas conditas cum pipere et alleis et sinapi et carnes [illegible] et aliud conditas cum speciebus et pipere. Et utatur sepe dyaton pipereon et dyagalanga et dyaciminum. Et utatur anetum carvi origano saturegia et similia in suis cibariis. **Cura** debilitatis interioris frigiditatem cum humiditate sine materia est ut sumat omni die diamargariton vel dyaton pipereon cum melle vel dyacitoniten cum melle et speciebus. Ungatur sepe stomachus cum oleo de specia de lilio et de mastice. Cadat sepe piper cum passulis sto ieiuno et post coctionem utatur cum cibariis suis vino veteri bono odorifero absque aqua et sepe comedat zinziber conditum et in suis cibariis condiantur cibaria sua cum alleis ficubus vel sinapi et similibus. Carnes dictas supra conditas ut diximus comedat. **Cura** frigiditatis cum siccitate et humiditate cum materia est ut sumat sepe oximel squilliticum et oximel compositum cum aqua decoctionis hyreos vel ysopi et calamenti et api et cappari. Mundificetur sepe cum pillulis fetidis vel sticados alkaudi ut cum medicamine de turbith seu cum decoctione reubarbarum mirabolanorum. Ungatur sepe stomachus cum oleo de specia et de mastice seu de lilio et cetera aliis de costo. Continue si possibile est deferat emplastrum super stomachum quod sic fit. Recipe terbentine recentis ana ℥ j picis navalis ℥ iiij sinapi opopanaci bdellii ana ℥ β cere ℥ i[j] mirtis muscate spodii garioffili spicenardi rosarum foliis spice recenti ana ʒ ij piperis ℥ j mastice thuris vermiculi ana ℥ β. Ponatur gumme in vino odorifero et dissolvatur

et que possunt teri terantur et cribrentur. Terbentina rosina et pix navalis et cera liquefiat et cum liquefacta fuerint addatur gumme dissolute in vino. Et cum omnia fuerint liquefacta colentur et incorporentur cum speciebus dictis et fiat totum super corium caprinum cum pecia subtili et super stomachum ponatur. Si vero siccitas per se vel cum materia affuerit consistant omnia que dicta sunt preter hoc quod sicca diminuantur et humida in omnibus rebus et dieta et electuariis augmententur et ungenta sint minus acuta et vinum magis dulce et minus acutum. Comedat carnes elixas assas et aquis elixatas conditas cum speciebus dictis, laboret parce et non dormiat in die et parum comedat et raro. Si humiditas super siccitatem habundaverit. Si autem siccitas superfuerit humiditati plus comedat et plus dormiat et sepius etiam comedat et multiplicet humida et res humectantes cum caliditate bona et forti. **Cura** debilitatis stomachi propter dominium caliditatis est ut ipsa caliditas stomachi corrigatur et reprimatur cum frigidis et acetosis cibariis et grossis ut sunt carnes vaccine et porcellorum condite cum aceto et cum rebus acetosis. Bibat vinum de granatis agresta et similibus. Et multiplicet cibum in quantitate et hoc ponens capacitatem stomachi. Bibat aquam frigidam vel aquam cum agresta vel vino de granatis et ungat stomachum cum oleo rosarum et aceto utile est in hoc casu. Et uti coitu post coctionem immoderate Alterat enim mirabiliter stomachum hic coitus hoc dicta ad frigiditatem quod est contra ista passiones et non decipiatur medicus vel infirmus in tali usu coitus quia possibile multiplicato talis coitus sic sicut quod alteraret in frigiditatem ad aliam complexionem de terrore ysta ita quod fieret ydropicus per hanc viam fiat quod precavere et cum modo et discretione. **Cura** caliditatis et humiditatis cum materia et absque materia est ut alteretur stomachus cum oximelle composito vel cum melle rosarum mixto cum quadruplo eius cum aqua decoctionis cicorum vel cappari. Post hoc per dies vj vel viij purgetur cum pillulis fetidis sticados alkaudi vel cum torchiis. Vel fiat vomitus cum aqua vomitivo dicto supra. Post coctionem Et postea ibi fiat mundificatio cum pillulis dictis ut cum medicamine de turbith sunt purgetur cum aqua decoctionis mirabolanorum citrinorum kebulorum et emblicorum dulcorata cum zucaro rosarum aut cum melle rosarum. Confortetur stomachus cum electo quod sic fit. Recipe zucari rosarum lb j trociscorum stelle ʒ vj misceatur de quo sumat mane et sero ad modum nucis. Et bibat post aquam vini renlimphati. Comedat carnes edi castrati pullorum capponum gallinarum et similium conditas cum agresta et vino de granatis et succo citri et sitibus et cum pulvere quod sic fit. Recipe cinamomi ℥ j cardamomi ʒ ij croci ʒ j. Bibat vinum rubrum clarum in quo sit aque quantitas. Ungatur stomachus omni die cum oleo de mastice et oleo de rosarum mixtis. Si autem ista dispositio stomachi erit cum plenitudine carnosa et rubedine faciei Et usus est infirmus aliquibus hoc rebus calidis et humidis Et urina est rufa spissa et pulsus latus velox fiat flobotomia de vena media vel de vena epatica in manu dextra. Nec propter hoc vitetur dieta dicta. Et vinum magis limphetur in isto casu quam in superiori. **Cura** caliditatis et siccitatis stomachi absque materia et cum materia est quod si fuerint

absque materia non requiritur nisi dieta in debilitate stomachi vitio calidi Et ter in die sumat vinum granatorum cum aqua frigida vel oxizacchara cum aqua frigida aut syrupum acetosum vel acetum cum eadem aqua Vtatur quiete et sompno quod utilia sunt in isto casu et similibus Si autem fuerit ibi materia colerica Purgetur cum decoctione facta ex tamarindis cassiafistula manna et similibus vel cum yera pigra vel cum pillulis cochijs Vnt cum decoctione mirabolanorum citrinorum et tamarindi et prunorum Vngatur stomachus cum oleo rosarum et aceto hic dieta et potus sit ut dictum est in tali casu absque materia et siccitate Si vero siccitas ibi fuerit et est absque materia Detur potus vini dulcis et cibaria humida et carnes porcellorum et vitulorum confortat et nutriat Et quando multiplicat humiditatem et calorem in corpore et membris ut sunt ... balnea tepida et alia humida ... de farris factis in ... et ut sunt ... et sompni multiplicatio et ... **Cura** debilitatis digestionis stomachi ex debilitate corporis stomachi est ut Vngatur stomachus cum oleo de spica et mastice vel oleo de lilio et mastice Ponatur super stomachum ... dictum superius Et confortetur stomachus cum oleis talibus dictis illis et cum cibarijs conditis et ... Vtatur sepe ... diagalanga diaciminum ... et vino veteri forti et bono puro Comedat et ... in cibarijs suis ... galanga ... Confitiantur carnes eius ... et ... cum pipere et cardamomo ... Moueatur cum ... et laboret Et post ... non dormiat ... dormiat ... in die Si materia aqua et aqua dicta ... manifestaretur que est ... debilis mundificetur cum pillulis stomaticis ... ut cum cochijs Vnt cum aqua medicinarum dictarum superius Si autem cum hoc fuerit ... fortis possit et non negligatur Hec ... quam ... medicus ... et sunt mollificatiua et ... quod fuerit absque hoc.

De Speciebus vomitus

Species vomitus dominice et materie sunt ... efficit enim vomitus per cibaria acuta et salsa mordicantia os stomachi et lacertos eius ad expellendum quod in isto continetur per superiora et vomitum ut sunt porri et sinapis allia ... raphanus et similia efficit etiam ex multitudine cibi fluidi ... stomachi qui in eo non retinetur eo quod ... digestione ... dat et mouetur et ... ad os stomachi et expellit per vomitum efficit aqua materia expulsa ad stomachum a toto corpore et epate mediantibus ... et etiam ex splene Et hoc vult ... quod ... stomachus ... a toto corpore superfluitas mediantibus ... et epate Et ista materia expulsa ad stomachum ... mordicat ipsum stomachum et mouet ipsum ad vomitum Et est ista materia aqua colerica aqua ... aqua melancolica et ... vomitus efficit etiam ex materia ipsa congregata in isto

que generatur ex inordinato regimine et malo et etiam ex malis cibarijs quod ... in diuersas et malas materias mutantur ... stomachum et conturbant et eum ad vomitum excitant Attende hic dicamus ut vomitum subuersione et nausea Vomitus dicitur et fit cum expellens mouet ita quod mouetur et alleuiat id quod expelli debet tunc vomitus eius ad superiora per viam oris Subversio fit et dicitur fit quando expellens mouet et mouetur sed non manifestatur motus nec fit in eo quod est expelli Nausea fit quando homo venit quod reputatur tunc tortura nasi et facies et cum hoc excitatur expellens sed non mouet illud quod expelli debet Et patet quod subuersio et nausea ualet antecedunt vomitum **Signa** vomitus quod fit per cibaria acuta et salsa satis nota sunt ex recepta sed tamen mordicatio sentitur in stomacho et etiam acuitas et agitatio et motus et salsedo inuenitur in lingua et ... Signa vomitus ex multitudine cibi fluidi similiter manifesta sunt ... sentit ... et ... fluctuosam in stomacho et subuersionem **Signa** vomitus per materiam expulsam ex membris ad stomachum sunt ... labij inferioris et hac est quod signum in omni vomitu ... dolor et ... motio in epate et membris si ab epate venit et membris Si a splene dolor ... et agitatio circa splene et ... in partibus in quibus ... materia ... Si autem a materia colerica fuerit erit cum amaritudine oris et siti et caliditate et id quod expellit erit fluidum non viscosum et erit croceum colore Nam non omne croceum vel viride quod expellitur ore est ... colericum ... materia ... fuerit viscositate et aquositate et si cum hoc homo fuerit vsus herbis ... et rebus frigidis et viscosis et insipidis et eius ... erit flegmatica ... et corrupto ... viridis ut ... non ... colica ... flegmatica et de ... humoris ... vel citrina ... fit ... per superiora vel inferiora expellitur satis superius in dolore capitis disputauimus ... dicta illis et signa posita hic si medicus considerauerit ... veniet in eius ... Considerandum est urina ... sit alba vel ... Alba ... flegmatis fit Et si pulsus ... debilis sentiatur et mollis ... ex superfluitate quod materia vomitus non est colerica ... urina vel viridis videatur ... Si autem vomitus vel materia eius fuerit flegmatica erit subalba eius ... viscosa et erit absque siti et caliditate et ... erit color viridis ut color ... lactucarum et talis color reperitur in ... quod fuit in stomacho ... per viam indigestionis ex herbis et fructibus quod non digeruntur ... et sunt ... Et hoc vult ... de vomitu et est eius sapor insipidus vel acetosus et urina apparet spissa ... pulsus mollis Si vero materia vomitus fuerit ... erit sapor ... mixtus acetositati et eius subalba erit ... aut citrina vel fluida ... erit ... grossa in modum ... et amaritudo ... et acetositate et salsedine mixta erit Et si fuerit ... patientis ... et eius corpore Et urina glauca ... et ... erunt ... ut ... et ...

sup hoc Si aute ma vomitus fuerit sanguinea mani-
festa erit ex colore suo et suo sapore qui est dulcis
Si aut sanguis fuit coagulatus et dolor et tensio
fuit in epate vel splene signum erit quod ab illis locis
derivatur Sed si fuerit a splene erit magis grossus
niger et feculentus Si aut propter rupturam vene in
stomacho contigerit vomitus sanguinis sanguis erit
niger fluidus et dolor sentietur in stomacho In epate
aute et splene nullum habuerit dolorem nisi per
quandam compassionem Et si illud quod vomitu ex-
pellitur fuerit durum filtrosum vel carneum seu
in modum frusti carnis et cum sanguine signum est
tunc quod venit a stomacho in quo est ulcus filtrosum vel fis-
tulosum Et hoc vult Avicenna libro 3o capitulo de vomitu
sanguinis Et idem erit iudicium in carne que expel-
litur per intestina seu in carne filtrosa si cum san-
guine per inferiora expellitur Signa vomitus
ex materia congregata in stomacho propter mala cibaria
aut mordinatione in eis sunt illa eadem que sequunt
super materiam expulsam ad stomachum propter quod non sunt ista
cum signis significantibus malum in epate in splene
illa vero sit Cura vomitus qui fit propter mala
cibaria acuta et salsa est abstinentia ab eis et co-
de portulacas cum vino de granatis et agresta et
etiam aceto Et bibe vinum stipticum limphatum cum
aqua decoctionis et sumach vel mirtillorum vel cum aqua
frigida vel aqua de cisterna Et comede carnes coctas
cum sumach et mirtis et condire eas cum agresta vino
de granatis vel aceto et succo pomorum acetosorum
vel pirorum immaturorum Super stomachum ponat emplastrum
quod sic fit Recipe mirtillorum cortices granatorum cypri ana
℥ ij terantur et cribrentur et misceantur cum ℥ iiij fa-
rine ordei et ℥ ij olei rosarum et tanto aceti quod sufficiat
ad emplastrum faciendum et ligetur hoc emplastrum circa
os stomachi fortiter cum fascia Curatur hic vomitus et si-
militer omnibus cum vomitu si ibi materia acutes fuerit
et hoc Avicenna vult libro 3o capitulo de cura vomitus ab te Pur-
getur cum vomitu facto ex syrupo composito de radicibus
et aqua seminis atriplicis et aneti et radicis raphani Mu-
dificetur per inferiora cum decoctione reubarbari et ta-
marindorum Cura vomitus propter cibum fluctuantem
dante est ut provocetur vomitus et mundificetur aquositas
et exsiccetur vomitus cum vomitibus facto ex oximelle composito
vel squillitico et aqua raphani aneti amcos amoi et
seminis atriplicis Nutriatur cum rebus assatis conditis cum
berberis et sumach et mirtis et agresta et vino de
granatis in quibus addatur per condimento vitelli ovi
mixti cum pulvere facto de cardamomo galanga
cinamomo piper longo et croco Bibat vinum forte
odoriferum rubeum stipticum in quo ponatur aliquid
aqua de coctionis mirtillorum Possit si esset debilis mitis
comedere Cura carnium condita cum vitellis ovorum
in quibus inicibus ponentur pulveres speciorum dictorum et pul-
mirtillorum Et maxime si in illis inveniuntur sumach
et berberis coquentur cum carnibus Cura vomitus
propter materiam expulsam ad stomachum ex epate et splene et
aliis membris est ut ponatur sup epar si provenit

ex epate emplastrum confortativum epatis quod sic fit Recipe
sandali rubri rosarum cum cypri mirtillorum calami aromatici mas-
tices ana ℥ s spice ℥ 1 cere ℥ 1 olei de mastice ℥ 1 olei
rosarum ℥ iiij liquefiat cum pulvere rerum aliarum et extendatur
super pecia et sparsatur aceto forti et ponatur super epar et
fasticetur et ligetur bene super locum cum fascia Si autem
ex splene materia derivaret fiat aliud emplastrum super splene
quod eum confortet quod sic fit Recipe opii cyperi calami aromatici
acori nucis cypressi ana ℥ s succi absinthii succi eupa-
torii ana ℥ 1 ij armoniaci ℥ ij cere ℥ ij olei de spica ℥ iiij
Dissolvatur armoniacum in aceto forti et cum dissolutum
fuerit ponatur ad ignem in cazola cum aceto in quo fuit
dissolutum et cum cepit dissolvi addatur oleum et cera
cum eo et dissolvatur quibus omnibus dissolutis addatur
pulvis rerum predictarum et succi predicti et incorporentur
et fiat talis incorporatio in una scutella Et si oleum
vel liquores predicti non sufficient ad incorporationem fa-
ciendam addatur de predicto oleo tantum quod bona fiat in-
corporatio et mixtura Ponatur hoc super corium et
postea super splene et ligetur bene cum fascia Hoc enim
emplastrum splene confortat et dissolvit et eius apperit opi-
lationes et superfluitates que in ipso continentur con-
sumit et resolvit Super stomachum vero ponatur emplastrum quod con-
fortat ipsum ita quod superfluitates ab aliis membris
scilicet epate et splene non recipiat quod sic fit Recipe masti-
cis thuris boli ar. terre sigillate ana ℥ s sanda-
lorum rubri calami aromatici cypri mirtillorum ana ℥ 1 piperis
longi galange talis sive stella terre croci cucumine
ana ʒ ij terantur omnia et cribrentur et accipiatur ℥ vi
olei quod fit de mastice et ℥ 1 cere et dissolvatur ad ignem
et cum dissoluta fuerint deponatur ab igne et cum eis pul-
vis supradictarum rerum ponatur vel addatur et fiat emplastrum quod
ponatur super corium et postea super stomachum et ligetur bene
cum fascia firmiter Si vero materia currens fuit colica
mundificetur cum decoctione facta ex mirabolanis citrinis reu-
barbari et mirtillis et tamarindis Post purgationem bi-
bat eius in die ante cena et ante prandium per unam horam
vinum de cortice scelle cum ℥ 1 sirupi de mirtillis vel
de agresta aut rosarum et vino stiptico limphato cum aqua
cisterne vel aqua de coctionis mirtillorum quod melius
erit In dieta et potu fiat ut dictum est super et in isto
casu possit carnes pullorum gallinarum et edorum dari comedere
Et maxime si fuerint alterata cum agresta et vino
de granatis et aliis rebus acetosis et stipticis Si aut
materia currens fuit flatica mundificetur cum decoctione facta
ex mirabolanis kebulis reubarbaro mirtillis sumach et succo
rosarum veteri Nutriatur ut dictum est cum rebus assatis simpliciter
vel coctis in testula et pastillo confortatur cum speciebus
et rebus stipticis et agrestis et vinum eius sit rubrum odoriferum
purum absque aqua si ibi febris non est Si vero esset cum fe-
bre ponatur mitius de aqua de coctione que fit ex mirabolanis indis
reubarbaro sive epithimi mirtillis et polipodio Nutriatur
et potetur ut dictum est hic in cura de vomitu colerico
et potetur similiter sive fuit cum febre sive absque febre
in isto vomitu flatico Detur ante cenam et ante prandium
de croco scelle cum melle rosarum colato et vino rubro stiptico
Si aut materia currens fuit sanguis flometur de vena

inferiori brachij uel de saphena in manu dextra et ligentur ad interiora fortiter cum corrigijs et coxe similiter et ponatur ventose magne absque incisione super epar et splenem. Et fiat ter in die de tractum stelle cum sirupo de agresta ut de mirtis uel cum mina citoniorum et aqua decoctionis mirtillorum et berberis scias. Et in vomitu ex quacumque causa fiat ligatio fortis ad interiorum et coxarum et positio ventosarum super epar et splenem absque scarificatione uel incisione sunt valde utilia. Similiter attendendum est quod mundificatio cum vomitu in omni vomitu est valde utilis si materia in stomacho contineatur. Et sic fieri vomitum cum re contraria ad humorem peccantem uel currentem. In vomitu vero qui fit ex materia in stomacho congregata procedatur in omnibus secundum diversitatem materie ut dictum est supra contra coleram nigram flegma et sanguinem et contra composita si composita fuit et 114 ratione quod illa materia in stomacho contineatur causa est cura eius.

Regimen **De debilitate epatis**

Debilitas epatis communiter appellatur cum epar non rectificat quod a stomacho mandatur aut cum diminuitur digestio in eo et quod humores generatos non mandat per venas ad membra nec materiam dare potest et hoc est aliquando vitio alicuius qualitatis ex 4or qualitatibus absque materia et cum materia. **Signa** debilitatis epatis sunt egestio similis aque carnium recentium cum ablutione et paucitas appetitus et extenuatio corporis. Si fuerit cum caliditate et cum materia et absque materia predicta debilitas, habebit infirmus in facie et in toto corpore colorem rubeum mixtum cum citrino uel citrinum purum cum mala forma corporis absque cuius inequalitate et alteratione cum dolore sentiet in dextro latere apud costas posteriores et patietur siccitatem in ore et palato et sitim vehementem et eius urina erit rufa rubea uel citrina intensa subtilis uel spissa. Subtilis cum fuerit caliditas absque materia ut cum opilatione spissa vero. Cum materia fuerit in epate multiplicata sive per opilationem sive per habundantiam eius in quantitate extra continentie ipsam. Si si fiet debilitas cum frigiditate habebit paciens in facie et toto corpore colorem album pallidum seu lividum absque inequalitate cutis et sentiet gravitatem totius corporis et lateris dextri et pigritiam et somnolentiam et eius urina erit alba subtilis uel plana seu pallida si predicta debilitas fuerit absque materia et cum opilatione. Si vero cum materia fuerit erit urina lactea uel karopos uel pallida spissa ex materia multiplicata in epate. Aut propter opilationem que impedit eius transitum ad loca debita. Aut ex rebus continentibus ipsam nimium frigiditas que materie calide uel frigide multiplicate in epate. Aut propter opilationem aut alia causa facient tumorem in pedibus et membris post longum tempus et finaliter cachexiam et ydropisim. **Cura** debilitatis epatis propter caliditatem absque materia est quod fiat emplastrum super epar quod sic fit. Recipe sandalis rubei et albi rosarum ana ʒ 1 terantur et pulverizentur et misceantur cum aqua rosarum et acetulo acri et infundatur filtrum uel pannus de lana in hoc toto cum fuerit calidum

et ponatur calidum super epar et cum tepere ceperit removeatur et loco eius alius ponatur. Ad idem Recipe succum solatri et misceatur cum pulvere sandalorum et camphore et postea cum eis aliquid aceti et fiat calidum sic totum in quo cum calidum fuerit infundatur filtrum ut prius et fiat iterando cum tepuerit ut dictum est supra. Ad idem Recipe succum portulace succum acetose a ratione ut lactucarum agresta et bibat uel succum berberis ut acetose cum aqua decoctionis lactucarum uel endivie. Abstineat a cibis calidis et vino et confectionibus de melle. Comedat succum ordei uel avene et olera facta ex cucurbitis et lactucis et borragine in quo ponatur aliquid aceti. Comedat melones et cetera et pira acetosa. Et bibat cum eis aquam decoctionis berberis uel acetose uel aquam decoctionis granatorum aut acetum cum aqua acetose aut aquam decoctionis granatorum. Aut acetum cum aqua. Si autem esset debilis comedat carnes edi predictum pullorum castrati iuvenis decoctas cum cucurbitis herba endivie uel herba lactucarum seu herba scariole et condiantur iste carnes cum agresta uel vino de granatis aut succo berberis uel acetose. Aut cum aliqua re acetosa ut agresta et consimilibus. Si vero debilitas epatis fuerit ex caliditate cum materia fiat secundum quod dictum est in omnibus et purgetur cum decoctione facta ex reubarbaro et aqua decoctionis prunorum et tamarindorum et sit pulvis reubarbari ʒ ij ut ʒ 1 s et aqua decoctionis prunorum et tamarindorum sint ℥ 1 s. Detur ante diem in matutinis et hoc sepe vice post vicem. Fiat post purgationem que fuerit cum materia et ante purgationem que fuerit absque materia trociscos berberis qui sic fiunt. Recipe succi berberis ʒ . . . seminis endivie et seminis citrulli seminis portulace ana ʒ iij rosarum ʒ ij reubarbari ʒ 1 spice ʒ s. Informentur trocisci ponderis aurei unius ex quibus detur unus cum sirupo acetoso aut cum succo granati. **Cura** debilitatis ex frigiditate absque materia est ut recipiat paciens cum oximelle composito omni mane 1 de trociscis de reubarbaro qui sic fiunt. Recipe spice mastice succi eupatorij succi absinthij seminis feniculi anisi ana ʒ ij reubarbari ʒ x. Informentur trocisci pondere aurei unius. Fiat emplastrum super epar tale. Recipe ciperi mastice spice calami aromatici granati trociscos mirre ana ʒ 1 s. dissolvatur mirra et mastix in vino et misceantur cum alijs et fiat emplastrum super epar. Trocisci alij superioribus fortiores quos recipiatur omni mane in aurora cum apozimate de radicibus sic fiunt. Recipe lacce reubarbari ana ʒ iij spice seminis apij ameos mastice granati iuniperi amigdalarum amararum tosti amara rubee ciperi eupatorij aristologie rotunde genciane ana ʒ 1 s. Informentur trocisci pondere 1 aurei. Apozima de radicibus quo predicti trocisci recipiuntur sic fit. Recipe tamarindi seminis apij feniculi ana ʒ x seminis apij seminis feniculi florum granati ameos ana ʒ v rosarum spice ana ʒ iij pistentur et coquantur cum lb 1 aque donec ad ʒ ... redeat et sumatur in potu cum trociscis prius [illegible] fuerit colata. Nutriatur cum cibis digestibilibus ut sunt carnes castrati et arietis annualis et carnes edorum capponum et gallinarum pullorum et avium que degunt in arboribus et in pratis et non in aquis. Coquantur cum herba feniculi petroselini ana uel aneti. Aut in testula uel pastillo et in veru et vitellos ovorum comedat. Condiantur cibaria sua cum pulvere qui sic fit et agresta uel

vino de granatis vel vitellis ovorum R/ cinamomi ℥ ii
cardamomi gariofili nucis muscate galange ana ℥ ii croci
ʒ i fiat pulvis cribratus Bibat vinum clarum odoriferum
purum vel mixtum cum aqua decoctionis endivie et cicoree
Si autem materia fuerit peccans cum quantitate superflua mundificetur
cum decoctione que fit ex mirabolanis kebulis reubarbaro
sene et epithimo rosis et scolopendria et melle rosato vel
ʒ unc. rosis Aut cum pillulis stomaticis alexandri vel fetidis
aut propter quas satieg[?] Item commode cum tali
confectione sem[?] et siccitate absque materia et cum materia
Ceterum hoc convenit ei quedam sunt que de proprietate valet
et removet omnem debilitatem epatis et impinguat ei
sicut sunt passule cum suis nucleis ejus debent masticari
et comedantur et fit pulvis epatis avium quod in
aere ex eo fumantur cum vino dulci vel cocto in aurora
Confortat epar et sanat omnem debilitatem
et corporum in eo inducta ex quatuor humoribus fiat causa

116

De opilatione et duricie epatis

Hic ex materia adusta vel flegmatica grossa viscosa et aquosa cum febre et aquosa sine febre Signa opilationis eorum sunt ei aquosa absque febre et gravitas quam sentit vel invenit infirmus sub latere dextro et absque dolore et gravitas digestionis aut ventris lenitas Si autem fuerit absque febre et fuerit ex materia adusta urina ejus erit citrina cum subtilitate Et color totius corporis declinabit ad citrinitatem vel nigredinem et erit infirmus cum siti vehementi et patietur pruritum et ardorem in carnibus et toto corpore Et urina inducet ardorem in virga et habitudo corporis erit extenuata et subtilis et pulsus spissus cum quadam velocitate Si autem cum febre fuerit hec signa magis intensa erunt Si vero ex materia viscosa flegmatica contigerit epatis opilatio et absque febre erit urina spissa non colorata Et habitudo totius corporis squalida et discolorata palida vel livida Patietur eciam inflationem pedum et pulsus ejus erit parvus debilis cum quadam mollicie et erit infirmus absque siti et patietur defectum appetitus et multiplicabitur sputum insipidum in eo et fiet vomitus vel nausea quandoque Si vero cum febre fuerit hec signa debiliora erunt et magis remissa Nam caliditas febrilis minuendo humiditatem vel excitando eam mitigat signa predicta sed ea omnino non destruit Cura opilationis epatis ex materia adusta absque febre cum fuerit suavis oxizacra compositum cum aqua decoctionis scariole capillorum veneris endivie et cicoree Bibat decoctionem diacurcume semper ante cenam Mundificetur cum aqua decoctionis reubarbari sene epithimi et squinanti condita cum melle rosato colato Bibat vinum odoriferum album clarum in quo ponatur aliquid aque decoctionis capillorum veneris et scariole et cicoree Comedat herbas feniculi petroselini et borraginis et carnes castrati edi pullorum et omnium avium degencium in arboribus et in pratis et non in aquis coctas cum herbis et in vero testula et pastillo Condiantur cum pulvere cinamomi cardamomi galange gariofili et croci et capitulo aceti fiat etiam condimentum cum carnibus quod sic fit R/ capitulum foliorum petroselini menthe ii vitellos ovi et bolum panis et adinvicem pistentur et cum eis aliquid ponatur de speciebus dictis et dissolvatur hoc totum pistatum simul cum aceto vel agresta et et ponatur in lebete ad ignem Hoc omnes opilationes aperit et appetitum confortat et stomachum Si autem cum febre vel calore fuerit opilatio fiat flebotomia de salvatella manus dextre et regatur cum aliis rebus ut dictum est superius preterquam ubi ponitur vel in superiori cura ponatur hic ʒ unc. Et cum vinum datur detur aqua decoctionis endivie capillorum veneris et vini de granatis vel agreste aut aceti vel detur aliquid vini debilis cum eadem aqua mixti Ungatur leviter non fricando ei omni die cum oleo de spica in quo sit aliquid aceti et postea cooperiatur cum pecia calida de lino vel filtro Cura opilationis epatis ex materia viscosa vel grossa cum accipiat infirmus omni mane in aurora vel antea cenam oximel squilliticum vel oxizacra compositum cum aqua decoctionis apii capillorum veneris et seminis scariole et endivie Aut cum vino albo odorifero fuso estate et hyeme calido Sumat diacurcumam vel diacalamentum piperion Bibat post illud vinum album Purgetur cum turbith et reubarbaro pulverizatis et mixtis cum melle rosato colato et aqua decoctionis endivie et scariole Ungatur epar cum oleo de spica in quo sit aliquid aceti et post unctionem ponatur pecia super epar vel filtrum calidum Bibat vinum purum absque aqua album odoriferum Comedat carnes et herbas coctas et conditas cum speciebus ut dictum est superius possit eciam et debet comedere allia cocta et nuces et ficus siccas cum cibis Recipiat post purgationes trociscos de eupatorio[?] cum vino et melle rosato colato et alii ʒ v tyriace cum vino Attende hic quod si epar aliquando excitetur in sereno vel ad solem et coletur et cribretur et detur cum vino cocto ieiuno post purgationem ei sanat omnem opilationem epatis et ydropisim de proprietate Et dosis eius quando pulvis ʒ ii et vinum cocti ℥ iii

De ventositate in epate

117

Hec egritudo que ventositas appellatur fit propter hoc ex materia in qua calor naturalis non consequitur ultimam digestionem immo generat ipsam materiam in fumum et vaporem ventosum qui vapor ventosus sua subtilitate et vaporositate mobili includitur in mesaraicis et vacuitatibus que circa epar existunt et moventur sicut venti et nubes et suo motu dilatantur loca illa et dolorem faciunt et torcionem Signa ventositatis epatis et in partibus ejus sunt tensio sub latere dextro que commovetur et agitatur tempore digestionis cibi et sedatio ejus per compressionem vehementem cum manibus super ipsum Et estimant stulti medici ex ista causa vel nimio dolore vel torcionibus quod sit opilatio vel apostema et rugitus circa partem ylium vel circa renes costarum ex parte dextra Et sequitur multotiens febris dolore tali Et urina apparet valde spumosa vel spissa et aliquando glauca Et cum est cum febre est urina magis colorata et magis spissa et pulsus magis frequens et debilis magis Cura ventositatis grosse subepatice ut utatur rebus carminantibus ventositatem et confortantibus ei ut est diaciminum diacalamentum piperion et diacimeniaz Et bibat bonum vinum clarum odoriferum cui non misceatur aliquid aque Et comedat allia cocta et nuces cum ficubus siccis et carnes castrati edi et avicularum annualium et carnes capparum[?] perdicum fasianorum et similium coctas in vero testula et pastillo conditas cum speciebus et pipere aliis carminantibus et ova sorbilia et spatule vitellos conditos

radicis et herbam feni greci et petroselini condita cum speciebus et pipere alliis tritis Si aut esset cum febre post in vino et aqua decoctionis anisi ut dictum est ut feni gre. anisi et tunc recipiat per clistere vasata novella ut diximus Super latus dolorosum vel granatum post milium calidum positum in sacculo Aut milium cum sale et anisi Aut absinthium pistatum et mixtum seminibus feni siseleos anisi et sale Aut recipiat pul. baccarum lauri et misceat cum cimino et sulfure et vino et post hoc totum calidum super latus Ungatur totus oleo cum oleo de spica vel oleo de lilio et de aneto

De malicia et corruptione habitudinis et est principium ydropisis

118 Cachexia est habitudo totius corporis mala antecedens ydropisim Et fit propter maliciam vel corruptionem complexionis calide epatis et frigide absque materia multa et cum materia Similiter tamen in cachexia color corporis et faciei ad albedinem et citrinitatem et inflantur palpebre oculorum et facies multociens et omnes extremitates scilicet manus et pedes et quandoque totum corpus quasi in una massa et consistit ipsam dispositionem corruptionis

Signa cachexie omnia sunt quod quandoque fit appetitus fortis et materia remanet in retentione et expulsione secundum ordines et sunt sincopis quandoque et vigilie et quandoque non Et mutantur cum ea urina et sudor et fit fetoris inflato miracy Et ventositas multiplicatur circa testiculi aliquociens Et ulcera si contingent in ea esse sunt difficilis consolidationis propter corruptionem corporis Et quandoque accidit in gingivis et origine caliditas et pruritus propter vaporem corruptum ascendentem Et fit corpus debile mollificatum

Signa cachexie propter corruptionem corporis calide epatis sunt sitis et caliditas interiorum et exteriorum que sentitur in plantis manuum et pedum aliquando cum febre aliquando absque febre et ventris siccitas multa et paucitas appetitus Et appetitus liquidorum absque sitis intensitate et rubedo urine absque dolore forti sub costis dextris

Signa cachexie ex corruptione corporis frigide epatis sunt plus ventris cum mollicie corporis et corruptione coloris cum tumore faciei et paucitas appetitus et color cum frigiditate et dolore aliquo sub latere dextro

Cura cachexie ex causa calida ut sumat potiones cibus in die in aurora et ad horam tertiam syrupum acetosum vel oxizacra cum aqua decoctionis cicoree endivie scariole sc. lactuce aut acetose vel cucurbite Comedat carnes assatas super prunas vel in veru et aquis bonis pisces quorum carnes sunt absque viscositate et sunt frangibiles et boni odoris et cum istis dicimus si pisces essent squamosi tunc carnes eorum essent meliores Hec sunt dicte bonorum piscium Comedat carnes arieti et castrati et arietis annalis et pullorum et vitulorum conditas cum aceto vel agresta aut vino et ungatur cum succo suavis aut berberis Bibat vinum limphatum odoriferum aut cum aqua decoctionis endivie scariole cicoree aut lactucarum Purgetur sepe cum reubarbaro et turbith et aqua decoctionis prunorum scariole ut plantaginis endivie aut portulace vel andici super epar post epthema

factum ex absinthio psilio acetosa flore camomille et farina ordei et succo eupatorii vel herba eius passis. comede comede herbas feni petroselini et lactucarum atriplicis portulace et scariole et aquis ciceris et scariole fabarum ordei et debent ista cibaria condiri cum pul. pul. specierum qui sic fit ex cardamomo cinamomo galanga et croco

Cura cachexie ex frigida causa et ut sumat vinum odoriferum clarum absque aqua yponticum et comedat carnes assatas et friyxas et alia cocta et unctas cum fructibus siccis et herbam feni et petroselini trifolii aneti et aquam et vitellos ovorum et condiatur ista cum pipere et longo pipere cardamomo cinamomo gariofili nuce muscata et croco aut sinapi vel aliquo alio condimento calido sapore Et recipiat anisi mane in aurora et ad horam tertiam oximel compositum vel scilliticum cum aqua decoctionis capillorum veneris anisi aut asari seu eupatorii et mellis Mundificetur cum pillulis fetidis vel stomaticis alhandal ut cum reubarbaro et turbith mixtis et incorporatis cum melle et aqua decoctionis capillorum veneris vel anisi aut asari seu eupatorii aut anisi vel anisi Ungatur epar cum oleo de spica et ponatur emplastrum super epar quod sic fit Recipe asari absinthii capillorum veneris anisi fecule lupinorum aquam decoquantur et pistentur et incorporentur cum oleo de spica liniti Sepe recedat diatrion piperion vel electuarium de cardamomo Semper attendas quod cachexia fuit facta a causa calida aut frigida semper habundat materia frigida et opilatio epatis hoc est ut in alteratione et mundificatione procedatur cum rebus apperientibus et moventibus materiam frigidam et opilationem

De ictericia et speciebus eius 119

Ictericia est defedatio cutis absque inflatione que est citrina vel viridis et alia nigra Et fit citrina vel viridis vitio epatis frigidi aut ut plurimum fit vitio splenis et fit aut ictericia vitio epatis quandoque propter multam caliditatem epatis in se ipso nam Aut quia calefactum est ex cibis aut ex medicinis calidis vel a parte calido aut opilatione Aut propter multitudinem coleram Aut propterea quia natura expellit eam ad exteriora aut ex morsu animalium venenosorum Aut propter debilitatem fellis in attractione colere

Signa ictericie propter multam caliditatem epatis in se ipso non sunt colores citrini semper In albugine oculorum est semper citrinitas Et non accidit eis magnum nocumentum nisi cum illud superfluit in eis et eorum vene sunt valde ampla et manifeste Et urina intensa valde semper videtur

Signa ictericie ex a parte calido sunt quod fit ex cibis calidis vel medicinis calidis vel potu vini fortis puri et quod advenit post febres, quotidiana et dolore lateris dextri sub costis et quod urina est rubea spissa vel viridis Et pulsus durus et velox et frequens cum quadam asperitate quod sentit in pulsibus digitorum tangentium

Signa ex multitudine colere in quantitate sunt quod egreditur cum vomitu colera ipsa et plurimum ventris scilicet ictericia semper emanat

in eodem statu Et urina apparet rubea spissa et etiam vi-
ridis multotiens absque febre, Ictericia vero que fit ex
opilatione cum causetur diversis opilationibus diversas vias
et signationes Nam opilatio que inducit ictericiam Aut
est in orificio cistis quod adheret epati et est in epate ipso
Aut est in orificio per quod expellitur colera ad intestina
Aut est in orificio quo colera mandatur ad stomachum Signa
ictericie propter opilationem factam in epate ipso sunt grav-
itas in latere dextro Et quod egestio fit alba paulatim
et urina alba paulatim et hoc est totum cum epar retinet
propter sui debilitatem totam coleram ita quod nichil de ea mittit
cum urina Aut quia virtus discretiva epatis non facit
illam discretionem in superfluitatibus ita quod tota colera re-
tinetur in epate et venis cum humoribus et nichil de ea
mandatur cum urina quod fit multotiens et sepe in ista
opilatione tunc urina in ista ictericia ex ista opi-
latione apparet spissa turbida rubea et est in fine ab-
sque vomitu et amaritudine oris eo quod nil de colera
aut quasi parum mandatur ad stomachum Signa icteri-
tie propter opilationem meatus quo colera mandatur ad
intestina sunt quod fit subito egestio similis egestioni ca-
nis Et quod ista ictericia fit fortis subito et diffi-
cultas exitus fecis et intensio ictericie Et si epar
remanet minus debile in expulsione superfluitatis
ad loca alia vel virtus discretiva epatis non discer-
neret in superfluitatibus tunc cum illis fortius fieret
et videtur citrina remissa Sed si predicta duo non contingunt
in epate fiet urina valde tincta et spissa propter dupli-
cationem colere que mittitur cum urina Et apparet aliquando
vomitus colere et oris amaritudo in ista ictericia
et oris amaritudine quam in ictericia que fit propter debi-
litatem corporis fellis ab attractione de qua inferius
dicemus Signa ictericie propter opilationem
meatus quo colera mandatur ad stomachum sunt quod urina
et egestio sunt grosse rubee sicut bolus propter nimiam re-
effusionem colere ad intestina Et quod in fine est
absque omni amaritudine oris et sine vomitu colere quod
quod non est sit in aliis ictericiis ex toto Signa
ictericie que fit in morbis acutis sunt quod fit post febrem
et diem relicta et fit subito et spargitur per totum
corpus Et fit aliquando non in die critica vel ad
septimam diei in febribus malum Nam ut dicit Gal-
ienus hec ictericia aut a . duo significat scilicet nature debili-
tatem et habundantiam et multitudinem materie quam
rectificare non potest ipsa natura Signa ictericie
ex morsu animalium sunt manifesta ex re ipsa que subi-
to advenit et infert dolorem et lesionem in membris
secundum naturam animalium Signa ictericie ex debilitate
corporis fellis ab attractione sunt nausea et vomitus
colere absque gravitate in epate et amaritudo oris et
sitis et urina tincta valde Signa ictericie
nigre cum non fiat secundum plures Aut nisi ex redundatione
malicie ad epar propter opilationem factam in meatibus
quibus malia mandatur ad splenem Aut propter opila-
tionem factam in ipso splene Et aliquando ictericia nigra
fit ex epate Et sic manifestum erit in infra Sunt
quod in ictericia nigra est duricies et gravitas splenis
et in splene vel tumor et pondus in latere sinistro sub
costis et urina apparet nigra et ista ictericia recentem
vitio splenis vel meatuum eius non antecedit in raro
ictericia citrina vel viridis immo incipit per se Signa
ictericie nigre que fit vitio opilationum meatuum colere
vel epatis antecedunt ictericia citrina vel viridis antecedit
urina nigra quam in ista ictericia nigra facta vitio
epatis apparere solet Scias ut vult Avicenna libro 3o
tractatu de ictericia quod urina viridis vel nigra in omni
ictericia contingit quibus sit quanto magis spissa et nigra
fiunt tanto epar magis sanum et forte in expressione
malarum superfluitatum significat et ita verum est si sapiens
in hoc remote consideraverit Cura icteri[c]e
propter caliditatem multiplicatam in ipso epate per naturam est
ut alteretur epar et infrigidetur cum rebus acetosis videlicet
vino de granatis et agresta vel cum succo berberis
aut aqua decoctionis eius cum quo in fine rape debet
in materie et sepe oxizaccara vel sirupum acetosum compositum
vel aquam acetose Bibat vinum album debile limphatum
valde ita quod aqua sit dupla ad vinum Comedat
carnes caccabatas cum cucurbita lactucis a portulaca et
conditas cum agresta vel vino de granatis seu aceto
aut sumach aut berberis et herbas lactucarum et
spinachiarum et sepe comedat cum aceto et elixatas
vel vitellos ovorum cum supradictis condimentis et pisces
sanos electos conditos ut dictum est in carnibus
Sed pisces in isto casu non conveniunt elixari sed assari
et postea condiri ut dictum est cum acetosis et rebus ha-
bentibus acetositatem Super epar continue quod potest oleum
rosarum mixtum cum aliquantulo aceti Et epithimetur epar
cum pecia vel filtro infuso in succo solatri aut
acetose aut lactucarum in quo succo potest pulvis san-
dalorum et rosarum et aliquid aceti vel pulvis aliarum rerum
consimilium et erit hoc valde utile Cura ic-
tericie propter apostema calidum est prius flobotomia de salvatella
manus dextre si corpus fuit plectoricum Si vero plecto-
ricum non fuerit fiat flobotomia de eadem parte et mundificatio
cum reubarbaro et aqua decoctionis priorum In dicta
potu et cibariis et emplastris fiat ut dictum est
supra in cura apostematis calidi epatis Cura icteri-
cie ex multitudine colere est ut sepe solvatur cum de-
coctione que sic fit Recipe mirabolanorum citrinorum ℥ j prunellarum
et bulliatur cum x prunis ℥ vj aque donec sit con-
sumpta medietas Coletur et in illa colatura ponatur
℥ j reubarbari et dimittatur sic per horas vj et postea
coletur et fortiter exprimatur et in illa colatura addatur
℥ j sirupi de nenufare ut sirupi rosarum et detur
hoc totum in matutino Et si reubarbarum ponere
nolueris ponas in decoctione loco eius ℥ j scamonee
electe ut grana vj aut v quod melius est Et si scamoneam
ponere nolueris pone de non cocta ij ut in una
in decoctione et erit valde bonum et utile Bibat
mane aut post prandium et in cena oxizaccaram ut sirupum
acetosum cum aqua decoctionis lactucarum vel endivie
vel scariole seu citoree Comedat succum fetum

ex farina or. uel auene sup quam ponatur aqua de agresta uel vino de granatis Comedat etiam portulacas cucurbitas lactucas conditas cum agresta uel vino de granatis uel sumach aut berberis Comedat etiam carnes edi vitulorum castrati iuuencis uel pullorum conditas cum eisdem succis et coctas cum herbis dictis Bibat vinum album debile multum limphatum Aut bibat agresta ut vinum de granatis seu aceto cum aqua decoctionis scariole cicoree et similium Pisces bonos et de bonis carnibus assatas et conditas cum agresta uel aceto et similibus Comedere et in vnctionibus et epithimatibus fiat ut scriptum est super in cura ictericie propter caliditatem multiplicatam in ipso epate Cura ictericie propter opilationem factam in ipso epate est si fuerit cum caliditate manifesta febrili aut alicuius conditionis et cum vrina valde rubea et virtute debili ut Regatur cum aqua decoctionis endivie cicoree scariole lactuce acetose et similium et detur talis aqua cum sirupo acetoso composito uel oximelle quod melius erit uel fiat de sirupo quod sic fit mane et sero in cena et ante prandium cum ℥ iii aque decoctionis herbarum predictarum Recipe scariole endiuie lactucarum cicoree melliloti ana m. i scolopendrie acetose politrici adianti capilli veneris ana m. i prunarum numero xx seminis melonis cucumeris cucurbite citrulli cipi capparis acori ana ʒ i pistentur et bulliantur in lb iiii aque donec medietas sit consumpta coletur et in illa colatura addantur lb ii zuccari uel mellis et reducatur ad ignem et coletur et postea sirupizetur Purgetur sepe cum reubarbaro et aqua dicta cum quo fit potus atque zuccari uel mellis Comedat carnes edi castrati arietis animalis et pullorum coctas elixatas cum herbis predictis uel in pastillo aut in testula conditas cum aceto uel vino de granatis uel succo berberis aut sumach Utatur etiam cum pulvere qui sic fit Recipe cinamomi cardamomi ana ʒ iiii gariofilorum croci galange salis ana ℈ i fiat pulvis cribratus Comedat etiam herbarum spinachie et feni et cucurbitas Comedat farine or. auene uel spelte conditum cum vino de granatis uel agresta aut comedat aquam ciceris in quo cocta sint semina herbarum predictarum Bibat vinum album et cretium odoriferum limphatum cum aqua decoctionis acetose uel cicoree Comedat sepe de tara tria sandalo mixto cum rosata nouella Passus etiam purgari et eius et vtilitatem cum reubarbaro et turbith mixtis et dissolutis cum aqua de decoctionis acetose cicoree et prunorum Aqua cuscute est mirabilis ad hoc Experimentum quod probaui contra antiquam ictericiam et in eam quo non recipit aqua de tercio sic fit Recipe absinthii viridis arculai lb i pistetur bene et post fit et decoquitur in lb vii vini albi donec v remaneant Coletur et de tali colatura sumat paciens in aurora ℥ iiii omni die et ante cenam ℥ iii curabitur ictericus in paucis diebus cum abstinentia dicte dicte et dicende Cuida addunt propter amaritudinem lb ii mellis et non nocet confortat appetitum et aperitiuum facit ℈ aqua de decoctione politrici et adianti epatice et scolopendrie et eupatorii endiuie Si autem ictericia ex opilatione absque febre et quod caliditate manifesta fuit Sumat omni die ante cenam et in aurora ℥ i ℈ mellis conpositi cum ℥ iii aque decoctionis capparis uel acori aut assari uel cum aqua decoctionis seminis epithimi poli

podii et mellis Purgetur sepe cum pillulis fetidis aut cum pillulis dissolutis et mixtis cum melle a melle rosis colato uel cum reubarbaro et turbith mixtis cum vino albo et melle uel melle rosato colato Aut cum aqua decoctionis seminis epithimi scolopendrie et polipodii et seminum granati ana pari et reubarbaro et fiat clisteria ex aqua sicle uel blete oleo melle et coloquintide ℥ ß et ℈ quintulo salis Comedat ante prandium et ante cenam bradium caulium uel porrorum uel sicle calide actu Et sit in epate cerota lb ß Et carnes coctas cum eisdem Et cum eis vtatur sinapi uel sapore facto ex alliis coctis cardamomo et aceto fortissimo Comedat carnes arietis coctas cum feno et petrosilio et caulibus et porris perdices et fasianos et pullos gallinarum et columbarum Et gallos coctos in pastillo uel testula aut vero in quibus cocta sint allia cum passulis et semine feni Condiantur cum pulvere qui sic fit Recipe cinamomi ℥ i cardamomi gariofilorum piperis longi piperis nucis muscate galange salis ana ʒ i croci ℈ ß fiat pulvis cribratus semper in omnibus cibis et consimilibus condimentis ponatur acetum quod multum facit penetrare omnes medicinas et condimenta ad interiorum profunditatem Bibat vinum clarum album odoriferum in quo non ponatur aqua aut parum ponatur de aqua decoctionis feni aut capparis seu acori siue seminum granati Vtatur sepe ante prandium et ante cenam electuario de cardamomo ut diacurcuma maiori Confortetur epar cum epithimo facto in cura apatis duri in epate Cura ictericie ex opilatione meatuum quibus tota vadit ad intestina tale fiet est ut in primo fiat cum clisteribus lenibus Et purga cum acutis et ssalit cum opilo in istis meatibus absque febre fiunt Ex aqua sicle uel caulium et ex oleo oliue uel oleo violarum melle uel zuccaro et ℈ quintulo salis et medulla cassiefistule Si vero absque febre fiunt fiunt ex aqua porri uel caulium seu sicle et oleo oliue et melle et quintulo salis et ℥ ß agarici et ℥ ß coloquintide Purgetur etiam sepe cum reubarbaro cassiafistula et turbith et aqua decoctionis prunorum seminis et epithimi uel aqua decoctionis politrici adianthi polipodii radicis apii petrosilini sparagi et brusci In dieta et potu electuariis et emplastris et saporibus et pulveribus quibus est cum febre et absque febre fiat ut dictum est in superiori cura ictericie Fiat etiam flebotomia in omni ictericia de saluatella manus dextre que est inter anularem et auricularem digitum siue sint cum febre siue absque febre Pro quibus vrina in principio visa fuerit spissa colorata uel colorata multum quibus spissa non fuerit tamen vtilis erit valde Cum autem cura ictericie facta fuerit cum medicinis interioribus et diffinitionibus et remanebit citrina in oculis et in facie curetur illa citrina que remansit in illis locis cum balneis decoctionis camomille et rosarum ablutione cum aqua et aceto Cura ictericie que fit in die cretico uel que fit expulsione colere ad cutim est ut iuuetur natura in expulsione illius colere ad exteriora uel eius extinctionem cum aquis decoctionis aquarum florum camomille et aneti Et tamen sepe recipiat sirupum acetosum conpositum uel oxizaccara cum aqua ca. Aut oximel conpositum cum aqua decoctionis prunorum et radicum feni capparis et purgetur

tum reubarbaro et aqua decoctionis prunorum Et obseruetur
dieta cum potu superius dicta sicut est dictum supra. **Cura**
ictericie ex morsu venenosorum est sumere in potu lac
aut oleum amigdalarum deinde aquam conuatorum a vinum
decoctionis cum aqua endiuie vel tiriace quod melior est Cli-
sterizetur etiam cum clisteri dicto et mundificetur cum
reubarbaro et curatur sicut ictericia cum supra Sed de ista
cura libro 3° in illa parte de veneris largius et melius
loquemur **Cura** ictericie propter debilitatem corporis fel-
lis in attractione est eadem cum illa que est propter opilationem
meatus adherentis epati Nam omnia que confortant
epar et confortant fel et econtrario Et que conferunt epati in
isto casu conferunt felli propter alligationem et affinitatem
istorum membrorum ad inuicem Unde in cura ictericie preue-
nientis ex istis causis diuersis in situ quia quedam sua vim
perficiunt et alia proderunt et econtrario ex vna affinitate et
colligationis positionis **Cura** ictericie nigre
vicio splenis fit et debet fieri sicut superius dictum est ca[usa] opilationis
magnitudine et duricie splenis cum supra Et absque hoc
fiat ei clisteria sepe que valde vtilia sunt ex aqua de-
et multis causis sicut iam apparuit in signis et ipsis apparebit in cura. Nam omnis talis fluxus curetur semper cum suo contrario et parte cibi et potus et ex parte medicinarum. Convenit tamen ut ponens unam considerationem tantum particulare propter curam predictam. Aliter enim posset error in eadem in cura fluxus. Si ergo fluxus contingerit ex debilitate retentionis cibi a stomacho et intestinis propter motum laxativum, propterea cura erit ut fiat semper et quies post comestionem et ut cibi eius essent confortati cum rebus stipticis que faciunt ipsos cibos in stomacho et intestinis longius permanere ut sunt cotidiana que fiunt ex sumach vel agresta et mirtis et berberis et similibus. Et ut in fine bibat bonum vinum rubeum stipticum et grossum cum cibo parum tamen. Et ut cibaria sint non elixata sed in veru et similibus tostaria. Et quod stipticum et grossum comedatur magis quam subtilia. Confortetur etiam cibaria sua cum pulvere qui fit ex galanga pipere longo et croco. Si autem fluxus fuerit quia cibus in se ipso facit illud quia est lubricus viscosus et subtilis aut pinguis aut plurime quantitatis, aut cibus in ipso est utrumque plurima, et hoc totum medicus sciet per exinquisitionem super infirmum de cena cibi precedenti vel precedenti plusquam perfecti. Curetur si cibus est lubricus viscosus cum rebus assatis vel coctis in pastillo et testu … conditis et confortatis cum pipere et pipere longo galanga cubebe carpobalsami cinamomi nuce indica gariofilis nuce muscata et croco et cum agresta ut sumach et mirtis berberis et vino de granatis. Post illud parum bibat et quiescat et dormiat post comestionem. Et idem faciat si fuerit cibus pinguis vel plurimus. Ponatur tamen in balneo ille qui patitur fluxum propter cibum pollutum et sit balneum tepidum aque decoctionis camomille et melliloti rosarum et foliorum salicis et nenufaris. Sumat post exitum ex balneo ℥ … electe cum ℥ ii syrupi de mirtis vel de agresta vel de berberis vel de sumach et erit bonum. Ille vero qui patitur fluxum propter quantitatem multam ciborum assumpta non indiget nisi abstinentia et confortatione stomaci cum diagalanga vel rosata novella vel diarodon. Bibat vinum bonum rubeum tamen parum calidum hyeme frigidum estate. Cibaria eius sint valde digestibilia et pauce quantitatis ut sunt carnes perdicum fasianorum turturum … gallinarum et consimilium. Condiantur … ut dictum est supra. Nam electuaria pigmentaria … possunt sumi in prima quantitate in isto casu et erunt satis utilia. Si vero fluxus fuerit propter multitudinem flatus in cibis quod scietur ex albedine fluxus et multitudine sputi et paucitate … et similium et quod in egestione erit viscositas curabitur cum vomitu et cum purgatione ex … vel cum purgatione que fit ex mirabolanis kebulis … mastice … cum medicinis de turbith et vino rubeo stiptico calido actu et cum cibis et potibus dictis supra et in fine confortetur … patiens fluxum ex ista causa diacitoniton … diagalanga et diarodon … [illegible] et

sepe et optima cibaria variata. Si autem propter mollitiem stomaci et eius repletionem fluxus contigerit cuius signa sunt hic supra propter quod in isto casu non est vomitus … ergo. Curabitur cum electuariis dictis et non purgabitur nec per vomitum nec per flebotomiam. Et recipiet sepe triacam cum mirra de citoniis et vino potico et dieta eius erit sicut dicta dicta. Si autem propter pustulam que in stomacho est et intestinis provenit quod scies quia excitatur post cibum dolor in stomacho et intestinis in loco in quo non inveniebatur ante cibum. Et cum cibus descendit a loco illo sedatur ille dolor et commovetur in loco alio inferiori illo deinde sedatur et non cessat … Et quod est in egestione virus subtile et cibi exitus sua dispositione non alterati sunt omnino aut non alterati plurima alteratione. Curabitur cum cibis acetosis et stipticis ut sunt carnes tacte et condite cum agresta sumach et rob citoniorum et piriorum et vitellis ovorum … Et sicut sunt vinum de granatis et syrupus de agresta et eius syrupus rob et syrupus mirtillorum et vinum eius erit potum … cum aqua cisterne aut cum aqua decoctionis mirtillorum vel citoniorum aut pirorum. Sumat sepe trociscos de acetosa de … et pulvis de granis granatorum vel de granis dactilorum et de granis uvarum cum mirra de citoniis vel cum syrupo de agresta vel de mirtillis de citoniis … Aut cum syrupo de … vel rob quod fit … Purgetur cum reubarbaro et mirra citoniorum vel cum syrupo de mirtillis et similibus. Cum autem fluxus contigerat propter lubricitatem acuitate in superficie stomachi et intestinorum quod scies per exitum ciborum non alteratorum aut parve alterationis et quod sunt velociter exitus cibi et descensionis … si non movetur in fine. Si vero non movetur in fine sunt tardioris exitus et sentitur gravitas cibi descendentis subito precipitati ad inferiora … Curabitur cum electuario de psilio quod sic fit. Rx. siliquarum balaustiarum de spina balaustiarum … fructus tamarisci ana ℥ x … ℥ xvi … passularum … ut althaea lb i … lb … ut althaea lb … fiat electuarium cum … vel electuario de … vel de gallis. Et sumat pulvis de granis granatorum et similium et dimittat … Et nutriatur cum carnibus assatis super prunas et in veru conditis ut supra dictum est et bibat vinum potum mixtum cum aqua … Purgabitur cum decoctione facta ex mirabolanis kebulis et emblicis … cum mirra de citoniis et syrupo de agresta et similibus. Cura eius que fit a multitudine effusionis colere nigre ad os stomaci est ut fiat … basilicon … cum decoctione epithimi mirabolanorum indorum … rosarum rubearum et … rosarum veterum. Et post istud ponatur ventosa magna absque scisione super splenem. Sumat sepe … mixtum cum

zucco ros. veteri Aut cum rosata novella aut cum diacitoniten cum zucco, fiant sepe clisteria mundificatiua ex aqua epithimi cum melle ros. deinde subsequantur clisteria stiptica que fiunt ex aqua decoctionis psidiarum et gallarum et melle ro. et vino pontico Et at sepe mundificatis puluis de epithimo cum ros. Aut cum mirra de citoniis In aurora autem sumere de sorbitionibus factis ex grodiis factis ex gallis pinguibus et grodio panis Nam tales sorbitiones confortant maxime et impinguant et incarnant intestina et eadem defendunt a corrosione quia ista colera nigra sua acuitate et venenositate corrodendo intestina mortem inducit Vnde ypo. particula quarta afforismorum. Dissinteria si a colera nigra incepit mortale Potest ex vino stiptico limphato cum aqua decoctionis pirorum aut citoniorum uel mirtillorum Comedat carnes arietum et gallinarum coctarum et conditarum cum ros. uel agresta et mirra uel cum succo berberis et coquantur in pastillo uel vitro aut testula et alii in lebete cum piris et citoniis et mirtis In isto fluxu requiritur spissia mundificatio maxime cum confortatione intestinorum et sol. et incarnatione et consolidatione accumulatur eius materia ne incidet in corrosionem inferi et fiat ut dixit ypo.

Cura eius que fit ex catarro ut plate descendente a capite ad stomachum et intestina est primo mundificare ipsum cum piris aut cum pill. cochijs et comedere sepe de electo de thure et comedere carnes arietis et vitulorum coctas non in aqua et auium et pullorum conditas cum pul. qui fit R. cubebe cariophilorum ana 3 ii piperis longi piperis galange nucis muscate gariofilorum ana 3 i [illegible] 3 s Abradatur caput et fricetur fortiter cum panno aspero Et emplastretur cum sinapi et allijs ita ut vesicetur uel cum [illegible] Et fiat [illegible] cum [illegible] Et gargarisetur cum melle ros. et sinapi et mastice et thure uel cum oxi. composito et electo de thure Non dormiat in die Nec super tenuitate stomachi permaneat post comestionem et fiat vomitus cum aqua ca. Post expergefactionem bibat vinum al. limphatum et sit non acutum Talem recipiat dietam ut supra dictum est Et sit sciens quod fluxus iste vertiflorum et fit cura talis per curam catarri et in capitulo de catarris fecimus mencionem

Cura eius qui fit propter multitudinem cibi et ut mensuretur comestio cum quantitate que non plurimum Et si leditur propter vehementiam appetitus Accipiat cum comedit ex cibo dulci unctuoso buccellam panis infusi in oleo aquo Et comedat aquam rem modica ex luto aquo ut luto armeno

Cura eius qui fit propter eorum errorem in comedendo et ordine eius est altatio illius ordinis et confortare intestina et stomachum in cibis et potibus dictis

Cura fluxus qui fit propter multitudinem potationis aque super cibum est bibere vinum permixtum ut scriuet sedatio sitis et moderatio aque et cito ad simplicium reverti et vti diacitoniten ante comestionem uel electo de thure Aut de citoniis coctis aut piris aut castaneis et teneat aquam in ore quod sedet siti et est conveniens in hoc nitum

Cura illius qui fit propter pauitatem expulsiue expulsiue corporis est exercitium forte et longum et fricatio fortis cum panno aspero et sudare in balneo sicco multum et parum comedere et comedere res que de facili expellantur ut carnes pullorum edorum et pullorum columbarum Et non quiescere in die sed quod posse est laborare et moveri Et tunc hoc quod clisteria mundificatiua sunt valde vtilia in omni fluxu ventris Atque succedunt clisteria confortativa et stiptica Et peractum cum sanies uel rasura intestinorum expellitur ut in excoriatione et quod ruptionem apparet contingit de his clisterijs in antidotario plenam faciemus mencionem et maxime si egritudo fuit in inferioribus intestinis habet locum quod diximus

De fluxu ventris propter errorem in ordine comedendi 129

De isto capitulo de fluxu absolute dicto superius est facta mencio Vnde in hac loco pauciora dicemus Verum tamen hoc quemuis quod error inductus in comestione facit in digestione et indigestio est cum multiplicationis superfluitatum in stomacho et intestinis Et multiplicatio superfluitatum in locis dictis villos intestinorum et stomachi mollificat et laxat et hoc fluxum inducit Conditiones que impediunt digestionem sunt quatuor Prima est cum multa cibaria et diuersa diuersarum materierum sumuntur vna hora 2a est cum grossum sumitur cum subtile et econverso 3a est quando multa cibaria cum iure habente micas panis sumuntur 4a est cum inter principium et finem prandij multa fit mora Et hoc volt Almansor libro 4o capitulo de vitatione tibi cauendum etc alii omnia apparet quod error in modo comedendi ventris fluxum inducit uel inducere potest

Signa fluxus propter errorem et modum in ordine sunt quod res subtiles et molles et pingues antecedunt in comestione et in fluxu debet fieri contrarium Et quod virtus expulsiua est fortis in eo ut est notum in infirmo Et virtus retentiua debilis Et quod infirmus sentit et scit quod cibaria non faciunt moram in eo nisi sint stiptica

Cura et principaliter quando subtile comeditur et liquidum et pingue ante grossum et stipticum **Cura** eius est ut infirmus sit contentus in re vna in prandio et in cenis Et sit eius cibarium stipticum assatum aut in testula uel pastillo conditum cum agresta et vitellis ouorum et speciebus ut cum vino de granatis aut de berberis Bibat vinum rubeum stipticum absque aqua et hoc in hyeme Estate vero sit limphatum cum aqua mirtillorum uel sumach uel berberis Refficietur stomachus cum diacitoniten facto cum speciebus uel cum diagalanga uel cum electo de thure parum bibat et parum comedat preter vna et parte cum habilitet

De debilitate renum 137

Debilitas renum fit aliquando ex alteratione complexionis aliquando ab extenuatione eorum Aliquando propter dilatationem venarum ita quod superfluitates decurrunt plurimum debeant ad ipsos et sunt grosse albe mixte cum rubedine

Signa debilitatis renum ex complexione sunt significantia caliditatem aut frigiditatem renum ut loci caliditas uel frigiditas cum dolore Et quod visus rerum

Frigiditatem aut caliditatem noceat aut conferat et coloratio aut discoloratio urine cum multitudine ut paucitate nam multitudo urine et sitis continua caliditate renum significat. Et si cum hoc non humectatur os per potum aque et urina fuerit alba subtilis ut aqua et raro minuitur tunc renum caliditatem renum significat. Et est timendum ne iste ad ethicam deveniat. Contraria signa frigiditatem significant. Signa debilitatis propter extenuationem sunt signa superfluitatis extenuationis corporis sicut sitis extenuatio membrorum. Et quod urina renium in pinguedinem corpus confert. Et quod urina est multa alba limpida et absque superfluitatibus grossis in ipsa. Signa debilitatis renum propter dilatationem viarum per quas humores et superfluitates mandantur ad renes sunt quod urina apparet cum superfluitatibus albis ut vinum in modum loture carnis et est absque dolore sensibili quia non sentit in dorso aliquem dolorem non intensum et paucitas appetitus coitus. Et quod mingit sepe superfluitates dictas cum urina pauca ut plurimum.

In cura debilitatis renum ex complexione attendendum quod debilitas ex ista causa magis mansiva et perseverans est quam ex aliis causis et debet curari. Si aut debilitas fuerit ex complexione frigida conforte renes cum oleo de spica et oleo de mastice et cera mixtis in modum unguenti. Et nutriatur cum carnibus castrati arietis et edi coctis cum feniculo et petrosilino et borragine et carnibus avium coctis in pastillo et testula aut veru conditis cum menta aut petrosilino. Et sinapi facto cum ros. aut pulvis specierum qui sit. ℞ piperis lon. ʒ ij ciamoi ʒ i amcos amoi an. ʒ i cardamoi gariofili nucis mgte an. ʒ 1 5 croci ʒ 5 fiat pulvis cribratus medie rubeis. vinum clarum odoriferum bibat limphatum cum aqua decoctionis mellis et galange. Comedat certa vitellos ovorum conditos cum speciebus dictis et herbis feniculum petrosilinum et borraginem menta et salvia. Si aut non fuerit ibi frigida apium vel petrum mundificetur cum aqua decoctionis cucurbite et reubarbari scolopendrie apii seseli amcos dulcoretur cum melle aut cum melle ros. Super renes fiat emplastrum cum cera et laudano mastice et mirra unite thure oleo de mastice. Si aut non curatur per hoc fiat cauterium super locum ubi sentitur dolor et non impungatur minime et dimittatur apertum longo tempore. Nam de potestate tale cauterium alterat complexionem frigidam cum humore et absque humore. Si vero debilitas fuerit ex complexione calida conforteantur renes cum unguento quod fit ex oleo ros. et cera vel oleo de papavere aut oleo de mirtillis et cera. Et ponatur emplastrum factum ex sandalis et rosis campho. et farina ordei et oleo ros. et aliquantulo aceti super ipsos. Si aut non fuerint puri talia mundificentur corpus cum aqua decoctionis reubarbari lactucarum endivie ros. et tiorice vel seminum cucurbitarum melonis et citrulli et dulcoretur illa aqua cum zuccaro vel ros. Nutriatur cum carnibus dictis coctis et conditis cum agresta et succo berberis vel vino de granatis vel cucurbitis lactucis endivijs et rapis. Nam rape valde utiles sunt in hoc casu. Bibat vinum lipticum limphatum cum aqua frigida vel cum aqua decoctionis endivie lactucarum ros. mirtillorum et cucurbitarum. Comedat etiam rapas cucurbitas farrum rizum et vitellos ovorum conditos cum lacte amygdalarum et agresta et vitellos ovorum cum vino de granatis vel succo berberis ut mirtillorum et de herbis comedat lactucas portulacas endivie et conditas cum eisdem rebus. Et iaceat corpore supino super terra frigida ita quod renes tangat ea et super lectos frigidos de ros. et spodio.

Cura debilitatis propter extenuationem est eadem cum cura debilis stomachi ex dominio siccitatis preter quod unctiones que fiunt circa stomachum in cura illa fiunt circa renes et spina in ista. Et propter hoc in cura ista ungatur sepe renes et spina tota cum populeon oleo ros. mixtis. Et comedat ordea gallinarum pinguium et similium. Bibat sepe restaurativum mixtum cum dragagantum et abstineat a coitu tamquam a re mortali et consimilibus. Cura debilitatis renum propter dilatationem meatuum est ut ungantur renes cum oleo de mirtillis et oleo de mastice mixtis cum cera. Et super renes ponatur emplastrum factum ex sandalis mumia bolo ar. et ros. et bolo ros. et dragaganto gummi arabici et farina or. et aliquantulo aceti. Comedat carnes assatas et avium conditas cum agresta ut vino de granatis vel succo berberis ad de mirtis et vitellis ovorum et pul. de mirtis et ciamomo. Bibat vinum lipticum limphatum cum aqua decoctionis rosarum et aqua mirtillorum aut berberis. Et fiat flacu. de pede ex eadem pro doloris si corpus non fuerit pletoricum. Si vero corpus pletoricum fuerit fiat de gulo pede. Utatur sepe trociscis de spodio aut de spodio vel de berberis cum aquis dictis et vinis. Comedat ris. farrum et farina et farina or. et panicum et fabas conditis cum agresta aut vino de granatis et pul. supradicto. Abstineat a provocantibus urinam et coitu etc.

De duritie in renibus

Durities in renibus fit aut per apostema a quo subtile resolutum est. Aliud incipit a se et fit a materia gipsea vel mixta vel composita ex his. Et hec consuetudo est dolore et aliis quod aut male curatur aut nullomodo curatur. Signa duritiei in renibus sunt cum indurantur quibus urine et per hoc quantitas renum et spine cum aliquo dolore et incipit venter inflari post tempus et fit ydropicus per dies ut plurimum fit durities per apostema calidum in renibus et post febrem. Cura duritiei in renibus est ut fiat emplastrum de malvavisco decoctum in capite antiqui super renes et dorsum et fiat in unctio cum unguento facto ex adipe renum hirci vel edi aut arietis liquefactis et mixtis cum cera et oleo de camomilla. Aliud fiat in unctio super renes 140

et dorsum cum medulla ossis cruris tauri vel vituli aut cervi. Bibat bis in die ante cenam tantum confectum ex compositum cum aqua decoctionis ordei et mellis vel succis malvavisci et mellis et hoc est melior. Mundificatio semel in ebdomada cum aqua decoctionis herbarum succis malve et altee et apii et dulcorentur cum sirupo de nenufare vel sirupo violis. Regatur cum dieta et potu ut dictum est capitulo superiori in cura apostematum. Tempore quo febris minuitur aut removetur

141 **De ulceribus in instrumentis urine scilicet intra virgam renes et emunctoria**

Ulcera vesice et renum fiunt post apostemata cum continuatur ad saniem. Aut ex materia acuta ulcerante aut percussione aut casu et fiunt in vesica et emunctoriis et renibus. **Signa** ulcerum in locis dictis sunt emissio sanguinis vel saniei sed distinguitur sic quia si ulcera fiunt in vesica sanies egreditur ante urinam et sentitur dolor circa vesicam et femur. Et urina cum difficultate exit mixta cum sanie. Si autem venerit a renibus in quarto modo sanie sentitur dolor versus caudam et in dorso. Sed si fiunt in emunctoriis erit dolor circa partem in qua est ulcus. Est etiam alia distinctio secundum Avicennam ulcerum renum et vesice quia quod egreditur ex ulceribus renum est similis carnis pecie sed ex ulcere vesice egrediuntur cortices vel squame et dolor vesice est fortior quam qui est in renibus et in ambobus lateribus renum est gravitas. Cum vero ulcus est in loco medio inter vesicam et renes distinguatur per dolorem loci vel partium vel per alia signorum dictorum in ulcere renum et vesice. **Cura** ulcerum renum et virge urinalium et vesice est eadem et cum eisdem medicinis mundificetur ulcus vel locus saniosus aut extersiatur cum aqua mellis aut cum aqua mellis decoctionis seminum lactucarum citrulli cucumeris et cucurbite [?] seminis altee et malve in qua dissolvatur trociscus alkekengi unus vel alius fiat trociscus de bolo consolidativus qui sic fit. Recipe boli armeni, terre sigillate ana ʒ v, acacie, balaustie, gummi arabici, ypoquistidos ana ʒ [illegible], seminis iusquiami, opii ana ʒ i, fiant trocisci cum succo berberis vel mirtillorum vel berberis vel sumach. Et scias quod trocisci alkekengi consolidant et incarnant cum istis aquis bono modo quas inveni in antidotario. Si autem ulcera fiunt in vesica vel sanies initiatur tunc lacte per siringam colirium album quod sic fit. Recipe cerusse, sarcocolle, tragacanthi, gummi arabici, amili, opii, sanguinis draconis ana ʒ i vel ʒ ii fiat collirium cum mucillagine altee. Et facta prius evacuatione cum aqua mellis et intromissa in vesica cum siringa initiatur et cum siringa intret vesicam sepe cum mundificatione aqua ciceris vel mellis. Scias hoc quod ea que mittuntur per siringam in vesicam magis valent in ulceribus vesice quam ea que sumuntur per os. Et ea que sumuntur per os magis valent in ulceribus renum et meatuum. Ungantur loca extrinseca que sunt super ulcera cum unguentis consolidativis quod multum adiuvat. Sit unguentum de cerusa [?]. Emplastra vel multum confert. Bibat vinum stipticum rubeum cum aqua mellis lymphatum vel cum aqua ciceris

Comedat lac cum melle vel risum coctum cum lacte aut panem cum lacte aut fabam [?]. Comedat etiam carnes edulorum vel castrati et edi porcellorum et similium conditas cum lacte et pulmentum mirtillorum. Et caveat ab omni acuto et cum rob et citoniorum. Comedat pisticos avellanas et picas mundatas et similia.

De fluxu insensibili urine et mingentibus in lecto et dyabetica vel dyarria 144

Fit autem ex multitudine caliditatis cum humiditate vel frigiditatis cum humiditate. Aut ex mollificatione lacerti vesice. Aut ex nimio potu aque multiplicante urinam in renibus et vesica sicut potus aque vel potus diureticus. Sed dyarria et dyabetes fit ex caliditate in renibus excedente cum materia et absque materia que attrahit vehementer materiam humidam et humiditate a membris et propter hoc debilitatur retentiva ex continuatione illius quod attractum est et confortatur expulsiva et multiplicatur per hoc voluntas mingendi continue ex materia et consequenter et sitis et exsiccatur corpus in fine ita quod quandoque convertitur per istam ad ethicam. **Signa** insensibilis fluxus urine et mingentis in lecto satis nota sunt ex narratione in fine. Si autem contingit hoc propter caliditatem cum humiditate erit sitis aqua insensibilis caliditas in renibus non multum intensa et aliqua mordicatio in urina et profunditas sompni cum revolutione in lecto et hoc contingit multum in pueris cum eorum profundatur in sompno hora revolutionis excitatur virtus expulsiva propter quod excitantur ex continuatione urine et expellitur. Et ex ista causa contingit in eis superfluitates pinguedinis in lecto absque omittere. Si vero propter frigiditatem evenerit tunc apparet insensibilis frigiditas renum et tarditas corporis et privato sitis et erit in vigiliis urina absque omni mordicatione et profunditas sompni cum revolutionibus in lecto et exit urina spissa turbida. Si autem propter mollificationem lacerti vesice vel paralisim evenerit cum mollificatio aliquis ledat expulsiva ut diximus superius tractatu de difficultate urine. Et quandoque ledat retentiva ut in isto casu tunc in vigiliis emittet urinam insensibiliter. Sed si propter nimium potum aut diuretica contigerit satis notum erit super hoc quod abstinet a talibus et sufficiens signum super causa. **Signa** dyabetis vel dyarrie sunt urine signa et sitis intensa et exsiccatio corporis et quod propter potum non removetur sitis. Et statim quod bibit statim mingit propter quod aqua nimio in urina colore et substantia sit facta. **Cura** insensibilis fluxus urine et mingentis in lecto que fiunt ex mollificatione lacerti vesice. Aut per nimium potum seu per usum diureticorum est abstinere ab eis diureticis et a nimio potu et uti cibariis et poticibus stipticis ut est vinum rubeum stipticum lymphatum cum aqua decoctionis mirtorum et sumach vel balaustiarum aut ypoquistidos. Et comedat carnes conditas cum agresta vel cum citoniis mespilis et sorbis et similibus. Ungantur loca femoralia et virga et partes adiacentes illis cum oleo de costo aut de lilio in quo dissolvatur castoreum boli armeni mastix mumia et cera

Et suat an die de tyriaca cum vino stiptico limphato cum
aquis supius dictis Si aut in lecto mingere contigerit
propter caliditatem habundantem cum humiditate fiat hoc
remedium Rx seminis coriandri preparati infusi in aceto
viii die ac nocte cimbilici scandos boli ar flan-
dum sicraz corticis leucium extorticatarum an ʒ ii fiat
pul cribratus de quo patiens suat omni mane ʒ ii a
ʒ iii aut ʒ i cum mica citoniorum a syrupo de agresta cum aqua
sumach et simili Assuet potum et dicta secundum quod
superius dictum est Comedat tamen sepe carnes eiusdem
coctas cum sumach vel mixtis conditas cum pul dicto
et mica citoniorum vel pirorum aut mixtorum Si vero in
lecto contra mingere contingit propter frigiditatem dominantem cum humiditate
curetur cum medicamine quod sic fit Rx glandium sic-
catum ʒ xx thuris ʒ xv nuce ʒ iii coriandri an
acori cipi an ʒ v teratur et cribretur et suat de isto
pul mane stomacho ieiuno ʒ ii ad ʒ iii ad ʒ i s cum vino
vel stiptico limphato cum aqua decoctionis piperis
longi galange et cardamomi et croci et cum isto eodem pul-
vere condiantur cibaria sua Et cum aqua decoctionis
istarum rerum vinum eius limphetur Comedat carnes
eiusdem coctas cum sumach conditas cum isto pul ros
vel mica citoniorum Suat sepe tyriaca cum vino de-
coctionis piperis longi Aut cum vino decoctionis nuce
et coriandri Sciendum hic quod carnes eiusdem proprietate
curant mingentes in lecto ut voluit Serapion phisicus et A-
vicenna libro 3 tractatu de eius et maxime si caliditate
ut dictum est Cura dyabetis vel dyarrie urine
est que sunt a caliditate absque mica ut suat patiens de
trociscis que sic fiunt Rx spodii sumach liquiricie an ʒ v
seminis cucurbitarum ʒ x seminis portulace ʒ i s coriandri
sicci ʒ i s acacie gummi arabici sandalorum leucium ex-
corticatarum balaustie boli ar an ʒ i camphore ʒ i
fiat trocisci in pondere ʒ iii cum aqua rosarum detur unus in
potum in aurora cum aqua endivie vel rosarum aut aque
sumach vel mixtorum seu mice citoniorum et similium Em-
plastrum quod ponitur super renes et contra dyabetem et dyar-
riam quod recitatur in trino qui incipit ab uno puncto
et redit ad idem sic fit Rx portulaca plata et spinge-
dinis porci seminis melonis citrulli ac rasula cucur-
bite et cunctis pisto fiunt et permisceantur qui sunt tepidi
trocisci ad idem et specialiter qui fiunt in plato et caliditas
cum mica Rx spodii ʒ ii carabe bedellii ʒ v boli
ar ʒ iiii thuris ʒ ii seminis portulace ʒ vi san-
dalorum ʒ ii ypoquistidos ʒ v camphore ʒ i lacte
ʒ iii terantur et fiant trocisci cum aqua rosarum pondere ʒ iii
et detur unus in potum cum sirupo de prunis Comedat
lentes excorticatas vel coctas prima aqua abiec-
ta cum aceto vel agresta Bibat vinum mitem lim-
phatum ut dictum est supra Vitetur dicta narra in tua in-
sensibilis fluxus urine Si aut mica ibi cum caliditate
visa fuerit habundare humidificetur cum aqua decoctionis
cimbilicorum renibus et mixtorum Nam talis de coctio mundifi-
cat mixtam Contingit urinam et retro fluxum De matrice renum
145 Matrices renum et exsiccatio et extenuatio fit Aut
propter siccitatem veniente in renibus aut ex pu-
tredine in tunicis Signa matrici vel
extenuationis renum sunt dolor in dorso non forte et
extenuatio corporis et paucitas desiderii coitus et mul-
titudo urine et albedo eius Cura eius est ut impin-
guetur corpus prout dicemus libro 3o tractatu de hiis qui impin-
guat corpus et infra in isto primo libro tractatu de hiis qui
impinguant primo Comedat pultes de farina similaginis
et risum coctum in lacte ut in aqua pinguium Abstineat
ab acetosis salsis agrestis vel acutis omnis non pro con-
fortatione appetitus vel melioratione quia talia destruant
fastidium inductum a pinguibus Comedat etiam mica
panis cum tradiis pinguibus Et bibat vinum dulce
novum rectum Abstineat a coitu tamquam ab inimico
mortificante Vtatur in cibariis suis pul quod sic
fit Rx cinamomi ʒ i liquiricie ʒ s cardamomi ʒ ii croci
ʒ s Comedat sepe lac cum zuccaro picas fisticos
uvas vides et passulas et ficus vides et passas
et amigdalas dulces et avellanas Comedat etiam alba-
tum quod sit ex farina similaginis et risi cum lacte et zuccaro
Vtatur etiam balneo dulci tepido aqua decoctionis rosarum
et florum camomille et malvarum per prandium et cena et prima
facit in eo mora Vtatur quiete et sompno Inungantur
lumbi Vngantur renes cum unguento quod sic fit Rx
olei rosarum ʒ i butiri ʒ ii pinguedinis anseris anatis
et gallinarum an ʒ i cere ʒ i pinguedinis renum edi et
arietis an ʒ ii Dissolvatur omnia in scutella et colentur
et refrigerentur Abstineat a plora et plurimum ventris
nisi paucitate Ova sorbilia et nuces vides et caro
arietina et gallinarum pinguium castrati et similium Et
renes impinguat et statum corporis Sciendum quod hec egritudo
nisi curetur ducit hominem ad ethicam etc. De 146
distillatione urine Rubrica
Quandoque contingit quod homo emittit urinam pau-
latim distillando et involuntarie et vocatur
stranguiria et aliquando nichil quasi emittit et tunc
vocatur siccia et quandoque totaliter involuntarie eam emittit
stillando et vocatur tunc dissuria Et est sciendum quod de-
talibus nominibus patiens curare non oportet dummodo tam
et infirmitatem in veritate cognoscat quia tunc quod omnes
recte et utiliter procedere poterit Et illa infirmitas
in qua homo emittit urinam stillando involuntarie est quandoque
cum adustione urine Et aliquando absque adustione Aut
fit propter humiditatem coplonatam et cum mica Aut a debilitate
vesice Signa distillationis urine involuntarie
que fiunt cum adustione sunt dolor in virga et circa femur
et ardor etiam urine et paucitas cum distillatione involuntaria
Signa distillationis propter humiditatem quia urina e-
mittitur involuntaria sine tempus Aut pauliti distillando
absque ardore et punctura Et apparent in ipsa urina super-
fluitates albe longe vel rotunde Signa disti-
llationis urine propter debilitatem vesice sunt quod patiens
nichil emittit de urina quasi et illud quod emittit emittit
involuntarie Et quando premitur vesica vel femur
exit urina violenter Cura distillationis urine
involuntarie cum adustione est ut suat patiens de troc

qui sic fiunt ℞ glandium ʒ v. mirtillorum rosarum ana ʒ i
ß acacie ʒ i amili gummi arabici boli armeni ana ʒ ß lenticularum
excorticatarum ʒ v. fiant trocisci pondere ʒ ij cum succo
prunorum immaturorum aut cum aqua rosarum. Dentur vnum mane
et sero cum succo citoniorum aut cum succo nespulorum et si-
milium. Comedat lentes excorticatas et bis coctas
abiecta prima aqua cum agresta aut sumach aut cum sor-
bis et carnes. Et qualium conditas et coctas cum agre-
sta vel vino de granatis seu cum nespulis vel sorbis
seu mirtillis et citoniis piris et minus eorum vngantur re-
nes et virga et femur cum vnguento quod sic fit ℞
gummi arabici opii ana ʒ i mirtillorum terre sigillate boli armeni ana
ʒ ij aceti ℥ ß olei rosarum ℥ iij cere ʒ ß terantur et in-
corporentur simul ad ignem. Comedat et risum farren
et farinam ordei conditas cum pulvere mirtillorum vel agresta
aut succo berberis vel granatorum vel fabam fracta-
tam si volunt et pira cocta sub igne. Cura
distillacionis vrine absque ardore propter grossorum humida
est ut sumat trociscos qui sic fiunt ℞ glandium thuris
ana ʒ i granorum coriandri ciperi iuniperi mirre gala-
ge cinamomi cubebe acori ana ʒ ij ß terantur et fiant
trocisci cum vino rubeo pondere ʒ ij vel iij. Dentur omnes
cum vino de decoccione ciperi vel iuniperi in aurora
et ante cenam. Vngantur renes femur et virga cum oleo
de mastice et oleo de lilio vel camomilla. Item ℞
masticis mirre cimini ana ʒ ij fiant trocisci pondere

146 ʒ ß vel ij cum succo plantaginis. Dentur vnum ante cenam
et in aurora cum mica citoniorum aut pirorum vel nes-
pulorum et similium. Bibat vinum odoriferum rubeum lim-
phatum cum aqua ciperi vel iuniperi aut piperis longi. Co-
medat carnes qualium assatas aut amiu coctas in
pastillo aut testula conditas cum menta et mirtillis
et agresta vitellis ovorum et succo berberis vel mir-
tillorum et pulvere qui sic fit ℞ galange piperis longi
ana ℥ ß cinamomi ℥ i cardamomi ℥ ij croci ʒ i fiat
pulvis cribratus. Comedat vitellos ovorum et risum
conditum cum lacte vel brodio carnium et cutes et
pulvere specierum. Cura distillacionis vrine propter de-
bilitatem vesice est ut comedat diatrion piperon vel
diagalanga seu diacardamum et similia. Et
vngat pectinem et virgam cum oleo de spica aut de costo.
Et fiat super pectinem emplastrum de castoreo cera spica
cinamomo ciperis et gallia dissoluta et incorporata cum
oleo de spica vel de lilio. Comedat dicta dicta in
cura distillacionis absque ardore et bibat ut dictum est illic.

147 ## De adustione et ardore vrine

Exitus vrine quandoque fit sine distillacione et cum
debita voluntate et cum ardore vehementi in
fine et rara exitus et de duabus speciebus aut cum
sanie aut sine sanie. Signa adustionis vrine sine cum
sanie aut sine sanie manifesta sunt ex narracione in-
firmi et ex eo quod sanies et vrina apparet vel videtur
in foramine virge ante exitum vrine vel post. Cura

adustionis vrine cum sanie satis sufficienter dictum est in
curacione vlcerum renum et vesice. Adhuc de ea in cura
scabiei vesice. Fiunt trocisci tales ℞ seminis melonis
excorticati ʒ x seminis citrulli ʒ v. seminis cucumeris seminis
portulace seminis iusquiami albi seminis altee amigdalarum
excorticatarum dragaganti amidi succi liquiricie papaveris
albi boli armeni seminis apii ana ʒ ij incorporentur cum mucillagine
psilii et fiant trocisci pondere ʒ ij vel iij et dentur vnum in
aurora vel ante cenam cum ℥ i siruppi violarum et aqua frigida
vel vino albo limphato cum aqua decoccionis seminis melonis
vel cucumeris. Tales removent ardorem et mundificant saniem
et consolidant vlcera finaliter si est possibile. In dieta et potu
regatur ut dictum est in cura de vlceribus renum et viarum
vrine et vesice. Cura ardoris vel adustionis absque
sanie est ut comedat portulacas lactucas endivias cucur-
bitas conditas cum vitellis ovorum et oleo amigdalarum
dulcium vel violarum. Comedat amidum ptisanam et ius gal-
linarum pinguium et pullorum et pruna matura valde et
persica cerasa dulcia et melones et ficus humidas et
ius carnium porcorum et parvas carnes et edorum et agni.
Et bibat vinum multum limphatum cum aqua frigida vel
cum aqua decoccionis endivie et prunorum et seminis citrulli
et similium. Sepe intret balneum tepidum aque decoccionis
malvarum et altee et psilii. Comedat et sumat ordei vel
farinam ordei. Et bibat aquam ptisane vel aquam ordei cum
iure gallinarum vel carnium porcorum. Bibat omni mane
in aurora vinum de trociscis quod dicti sunt supra in cura
predicta ex seminibus frigidis et siruppo violarum et aqua frigida aut
cum aqua decoccionis prunorum et similium. Abstineat a
rebus salsis acutis acetosis et coytu et labore et forti
motu et itinere. De hiis que dantur in potu contra
adustionem vrine et excoriacionem vesice est aqua que sic fit
℞ epatice lb ß adianti politrici capilli ve-
neris scolopendrie foliorum lactucarum endivie liquiricie borraginis
borraginis ana ℥ iij mirtillorum liquiricie ana ℥ i pis-
tentur omnia grossomodo et bulliantur lb iij aque et lb ij
vini albi tam diu quod due lb consumantur et iij re-
maneant tunc coletur et addatur in illa aqua ʒ vj zuccari
et iterum bulliat aliquantulum et coletur et reseruetur. De-
tur aqua mane et sero ante cenam sumat paciens omni die
℥ iiij absque admixto de hiis que inveniuntur per siringa
in vesica. Contra ardorem et vstionem vrine non est aliquid
quod equetur huic rei quod sic fit ℞ papaveris albi ℥
iij pistentur perfecte ita quod humidum fiat in modum olei
et addatur cum eo ʒ i opii boni et misceatur cum eis ℥ i
olei violarum et ponantur omnia ista ad ignem et cale fiat
et misceatur bene continue cum spatula et ponantur
in sacculo et fortiter exprimatur in torculari et exprimetur
vel aliter. Accipiatur gummi papaveris media aut
tercia et fiat ex eis oleum ut fit cum torculari
oleum de lino et erit vtile ut supra ad operandum cum
siringa. Item valde vtile ℞ papaveris albi ℥ iij
seminum mundatorum cucurbite cucumeris melonis ana
℥ i pistentur perfecte in mortario et fiat ex eis lac

cum aqua frigida et coletur et exprimatur in vase et
mane et in sero sumat de colatio ℥ 5 sit
R zuc viol diaprunis lib 5 misceatur et pro
ex sumat supradicta melius aliis re-
bus destruit ardorem urine et renum et stabilit vesice

148 **De cautela a generatione lapidis et custodia ne fiat**

Summa preservationis ne lapis in renibus vel vesica generetur est abstinere ab omnibus grossis viscosis et dulcibus sicut a vino novo dulci non claro et aquis turbidis et limosis et arenosis et que malum habent odorem et saporem et tactum spissa et lacte et azimis et rebus que sunt ex eis carnibus siccis piscibus bovis et porcinis non assatis et leguminibus et fungis et similibus Nam omnia talia et similia generant materiam et humorem qui in melius a calore in lapidem convertitur secundum materiam locum et quantitatem materie quia impossibile videtur esse quod aqua vel humor condensetur vel induretur nisi ab agente calido vel frigido Sed impossibile est quod agens frigidum in corpore tantum intendatur in actu sicut vita remanente quod possit ex materia grossa lapidem generare Nam frigidum intensum actu in corpore ita quod agere possit etiam citra primum actum virtutes destruit naturales et similiter vita relinquitur ex natura quod tale agens sit calidum actu et non frigidum et quod materia in qua agitur sit grossa viscosa fecia quia si materia esset tenuis resolveretur ab agente calido Si autem esset sicca omnino fieri desiccaretur a calido et dissolveretur propter quod in substantiam lapideam generetur nisi cum aqua et terra habente viscositate misceretur Et hoc patet quod lateres non ex terra viscosa que miscetur cum aqua in qua calor solis et fornacis inducit duritiem et similiter lapideitatem Nam viscositas continet partes siccas ne separentur a calido agente donec totum partes in substantiam lapideam mittentur Apparet materialiter quod lapis non generatur in vino nec potest generari et fieri nisi ab agente calido et a materia viscosa Ergo summa preservationis ne lapis fiat in renibus vel vesica habitis est custodia a cibis viscosis et calidis actualiter ut dictum est et propter ista causas que trahuntur a cibis et potibus voluerunt philosophi et practici sapientes quod custodia a generatione lapidis ut plurimum constat in regimine cibi et potus Dicit etiam Avicenna de cautela a generatione lapidis Cibi et potus grossi tarde digesti quod in hoc plurimum sunt causa generationis lapidis et ideo si non abscinderemus eos et non poneremus regimen in eis sanum et quod generat maliciem propter ipsius distemperantiam virtute aliorum et potum est corruptio eius maior et immanencia in medicinis convenientibus quod quia cocta et bibita sumuntur omni die nocte et non est potestate hominis ut accipiat eas semper quod si possibile illud haberet non est in medicinis ... que sciret cum ... regis noctis Ita ergo oportet ut caveatur a generatione lapidis donec non generetur omnino aut non moveretur generatus ut manifestetur penitus Propter hoc scire quod ... rebus ... generatione lapidis est gulositas et fastidium et multiplicatio ciborum ... et ... dormire post repletionem et coitus eciam post

repletionem nocet multum dat tamen impedimento digestionis ad lapidis generationem Abstinere a sompno longo super collum et a longitudine statuture cinguli et multitudine equitacionis et labore dorsi Utile et bonum valde Uti vomitu post repletionem destruit materiam et destruat illa ex qua lapis solet generari bonum est ad defensionem sepe balneare si in aeroso de sericis dimittens flores et calidis et radicibus et bibe vinum album odoriferum diureticum praeparatum cum aqua radicis feniculi petrosilli vel apii tumentibus ticulli Coque simul dulcis et sua sicca cum petrosilio feni. turentibus et similibus. bonum est bibere ℥ 5 syrupi bone electe semel in ebdomada Da cum vino diuretico albo vel aqua praedictarum radicum et semina earum et florum valde bonum est sume bis in mense pulvis qui sit fit R et ipso ℥ 1 cum vino vel aqua dictis in amota defendit ne lapis in renibus vel vesica R saxifrage sem apii ana ʒ 5 zuc ʒ 15 teratur et tribuentur et misceatur Comedere melones turentibus et citrullos et cetera species est laudabile ad defensionem lapidis et maxime si renes fuerint calidi et in estate et corpus hominis calida per naturam

De lapide in vesica R ca 149

Satis sufficienter de non lapidis et causis eius determinatum est hic ponemus signa lapidis in vesica et eius curam Sed sciendum est quod lapis generatur semper et ut plurimum ex materia viscosa grossa et ex calido agenti forti quod potuit esse quod in pueris generatur in vesica ut plurimum raro autem umquam in senibus Satis nota est causa ipsa quod respiciendo hic et subtiliter in causis unius ad generationem lapidis locis dictis et etatibus nominatis Sed bonum est propter nomine tui in sua habet breviter tibi in scriptis hac determinare Sciendum igitur quod generit quod ad generationem lapidis destructur terra ex virtute ut cum superius probatum est scilicet prima materie grosse viscose et agens causa forte et strictura viarum loci per quas superfluitates expelluntur ut materia possit colligi in loco et stare tam diu quod calor fortis ipsam materiam vertat in lapidem nunc Cum igitur in pueris calor naturalis multus sit et virtutes naturales fortes facientes bonas corporis operationes cum eius gulositas in eis det viam ad generationem materie viscose et grosse ipse calor naturalis copiatur et eius ipsam materiam generata in pueris propter gulositatem lignificavit et facit eam durare per vias naturales usque ad vesicam quam invenit spaciosa et vias quidem sue corporis et nervositatis et invenit eum hac materia collecta in spaciositate vesice vias strictas in pueris et longas a spaciositate vesice ad exitum exteriorem in quo tales superfluitates colliguntur Unde ea propter strictam vesice que eas vias congregat que ligat et elevat a calore et renum ea propter spaciositate vesice que eas colligit et continuat per tempus tamen propter vias longas et strictas ... in pueris quod impediunt expulsionem earum Calor naturalis multus et satis fortis ipsas materias congregatas in loco ex causa narratas in lapidem mutatur nunc tale propter in eis Sed in senibus cum calor naturalis sit debilis

z virtutes naturales diminute multum cum generatur materia viscosa in
epate calor ipsius epatis z renum ipsam materiam liquefacere
non potest nec facere quod currat per vias urinales a renibus usque
ad vesicam et remanet in concavitatibus renum que parve
sunt unde calor ille quamvis sit debilis propter habilitatem
quam invenit in materia z paucitatem propter spaciositatem concavitatis
renum ipsam materiam collectam ibi in parvos lapides
satis de facili mutare potest Sed tamen puelle
z mulieres quamvis recipiant eas raro superfluitates
missas a renibus z epate ad suas vesicas quia vesice
earum habent collum curtum et nimo breve valde z
viam exteriorem amplam valde z spaciositas vesice
ipsarum parvat est parva comparatione ad pueros et hoc probatum
est ad sensum per anathomiam z physicam autem in hoc conveniunt
Nam cum tamen tali dispositione recepta in vesica superfluitates
ad exteriora antequam congregentur ad generationem lapidis
expellit z signum huius est quod puelle plus z sepius mingunt
plus in lecto quam pueri z mulieres sepius et
plus quam viri Et propter has causas voluerunt physici quod
lapis vesice non generetur aut raro generetur Et tunc
cum generatur nunquam fit magnus ita quemadmodum in pueris
z viris Patet ex dictis causa generationis lapidis in renibus
senum z vesicis puerorum z non puellarum Signa
lapidis in vesica sunt albedo urine z eius subtilitas
z fex arenosa z post conturbationem eius z erectio virge
z quod puer plurimum scalpit eam z laborat cum ea z retencio
urine z difficultas exitus eius cum dolore vehementi
z exitus ani Cura eius fiat per ordinem
prout diximus hic Scias quod lapis vesice est durus z fortis
secundum speciem Nam quedam species eius est que frangitur cum medicinis
z quedam non Nam quando medicatus fuerit lapis
per mensem aut circa id cum medicinis quas diximus
hic z in antidotario specialiter z non videris urinam
provocari z arenam minorari secundum consuetum z cum hoc
in frangendo non invenit alleviationem aut non exierit arena
in urina tunc scias quod lapis est durus z per hoc non
obediens ad frangendum Et cum dolor huius est maior
tunc oportet ut curetur cum ferro z non est aliud ut dictum est
post eius experientiam per mensem vel circa id cum
extrahatur lapis cum incisione quia ex communi z diuturna
afflictione ducit post tempus determinatum egrum ad ethicam
De modo extractionis z incisionis secundum veritatem
que est absque errore in cirurgia mea satis plene
diximus Et sufficiat hic quod detur ei illic Cum
medicinis secundum ordinem hoc modo curatur primo ordinentur
tibi z potus z potabiles aque secundum quod dictum
est capitulo de lapide in renibus z capitulo de difficultate urine
z retentione eius Et cum medicinis dictis in antidotario
que valent ad expellendum z frangendum lapidem
hora aut doloris aut vehementis doloris ponitur
in balneo quod sic fit Recipe floris camomille aneti
melliloti ana fasciculum i caulis ad quantitatem eorum
z farine fenugreci z seminis lini ana z iiii olei de aneto
z olei de camomilla ana z iiii bulliatur herbe in
aqua balnei z farine cum oleis z ponitur in balneo
absque quod ferveat cum herbis ad ignem Ungatur
ylia z renes z femora z virga z partes genitales
antequam intret balneum per horam fiat z postquam balneum

neum exierit Et cum exierit balneum per horam fiat
de simplicibus que removent lapidem z expellunt z frangunt
sicut sunt olive immature z cappis z unda z ficus z
cicer nigrum vel aqua decoctionis eius et radicum apii
feniculi z petroselini Et hoc non quod sit quantum est ficum propinatur
i z usque ad iii z quod istud confert multum in provocatione
urine z in fractura lapidis Similiter ciborium
factum ex amigdalis amaris z eciam dulcibus confert
in hoc z specialiter si cum oleo de amigdalis amaris condiatur
Et eciam ipse amigdale amare per se valent
Hec que narrata sunt sufficiunt in vicio lapidis in modo
cibi Ea autem que sumuntur in modo medicine sunt cassia
cassia lignea z spica piper ciperi cortices radicis cappis
z cinis scorpionum adustorum z oleum de scorpionibus
sanguis hyrci siccus z vitrum adustum z lapis spongie
z vitrum tritum ut althool z saxifragia z staphisagria
z similia quorum vitri z i z uvarum z i et cinis scorpionum
sic fit Recipe scorpiones z ponantur in olla nova habente
os opilatum super lateculum in furno per horas vi Deinde
extracti pulverizentur z reponantur Oleum de scorpionibus
fit in antidotario z medicina de sanguine hyrci Medicina
que valet ad frangendum lapidem vesice xl dies secundum sententiam
Almansoris sic fit Recipe carpobalsami seminis raphani
vel radicis dauci seminis apii petroselini marcedoni corticum
radicis, capparis corticum radicis cappis dragagalli
amarantum saxifrage scinanti ciperi spice cute
cassie lignee scolopendrie seminis cicute gentiane aristologie
ro. asari carvi agrestis ameos daucus cardamomi bdellii piperis
acori ana partes equales Hec cum sufficienti balsamo
malaxentur z ex eis alie species conficiantur Ex quibus
informentur pille ad modum ciceris Dosis quarum est z i
cum apozimate de seminibus z detur qualibet sexta z ij
de cinere scorpionum Illud autem licet non est ita nobile
ut primum Recipe cineris scorpionum adustorum lapidis iudaici
lapidis spongie ana z iii terantur z cribrentur,
Dosis eius z i cum vino albo subtili aut cum aqua mellis distillentur
in foramine virge Oleum de scorpionibus
cum siringa aut absque ea Ungatur ylia cum oleo de
lilio z oleo de spica z femora z genitalia Ponantur
sepe herbis que minuunt dolorem ut diximus Fiat sepe
de tyriaca cum cinere scorpionis z aqua mellis z sepe
clisterizetur cum oleo anetino z herba aneti florum
camomille z melliloti z melle Non multum comedat
z comedat cibaria dicta Et abstineat a coytu
dici quod posset De illis in quibus
generatur lapis et magnificatur 150

Qui enim vult conservari ne lapis in renibus
aut in vesica generetur aut augmentetur Abstineat
a rebus viscosis z salsis z multis
vinis a pasta z azimo z ab omnibus que fiunt ex ipsa z
a leguminibus z specialiter fabis rubeis fasceolis
z similibus z caseo salito z lacte nisi preparatum
fuerit ut inferius dicetur z a carnibus salitis et
a vino grosso z dulci z ab omnibus nutrientibus ...

Cura nodi vel nodositatis palpebre est ut inversetur palpebra cum tenaculis eiusdem figure capiatur nodus vel fiat abcisio absque in versatione. Et cum tenaculis habentibus quandam curvaturam. Et post hoc scindatur pellis super nodum fere in longitudinem curvatam palpebre et extrahatur et ut perfectior fiat cura ponatur in ea volung aque albus cum cerussa vel sal rubei cum albumine ovi usque ad aliud diem et tunc extrahatur. Et si aliquid de folliculo remanserit ponatur in ea volung aque ungenti viridis vel pulvis qui removeat follicu-lum quo remoto consolidetur volung et clandatur cum pulvere de mastice et mumia. Et hec est via nobilior in hac cura et consilebis non proposse certe dixi ut apparendi nec visum ut doctrina visibile.

De casu pilorum palpebrarum et superciliorum Rubrica 43

Hec egritudo semper fit aut ar[e]factione loci aut propter defectum curationis sui ex quo fit pilus sicut apparet in senibus et decrepitis. Aut propter materiam venenosam existentem loco pili et inficiente ipsum ita quod materia pili non possit ad hoc re ad curatum eius. Signa casus pilorum quod fit propter defectum sui ex quo curatur aut propter arefactionem loci sunt exsiccatio loci et quod in loco non est facta aliqua lumitio. Nec ex parte conspaitionis nec ex parte coloris et quod ipse locus mundus videtur et pellis vel locus nudus ut in calvitie apparet vel in cute calosa.
Signa casus propter infectionem loci ex materia venenosa sunt quod in loco apparet scabiositas cum ulceratione pruritu et venenum liquidum multotiens emanat de loco et etiam cutis vel locus totus in colore et figura videtur esse mutatus manifeste a naturali cursu et ista signa sunt lepra attestantur. Si autem casus pilorum fuerit propter arefactionem loci aut propter defectum sui ex quo pilus fit in loco curari non est regulatum nec fiet in loco illo. Nec revertetur aliunde hoc tamen nisi ut corpus sene mutuatur et impinguetur cum ingenio quo melius potest fieri. Et locus omni die humectetur cum oleo de camomilla in quo dissolvatur laudanum.
Cura casus pilorum palpebre et superciliorum propter infectionem materie venenose currentis ad locum est ut primo mundificetur caput et totum corpus ab illa materia cum pillulis fetidis vel sto a tiet alexandri vel cum decoctione que sic fit Recipe mirabolanorum indorum ʒ i ebuli nigri ʒ ij polipodii ʒ s sene ʒ ij prunorum numero xx conterantur et bulliantur in ʒ x aque donec tertia pars consumatur. Coletur et in ea colatura addatur ʒ ij sirupi rosati vel ʒ iij aut ʒ ij et iij rosati de vino detur in matutinis et iaceat usque ad horam assellationis. Et postea non dormiat usque ad horam post tertiam. Bibat quantum

omni mane in aurora preterquam in die medicine syrupum factum ex sene epithimo et polipodio et scolopendria cum aqua decoctionis priorum. Et sit quantitas syrupi ʒ 1½ et quantitas aque ʒ iiij. Et in ventosetur sub mento et in spatulis vel fiat floia de cephalica mane. Et scarificetur locus semper cum radio vel in strumento acuto intincto in succo cepe et post scarificationem ponatur super locum scarificatum et super scarmam pilorum palpebrarum et superciliorum medicamen quod sic fit. Rx ossium mirabolanorum combustorum ʒ v. fuliginis thuris ʒ iiij. spice inde calami carpobalsami ana ʒ iiij lapidis lazuli ʒ x fiat pulvis. Ex omnibus fiat pulvis qui terebratus subtiliter super marmore etc. et cum radio omni die ponatur super locum. Fuligo thuris sic fit. Grana thuris minuti ponantur in lampadem plenam oleo et super lampadem ponatur et firmetur cum recta scutella vitreata et sub lampade postquam obturata fuit et posita in testula plena cinere incedatur ignis suavis et non multum fortis. Et cum ignis bene inflammatus fuit sub lampade continue super scutellam projiciatur aqua frigida ut coaguletur circa superficiem exteriorem scutelle fumus elevatus a thure quod est in lampade sub qua est ignis. Et cum per longum tempus factum fuit hoc removeatur scutella et quod invenitur adherere superficiei scutella interiore removeatur cum cutello. Et hoc est illud quod vocatur fuligo thuris. Alius modus faciendi fumum thuris nobiliorem supradicto. Buantur grana thuris et ponantur in lampade plena oleo et inflammentur grana thuris cum igne que grana sunt in oleo. Et cum ignita fuerint ponatur super lampade scutella vitreata ita quod scutella comprehendat totam circumferentiam lampadis et plus et continue spargatur aqua frigida super scutellam ut fumus elevatus non inflammetur et consideratur ab igne fumus thuris. Et tunc removetur scutella et radatur quod adheret scutelle et colligitur. Aliud ad idem. Rx thuris ʒ 5 laudani ʒ ij mirre ʒ i olei de mastice ʒ ij. Bulliant ista ad invicem et dissolvantur et post dissolutionem quod fuit in toto de spisso et viscoso post scarificationem radii intincti in succo cepe ponatur super locum cum radio. Regatur cum dicta et potu ut dictum est in mlia ex materia adusta collecta ut ... ca

44 # De pruritu qui fit in interiori angulo oculi.

Pruritus vero non fit in lacrimabili oculorum nisi ex materia salsa vel adusta in qua calliditas mordicatis egit et induxit acuitatem. **Signa** pruritus sunt rubedo et asperitas et lacrime urentes loca proxima et ardor fortissimus et color faciei rubeus mixtus citrinitati. **Cura** talis erit. Purgetur omni die syrupo de fumo terre cum zucaro vel melle secundum exigentiam temporis et etatis cum aqua decoctionis priorum. Sene et fumiterre purgetur cum pillulis cochiis. Aut cum pillulis ad pruritum et scabiem que sic fiunt. Rx aloes mirabolanorum citrinorum.

an ʒ 1 scamonee rosarum rubearum ana ʒ 1 albi mirabolanorum citrini ʒ 1 fiant pillule cum succo fumi terre dosis earum est ʒ 1. Flobotometur de cephalica mane et ventosetur in spatulis et collo et mento. Vitetur bona dieta et temperata. Et bibat vinum album debile et bene limphatum. Abstineat a salsis acutis, legumine, caseo et similibus pro posse et continue per se in omnibus egritudinibus oculorum. Abluat sepe oculos suos cum aqua sulphurea que sic fit. Rx aque lb ij sulphuris ʒ 1 camphore ʒ 5 terantur et misceantur et ponantur in vase vitreo et dimittantur ad solem per dies xl et plus. Ad super est de clarificatione omnibus et bonum huic ablutioni. Abluantur oculi sepe ex aqua calida decoctionis fumi terre et polipodii. Intra oculum ponatur collirium album et collirium de cerusa dictum multotiens.

45 # De aqua descendente in oculum et de panno et vocatur cataracta post confirmationem

Aqua descendens in oculum habet duas species. Quedam est incipiens non confirmata. Et quedam est confirmata non incipiens. Et est alia que videtur similis aque descendenti in oculo. Et est plus grossum quantum in humoribus oculorum et dicitur albaghati. Et est alia preter istas que appellatur pannus durus grossus. Et quedam alia que fit propter opilationem nervi optici in qua substantia oculi et color eius non variatur nec mutatur et appellatur gutta serena. Efficiunt autem isti modi passionis a materia flatica vel multa descendente a cerebro ad oculos inter uveam et araneam telam et aliquando inter uveam et corneam ex qua materia generatur et fit pannus. Et aliquando convertitur in speciem et fit velut aqua descendens vitio stomachi. **Signa** aque descendentis non confirmate sed incipientis sunt ante oculos videre volare aliquid in modum muscarum et tinearum et festucarum. Et si aliquando augmentatur scias quod contingit a stomacho. Si vero non alleviatur in uno tempore quam in alio. Et sit passio in duobus oculis tunc non est a stomacho sed a cerebro. Sed si in uno oculo passio fuit et alleviatur tunc non est a stomacho. Et si pupilla conturbata fuit quasi in ea sit fumus vel nebula tunc non est a stomacho. **Signa** aque confirmate et que appellatur pannus sunt quod prohibet visum et videtur pupilla omnino aspicientis opilata et videtur quod aliquid reci... ex ... in modum panni et tele cuius colorem a cornea et uvea sit in pupilla. Et sunt modi istius plures. Quedam est clara et quedam nigra. Et quando quando movetur cum premitur palpebra cum pollice fricando super pupillam. **Signa** eius que est in modum pulveris sunt quod cum medicus commovet caput fortiter commotione videt materiam plus ad inferiora descendere. Similiter quando exprimitur cum acu de elevatione panni vel aque communis et induratione medicus descendit cum elevatur ad inferiora. Plus vero non elevatur propter spissitudinem suam, assimilatur glutinositate sulphuris et hec est vera materia inter pannum et post. **Signa** gutte serene sunt dolor frontis et oculorum qui antecessit egritudinem. Et quod in substantia oculi non apparet aliqua malitia. Et hoc est quia infirmitas non est in oculo sed in nervo veniente a cerebro ad oculum qui vocatur nervus opticus. **Cura**

aque descendentis ad oculum non econtra et ut purgetur cum pillulis cochiis aut fetidis simul cum piga et hoc fiat sepe omni tempore sue curationis. Abstineat a vino et comedat carnes bonas ut plurimum assatas. Et bibat aquam mellis. Et condiantur cibaria sua cum pulvere qui sic fit ℞ piperis lon. ʒ ß ciamomi ʒ i ß cardamomi ʒ iii croci ʒ ß. Comedat semper et sine eis. Ponat omni die in oculos fel caprinum vel fel vulturis aut aquile. Aut collirium meum rubeum vel collirium de fellibus quod sic fit

Collirium de fellibus

℞ fel caprarum gruis aquile vulturis. Aut omnia aut aliqua ex istis. Et misceantur in scutella vitreata cum ʒ i thucie ʒ ß sal armoniaci et ʒ iii floris eris ʒ i salis gemme ʒ ß spume maris que omnia trita et cribellata sint. In qua commixtione addatur succi celidonie rute feniculi ana ʒ iiii vini al. lb i distilletur hoc totum per alembicum vel dimittatur hoc totum ad solem per dies xl. postea coletur et iterum ponatur in vase vitreo ad solem per dies iiii et reservetur. Si autem non ponatur vinum exsiccetur hoc totum ad solem et fit pulvis ex omnibus que recitata sunt maxime in hiis diebus xl. [illegible] Et cribretur [illegible] et postea in oculo hic pulvis delet pannum mirabiliter.

pul ex eodem

Cura cataracte talis exit ex parte media [illegible] ut dictum est. Nigra autem in illa que non movetur et illa que [illegible] cum pungitur et eius aggregatio non est facilis. Et est illa quam saniem vel pus vocamus non curatur cum acu vel instrumento. Sunt etiam quedam que curationem cum acu non recipiunt vix [illegible] viridis nigra et plumbea vehementis nigredinis et citrina. Illa vero que est clara solida et que dilatatur cum premis eam pollice tuo deinde redit et aggregatur. Post mundificationes factas curatur cum instrumento huiusmodi. Ponas infirmum sedendo in loco claro ut sol eum non videat et facias caput eius inclinare super sinciput ad posteriora in manibus cuiusque astantis. Et tu sis paratus cum acu ferrea rotunda et acute tersa subtili valde que melior est quam argentea tenendo acum cum pulpis digitorum indicis et pollicis manus dextre si vis operari in oculo sinistro et econverso in dextro et tunc imprimas acum elevando palpebram superiorem in medio coniunctive usque ad pupillam et plus et tunc revolve acum circulariter et superius et inferius. Et cum sic feceris deprime cum acu pannum ad inferiora et ipsum ibi dimitte et extrahe acum suaviter et ponas super oculum albuminem ovi mixtum cum aqua rosarum et camphora et dimitte sic eum usque in aliud diem et facias sic usque ad dies 3 postea ponas super oculum succum plantaginis et intra oculum collirium al. de cetero. Si autem panni cataractarum fuerint non obedientes nunquam curabuntur per instrumentum nec per medicinas. Post usum vero medicinarum si fiant cauteria sine [illegible] in fronte cum ferro ignito et incidente. Et profundentur illa cauteria usque ad os valde utilia inveniuntur plus aliis remediis. Aut cauterium in vertice capitis ubi [illegible] digitus medius quando radix palme illius qui patitur ponitur super radicem nasi. Scias quod huiusmodi medicatio non distat nisi per visum et usum per doctrinam vel in me

Manualis operacio

Omnes tales sunt contriti in potu aque mellis usque ad horam firmationis et curationis nullo modo tollat vinum. Gutta serena curam non recipit nisi per mundificationem. Collirium quod valet ad descendentem aquam econtrario et econtra et ad pannum et guttam serenam si aliquod collirium valet potest sic fit ℞ fellis gruis, fellis lucii fellis yrci fellis anapitis fellis aquile fellis perdicis ana ʒ iii euforbii coloquintide sapi ana ʒ i terantur et cribrentur et incorporentur omnia simul cum succo feniculi et fiat collirium. Si autem collirium facere volueris ponas cum predictis lb i vini al. et lb i succi feniculi et distilletur per alembicum vel dimittatur ad solem per dies xl et postea coletur et dimittatur clarescere et reservetur usui ad ponendum in oculo. Si vero hec egritudo a principio provenit curatur solum cum exhibitione oximellis compositi vel squillitici. Cum recipiatur de eo omni mane ʒ i vel ʒ i ß cum iii ʒ vel iiii aque decoctionis feniculi et ysopi. Et cum exhibitione pillularum fetidarum vel cochiarum de octavo in octavum diem. Et cum dieta sicca et cum potu aque mellis

De dilatatione pupille et luminis et vocatur almitasar et de constrictione eius.

Dispersio luminis vel destructio fit propter dilatationem pupille et dilatatio pupille fit aut ex humiditate aut ex siccitate et fit a percussione. Et causa post dolorem capitis et frontis vehementem et intelligas per pupillam foramen uvee tunice quod aliquando ita dilatatur quod pertingit usque ad totam nigredinem oculi et usque ad totam albedinem. Signa dilatationis pupille sunt quod ipsa pupilla videtur dilatata et quod humiditates fluunt per nares oculos et palatum. Et signa humiditatis omnia in capite in oculis et in facie apparent. Et etiam quod fit subito quia est non paulatim. Signa eius que a siccitate fit sunt ariditas oculorum et frontis et quod humiditates non apparent nec fluunt ab oculis nec a naribus aut palato et quod paulatim fit et non subito. Signa eius que fit a percussione aut post dolorem manifesta sunt ex recipiente et per infirmitatem antecedentem et per narrationem infirmi. Cura eius que fit propter dolorem capitis cum dilatatio facta fuerit non amplius fieri potest et remanet incurabilis tamen primo tamen et cum non provenit sit dilatata pupilla curatur ponendo super oculum lentes lentes excorticatas pistatas et mixtas cum bolo armenico et pulvere mirtillorum et agrestis et vino de granatis et succo berberis. Et incidantur cum hoc si possibile est arterie et vene que sunt circa oculos in fronte. Aliud ad idem ℞ succi plantaginis et spume et plantaginis et misceantur et petie linee infundantur in eis et ponantur sepe super oculos die ac nocte

46

Ad idem infundantur pectie in aqua ro. in qua distillata sit thucia et ponatur super oculum. Super frontem vero ponatur emplastrum quod sic fit Rx masticis thuris dragaganti ana ʒ 5 pulverizentur et incorporentur cum albumine ovi. Et si hora doloris aut hora incepcionis dilatacionis fieret cauterium in anteriori parte capitis in sincipite et profundaretur usque ad os. Et proderit post purgacionem cum pillulis et iheris congruentibus ad dolorem capitis esset multum utile et bonum. De quibus purgacionibus et pillulis et iheris in capitulo de dolore capitis multum diximus et regatur cum dieta et potu ut diximus illic. Cura eius quod fit ab humiditate est ut statim purgetur caput cum colirijs et pigra aut cum medicamine de turbith et post purgacionem fiat cauterium loco dicto superius profundata ut diximus. Regatur cum dieta et potu ut dictum est in dolore capitis vicio humiditatis cum siccitate. Ponantur in oculo coliria alia que superius diximus. Cum autem fit propter siccitatem Curatur cum succo plantaginis et succo portulace que ponantur super oculum mixta cum albumine ovi. Regatur cum dieta et potu dictis de ... que fit ex ... corrupta. Cum autem advenit propter percussionem non est multum timenda quia ... fiat statim in primo flobotomia de vena cephalica ... Et super oculum ponatur albumen ovi mixtum cum aqua rosata et succo plantaginis et portulace. Et fiat emplastrum cum lentibus excorticatis et fabis tritis et mixtis cum aqua foliorum salicis. Et intra oculum ponatur colirium de cerusa dictum in obtalmia calida. Regatur in primo cum dieta et potu ut dictum est in capitulo de obtalmia calida et de macula expressione.

47 De hijs qui post occasum solis nichil videt neque in die

Fit autem ista infirmitas in qua homo non videt aliquid post occasum solis Aut propter infirmitatem antecedentem Aut vicio spiritus aut ex materia grossa que in oculis existit et turbacio spiritus visibilis fit ex multa humiditate que in ipsis oculis est. Infirmitas vero in qua homo non videt in die est subtilitas spiritus et eorum claritas propter ... in claritate solis ... et turbatur eius ... hoc in tenebris et obscuris melius et subtilius vident. Signa eius qui non videt post occasum solis sunt ipsa narracio infirmi et ipsa ingrossio et turbacio oculorum et multiplicacio humorum currencium ad oculos et eorum ... Eius vero qui in die non videt est claritas et subtilitas humorum oculi et etiam narracio pacientis. Cura eius qui non videt post occasum solis est ut primo purgetur cum pillulis cochijs et pigra. Postea vero fiat flobotomia de vena cephalica vel regatur cum dieta calida et sicca ... cum carnibus assatis et avibus ... et vino albo limphato. Ante prandium et post digestionem fiat ʒ ij vel iij boni vini veteris acuti. Intra oculum ponatur liquor expressus ... preparati cum pipere hoc modo fiat scissiones multe cum cultello in ... Et impleatur quelibet scissio cum pulvere piperis. Hoc facto ponatur testicula et coquatur in fimo ita quod non exsiccetur Aut in vere quod non est sic bonum. Et tunc removeatur ab igne et accipiatur super lapidem ubi decoctum Et contritum ultima decoctione addatur aqua musti cum eo ... exprimatur et incorporetur cum liquore qui expressus ... tunc exsiccetur et ita contritum et tabuletur cum pecia et resumetur usui. Aliud ad idem Rx fel caprinum et misceatur cum melle in scutella vel in vase vitreo super ignem et cum stilo ponatur in oculum vel ponatur coliria de follibus dicta in capitulo ... Aut ... de panno. Aliud ad idem valde bonum Rx succi rute succi celidonie ana ʒ ij cum quibus misceatur ʒ j mellis et vini fel caprinum et dissolvatur et misceantur omnia ista in vase vitreo ad solem post dissolucionem colentur et inde oculum cum stilo ponatur ... ad solem per mensem ... Si autem hec ... contigerit ... cum indispositione preambula ex pillulis fetidis ... et iheris et cochijs et cum remedijs ... et dieta narrata superius. Si vero propter consuetudinem ... evenerit ... nisi per curam infirmitatis antecedentis aut per istam viam. Cura illius qui in die videre non potest est ut regatur cum dieta ingrossativa quantum sanguinem grossum et spissum ut sunt extrema porcellorum animalium et aquorum et avicule. Et bibat vinum ... dulce limphatum. Et super ponatur ita oculos aqua rosata mixta cum succo plantaginis et gumma arabica et dragaganto et psillio. Nam ista inspissant spiritus claros et turbatos vapores et oculum reddunt ... et rigidum. Aperire oculos tales in isto casu prodest in aqua vel frigore confert et est valde utile.

De pediculis que fiunt in palpebris et superciliis 48

Pediculi in locis istis generantur ex materia putrefacta contenta et derivata illic et consuetudo ... de uno ad alium per consolacionem cum hijs. Et quedam species pediculorum contenta in locis predictis ... ex calida ... Aliud quod appellatur pyatoni et isti multum infirmantur et applicantur ad loca ubi sunt et generantur. Signa sunt pruritus et ardor in locis et rubedo cum eminencijs pustulosis ... Et ... a fricacione et scalpellacione loci abstinere non potest. Cura est ut purgetur caput cum pillulis cochijs et cum pigra et cum ... dictis in capitulo de ... Ungantur et fricentur loca cum aqua decoctionis sulphuris et aluminis ... et staphisagrie. Nam staphisagria destruit tales pediculos non solum in homine sed etiam in omnibus et alijs animalibus. Abluere etiam loca ista cum aqua decoctionis sulphuris et salis et absinthij est utile. Unguentum bonum ad hoc sic fit Rx assungie liquefacte et colate ʒ iiij sulphuris ʒ 5 argenti vivi ʒ 5 misceantur et incorporentur et ungantur

loca cum isto Ad idem aliud R staphisagre ℥ s argenti vivi ℥ s misceantur et incorporentur cum ℥ ij butiri
Et de isto loca pediculosa piatenosa tangantur et videbis mirabile bona dicta imitatur per posse et bibat bonum vinum bene limphatum De fistula lacri-
49 mali oculi et ordeolo R cura

Fistula lacrimalis appellatur a phisicis garab Et est cum angulus lacrimalis residat et est cum
comprimitur sanies vel virus ab eo egreditur tunc
fistula pati dicitur Et aliquando apparet eminentia in loco exteriori que multotiens aperitur cum comprimitur Redit sanies ad
lacrimalem et tunc vere dicitur fistula Et aliquando non aperitur
sed expirat per compressionem ad lacrimale Ordeolus est apa
oblongum in modum grani ordei vel panicij seu milij nascens
in extremitate palpebrarum Efficitur autem fistula ex materia
humida vel inlicita descendente ad locum lacrimalis Ordeolus semper fit ex materia sanguinea vel ex sanguine colerico
Signa fistule sunt humiditas currens cum expressione
a lacrimali et rubedo et largitas lacrimalis Et eminentia apparens aliquando in parte exteriori et fetor loci cum
tangitur Cura fistule pertinet ad cirurgiam de qua in
libro meo feci mencionem Sed nichil melius est in cura
ista quam cauterium punctale Et cum hoc abstinere
a salsis acutis inflativis et flatuosis et a vino forti cum
to minus Medicamen bonum ad hoc sic fit R aloes
thuris sarcocolle sanguinis draconis balaustie antimonij ana
libras ℨ ij et ana ℥ j floris eris ℨ ij terantur subtilissime et fiat sief cum vino et succo rute et ducitur
usque ad tempus necessitatis Hoc autem medicamen dissolvitur in aqua et illa aqua distillando ponitur in fistula aut in lacrimali postquam sanies ex loco tota expressa fuerit Et tunc locetur ad iacendum infirmus super latus sanum et dimittatur per horas 3 et continuando per
ebdomadam per longius tempus donec sanies perfecte exsiccata fuerit Aliud ad idem R aloes veteris boni
electi ana lb ij s litargiri pulverisati et cribrati lb
j Coquantur ista simul in cazola ad ignem per diem integrum
donec nigrum vel veluteus fiat deinde de eo fiant
tente que ponantur in fistulis de proprietate omnem eradicat fistulam et exsiccat Aliud autem quod est valde utile
in isto casu quando sanies exit a lacrimali et non est ibi
vulnus in exteriori Est pone pulverem citrinum qui sic fit
in lacrimali R zinziberis ℨ iij vitrioli de quo fit incaustum adusti ℨ vj arsenici rubei boracis ana ℨ
ana ℨ j salis armoniaci ℨ s alumini ℨ ij Armoniaci
dissolvatur in succo rute et incorporentur species cum illo
succo et fiant trocisci et exsiccentur et cum necesse fuerit
terantur super marmore ut alcohol et ponatur in lacrimali Aliud quod probatum in lacrimali dissolvatur
thuria contrita ad marmor ultima corticis cum collirio meo albo et post dissolutionem coletur cum pecia et
reponatur de quo liquore ponatur omni die bis in lacrimali et iaceat super latus sanum finaliter exsiccat fistulam istam specialiter cum non exit sanies nisi ex lacrimali
et quod in radice nasi non est per foramen Purgare sepe caput patientis cum pillulis cochijs ut pluries aut cum medicina de turbith valde utile est et bonum sit vigilatur
angulus oculi infistulati usque ad dies xxx vel xl

et sero cum vadit dormitum similiter cum oleo rosarum fructi
Si fistula fuerit non apta vel fuerit apta et immediata
a carne et ossa corruptis sanabitur et specialiter si cum eo
vadit dormitum ponatur super oculum emplastrum quod sic fit
R mumie boli armeni aloes thuris masticis ana fiat
ex omnibus pulvis et incorporetur in modum emplastri cum vino stiptico Cura ordeoli est ut fiat flobotomia de
cephalica vel ventosatio in spatulis et abstineat a
vino puro Et emplastretur ordeolus in principio cum licio et
aloe vel cum succo plantaginis et aloe seu cum succo acetose
et aloe postea ponatur cera nova calida die ac
nocte super ipsum aut laudanum et curabitur die x° vel
circa id principium remedium mitigat dolorem et in ordeolum
resolvit Aliud ad idem pone micas panis tamdiu
quod fiat in modum masse et desuper pone vel inunge
ipsum cum butiro et sepe abluatur cum aqua calida De
hiis que extrinsecus cadunt in oculos 50

Quando pulvis seu festuca de vinis de aliquo
aliud simile istis cadit in oculum Ne in versetur
vel in tarentur in tunica oculi vel interiori parte
palpebrarum eius subveniatur Nam propter dolorem aut feritatem propter oculi posset oculus aperiri et existeret in
mala consuetudine quanti ac mutari Cura eius talis sit
quod involvatur stilus de argento aut auro seu de ligno
in pice aut resina que est in similitate illa per oculum et
super rem que in oculum intravit Nam adheret res pici
aut resine et sic potest leniter et absque difficultate extrahi et
removeri

Qui habent in oculis infirmitatem sunt 51
habentes oculos varios et albos et qui
visum habent debilem Cura istius et cetera
et timoris est ut homo quod tenet de hac induat se vestibus nigris et ferat capite et manibus suis res nigras
et videat quod isti duo colores faciunt ad congregationem luminis visibilis et est prius ligare pannum super oculos sandalum nigrum vel viride est utile valde Sero cum vadit dormitum cum aqua rosacea oculos cum succo plantaginis et feminei lactis est
utile et cetera De ardore et dolore qui in 52
oculis accidit ex vehementia frigoris et venti

Multi propter frigus et ventum incurrunt ardorem et
dolorem oculorum et ardor et dolor prestat oculum ad obtalmiam et rubedinem oculorum ex quibus
infirmitatibus oculus posset incurrere defectum visus aut
debilitatem In cura istius tria requiruntur primo ut procedat cum
defensivo contra ventum et frigus 2° ut removeatur ardor et
dolor propter quem evenerint 3° ut procedatur contra ruborem
si existit evenerit Defensivum frigoris et venti est
omnis coopertura pannorum calefaciens faciem et oculos
tegat et defendens eos a vento cingulis quando
et frigore fuit Vinum bibere sero recens et comedere ℨ ℨ
et garioffilorum et nuces muscatas hoc itinere venti et
frigoris et specialiter si fuerit bonum vinum est optimum defensivum est Secundo vero quod removet dolorem et ardorem ab oculis propter que evenerint sunt ablutiones que fiunt cum aqua decoctionis camomille et melliloti et herbe feni et rosarum
anethi et radicum malvavisci et abstinentia a vino
forti similiter Et emplastratio cum istis rebus sero cum
vadit dormitum Cum ex farina ordei et frigida
ponenda est Aut ablutiones que fiunt cum aqua illarum
rerum ut plurimum conferunt et Si autem rubor

ꝑ ista eueniat abstineat a vino et bibat aquam mollem Et fiat plaga vel ventosatio in spatulis et collo Purgetur etiam cum pillulis cochijs aut ᵱg et fiant alrelle ut dictum est in capitulo de rubedine oculorum et capitulo de obtalmia talia. Panis in fuso in aqua frigida si ponatur super oculum sero cum vadit dormitum postquam malaxatus fuerit tunc mediam in modum paste est utile valde

53 De strabositate

Strabositas est egritudo qua tortuositate radius accidit propter nocumentum contingens in nervis et lacertis mouentibus oculum ex duabus causis facientibus oculum inclinare ad diuersas partes recto scilicet dextram aut sinistram superiorem aut inferiorem partem. Et strabositatis prima est in pueris et humidis in quibus nervos et lacertos mouentes oculos ut plurimum venientes a cerebro Et fit etiam a siccitate adducente ipsum ut in febribus acutis et fit aliquando in appoplexia et spasmo et epilepsia et hec subito tunc fit species spasmi ex repletione Signa strabositatis venientis ex humiditate sunt quod fit subito et corpus totum humidum videtur et quod per nares et oculos et palatum fluunt humiditates quamplurime et multe Et si cum hoc fuerit strictura ventris etiam fiet et significationes erunt veriores Signa vero quod fit a siccitate sunt Signa quod subito non fit sed paulatim et fit ut plurimum post egritudinem longam Item si strabositas est ad superiora vel ad inferiora videbitur strabo quod videat res duas et unam videbit Sed si strabositas fuerit ad dextram ad sinistram hoc non contingit Signa eius quando epilepsia et appoplexia et spasmo de humiditate sunt ex repletione et per antecessionem illarum infirmitatum Cura strabositatis que fit post egritudinem acutam aut in egritudine acuta est signum mortis et non curatur nisi per curam ipsius egritudinis Cura strabositatis que fit ab humiditate si fiat in infante non curatur nisi sanat [illegible] in ipsa infancia. In infante enim oportet ut laboret medicus vel custos pueri ut faciat ipsum puerum aspicere ad rem unam et tandem ad speculum opposita in [illegible] propter strabositatem. Aut post ne rubea lana a filis in [illegible] partis strabositatis aliquis inducat in fronte ad aspiciendum quamplurime aut sicut plurimum Tempore [illegible] mediam fit et custodes in hoc ut quamplurime et violenter totus aspectus pueri fit ad contrarium strabositatis propter positionem speculi et [illegible]. Si aut strabo senex aut iuvenis fuerit et fuit strabositas ex humiditate in habente nervos curetur ut dictum est in cura spasmi de repletione Et cum hoc curetur quamplurime et valet ad aspectum [illegible] ad speculum aut ad rubea posita in partibus strabositatis sive ligetur aliquid rubeum ad lucidum ad tempus contrarium strabositatis ad quod quamplurime aspiciat patiens Postea mittatur in nasum strabosi succus foliorum alieue aut caput purgetur vel castoreum tritum et mixtum cum vino quod excitat humiditatem nervorum oculi per istam viam [illegible] et adiuuat ad curationem istius infirmitatis venientis ex humiditate [illegible] ad hec Sed autem a siccitate [illegible] humectetur corpus si fuerit absque febre cum [illegible] lactis et ordeo tantum unguatur pars lesa cum oleo de camomilla et oleo violarum et similibus et ut bibant dicta curetur ut dictum est in capitulo de [illegible] Ex predicte et potus vina non [illegible] medicine et hec tamen in sunt humectatio ut electuaria restaurativa et diadragantum

et similia Et sit regimen quod fit in [illegible] ex [illegible] vel corrupta aut [illegible] et medicine quas diximus in capitulo de spasmo ex inanitione

54 De eminentia oculorum

Eminentia oculorum vel oculi fit aliquando ex vomitu procedente aut ex tonanine vel clamore seu percussione Aut ex ma[illegible] concurrente ad nervos oculorum et implente concavitatem loci in quo oculus locatur vel situatur Et cum in loco non fuerit repletio aut impedimentum necesse fit oculus eminens Signa quod fit propter vomitum aut ex tonanine seu clamore manifesta sunt ex relatione infirmi Si autem eminentia fuerit propter cursum a concavitate loci in quo oculus est situatus sicut trahuntur ex [illegible] et dolore quod quamplurime in ipsius eminentie existit Cura eminentie si fuerit a vomitu sive clamore vel percussione seu ex cursu materie bonum est quod statim in principio fiat flobotomia de cephalica aut ventosatio in spatulis et quod sepe purgetur caput et sequens cum pillulis cochijs vel ᵱg aut cum de crocodilibus dictis in obtalmia talia super oculum postea emplastra quod sic fit Recipe aloes [illegible] acacie ana ʒ v incorporentur cum succo plantaginis vel semine aut acetosa Et super emplastrum ponatur rotula de lana vel coto Constringatur hec cum binda vel ponatur super emplastrum rotula de colla et stringatur cum binda desuper hec et accidunt Aliquid et ex ipsis vos materie quod hoc voluntate strictura circa oculos et forte utile est valde ne eminentia aut lesio in oculis ex tonanine accidat Item Recipe masticis boli armenici amidi tolle cacte ana ʒ v Incorporentur et misceantur cum albumine oui et super oculum ponatur Et super emplastrum strictura bona cum binda iaceat infirmus supinus et abstineat a vomitu et strenutatione et posse Et fiat gargarismus cum melle rosarum et aqua Et bibat in ore [illegible] vel aquam [illegible] ne moueat parum comedat et raro et nullo modo bibat sed aquam vel aquam berberis seu aquam de [illegible]

55 De hijs qui post sompnum oculos aperire non possunt et vocatur hec passio [illegible]

Quando post dormitionem vel sompnum homo oculos aperire non potest Colligitur hoc propter fumos et vapores elevatos a cibo non rectificato in stomacho ascendentes ad cerebrum et illic ex frigiditate ipsius cerebri in humiditatem actualem [illegible] et quando hoc sompni descendendo per nervos et palpebras quando sompnus fit super repletionem immediate currunt illi humores ad palpebras et lacertos mouentes ipsas et oculos Unde propter hoc [illegible] sompnum quidam oculos aperire non possunt Signa istius dispositionis aut ex his similibus ex indicatione infirmi ex ipsa re apparente secundum passionem Cura purgetur cum ᵱg aut cum pillulis cochijs seu fetidis Et fiat [illegible] et post gargarismus cum aqua de [illegible] aut [illegible] oximelle squillitico aut oximelle composito Embrocetur oculi cum vadit dormitum cum aqua decoctionis rosarum mellilotis et floris camomille Quod mixtum cum oleo rosarum et radice gallie repleta et colata simul [illegible] et palpebris in hora dormiendi superponatur Emplastra non facta ex rosis mixtis cum oleo rosis super oculos hora dormiendi confert Ablutio aque calide decoctionis rosarum et leuium multum operatur et est bonum

Quoniam medi
cus est artifex
sensitivus et per
signa in egritudinum devenit causas, opus est ut ma-
xime advertat in medicando ad principalia genera
signorum que quatuor a medicis appellari consueve-
runt. Ut colligitur ex summa B. integri quorum primum
sumitur a tumoribus, secundum a doloribus, tercium ab operacionibus
virtutum immutatarum, quartum a superfluitatibus. Verum quia
signa sumpta a superfluitatibus obiciuntur magis sensibus
nostris, magis ideo sensitiva dicuntur. Et cum inter omnia urina
obtineat principatum decrevi tractatum de urinis ex
dictis antiquorum vel autorum modernorum totis viribus aggrega-
re, non ut aliquod novum me facturum extimetis, sed
ut morem dominorum scolarium quorum filius sum gerere
voluptati. Indiget enim sensibili cognicione circa uri-
narum species cum maxime ut refferunt decipiantur.
Quinque ergo tamen melius potero adducam. Primo regulas
quasdam quas habet medicus presupponere antequam
aliquod iudicium faciat de urina. Secundo regulas sumptas
a coloribus et speciebus eius et quantitate. Tercio regulas
sumptas a contentis. Quarto regulas sumptas a substancia.
Quinto cautelas quas debet habere medicus in iudican-
do et in cognoscendo urinas hominum ab urinis anima-
lium et virorum ab urinis mulierum ne a vulgaribus
decipiantur. Dabitis ergo veniam si ut merenti tale
non adduxeri tractatum dabitur aliis tamen ex hoc
causa subtilius investigandi. **Quantum ergo
ad primum dimisso quid nominis**
ipsius urine quod tangitur ab Egidio illo carmine
De urina etc. descendam ad principale. Primo notandum
est ab urina multa sumuntur signa varia. Primo
a colore, secundo a substancia, tercio a contentis que varias dispo-
siciones habent iudicare. Color enim arguit super
complexionem calidam frigidam cum causatur a quali-
tatibus activis scilicet caliditate et frigiditate. Substancia
stat super humores cum causatur a qualitatibus passivis
scilicet humiditate et siccitate licet quandoque possit color
a passivis causari ut ex permixtione rei humide ut
sanguis cum urina. Contentum autem arguit super dispo-
sicionem membrorum ex quo sequitur immediate solucio
ad dubitacionem illorum qui dicunt quod urina non arguit
nisi super disposicione membrorum interiorum quod est falsum ut
apparet ex dictis etc. Nam ex contento potest cognoscere
medicus super disposicionem capitis iuxta illud gra-
nula renmatice secundo super stomachum ut colligitur ab
Avicenna et Ysaac de signis sumptis ab urina super
apostemata stomachi et aliis disposicionibus ut melius declara-
bitur in sequentibus capitulis. Hec est
Prima regula sumpta ab Avicenna secunda primi et
ab Ysaac in sua de urinis antequam medicus advertat
seu iudicium faciat de urina debet poni eam sane
in vase vitreo diaphano rotundo habente formam
vesice quale dicitur urinale ut melior fiat seques-
tracio contentorum. Tale enim vas est proporcionatum seu
simile loco naturali urine ut colligitur ab Ysaac parte
de urinis. **Correlarium** ignari sunt medici qui ex-
istimant iudicare posse de urina contenta in vase
alterius forme cum non possent cognoscere unitatem
et divulsionem ypostasis, equalitatem vel inequali-
tatem eius cum talis situs impediat completam segregacionem.
Secunda regula sumpta ab Ysaac in de urinis et ab
Avicenna secunda primi urina stans in vase predicto scilicet
urinali non debet aspici in aere radioso nimis
neque eciam in aere nimis obscuro sed in loco opposi-
to radioso aeri. Probatur primum quia radii venientes ad
vas impediunt perfectam visionem cum sint cause dis-
gregacionis spirituum deservientium potencie visive
etc. non poterit haberi iudicium de contentis et parvulis
et in fundo existentibus. Item ex radiis penetran-
tibus urinale variatur situs et locus contentorum
cum contenta aliquando nimis subtilia et levia aliquando
terrestria aliquando in parte superiori. Aliquando in parte
media, aliquando in parte inferiori ut cuiuslibet loco suo de
contentis. Secunda pars regule patet quia si aspiceretur in loco ob-
scuro non posset haberi iudicium de coloribus perfectum nec
de substancia nec de contentis. Ergo regula vera. Secunda pars
patet quia aspiciendo ipsam in aere opposito aeri
radioso non sequitur de contrario predicta et potest haberi
iudicium plenum et firmum de colore substancia et contentis.
Et illa est causa quare practicantes applicant ve-
stes sub urinali et maxime veste fusca ut nigra
cum sit racione albedinis et rubedinis disgre-
gare visum et spiritus. Ita de racione fuscedinis
et nigredinis est congregare etc. melius aspi-
ciuntur partes admixte substancie urine. **Correlarium**
medicus aspiciens urinam ut supra debet post
primam aspeccionem movere ipsam paulatim ut melius
discernantur contenta. **Correlarium secundum** decipiuntur
medici volentes habere iudicium de longe visa. Non
enim possunt habere plenum iudicium de colore nec de
substancia nec de contentis propter distanciam enim disgre-
gantur isti spiritus et isti tales ut plurimum male
iudicant. Et dato quod aliquod iudicium possit haberi
de colore non tamen potest sic haberi de contentis quibus
medicus melius discernit disposicionem lapsus. Patet
correlarium ex verbis Avicenne secunda primi quanto eam
tibi plus approximes tanto spissitudo augmentabitur.
Et quanto eam plus elongabis tanto claritas aug-
mentabitur. **Correlarium** tercium errant medici aspi-
cientes urinam ad lumen candele propter predicta.
Tercia regula est sumpta ab Avicenna secunda primi
medicus volens habere iudicium de urina debet
colligi eam sane in mane celebrata digestione. Talis
enim arguit supra disposicionem lapsus tam racione coloris
tam racione substancie tum eciam contentorum quia quanto
urina longiori tempore reservatur ab intra tanto

ex maiori actione caloris fit maior sequestratio p[ar]tium
et maior depuratio Et sic verificabitur dictum Avic[enne]
2a p[ri]mi Et sic p[ri]ma urina que in mane colligitur
etc. Corr[olari]um Ignari sunt medici qui ut domio-
res aliis videantur volunt habere urinam de hora in
horam Et tamen de nulla possit medicus p[er]fectum iudi-
cium ac completum facere. ex quo non est possibile quod in tam
p[ar]vo tempore fiat debita sequestratio et depuratio
Et hoc non habet veritatem in dolore renali et in
retencione lapidis ubi retentio urine est difficilis
et est causa plurimum nocumentorum. In quo casu melius
est habere urinam quociens volunt imp[er]fecta ut cognos-
cat an materia purgetur per vias urine et qualia. Et ex
hoc verificatur dictum practicantium quod quanto in
passionibus renum et vesice urina fuerit grossior
et turbulentior tanto melior etc.

Quarta regula medicus antequam iudicium faciat de
urina debet aspicere eam immediate postquam est mincta.
Deinde bene cooperiatur urinale cum panno ne
alteretur ab aere exteriori. Post vero horam iterum
aspiciatur et tunc erit facta depuratio et resi-
dencia partium de quibus medicus poterit habere cogni-
tionem. post vero tale tempus debilitatur sedimentum
mutatur color variatur ypostasis. ut colligitur ab
Avic[enna] 2a p[ri]mi doctrina 2a ca[pitul]o p[ri]mo. Et quidam dicunt
etc. et subdit Ego vero dico quod neque post horam
etc. p[ri]ma autem p[ar]s deducitur sic. quia aliqua urina
mingitur turbida et fit clara. et aliqua mingitur
clara et fit turbida. et p[ri]ma melior est absolute
significat enim expulsionem fortiorem. licet 2a in fe-
bribus putridis aliquando indicet salutem p[ro]pinqua[m]
cum in p[ar]vo tempore turbida fit post eius minctum.
quia fit subtilitate humorum facultate eorum
ut absciscat p[ri]mo febrim etc. Aliqua vero turbi-
da mingitur et remanet turbida et illa est deterior
ut plurimum. significat enim ut in pluribus corrupcionem
et ebullicionem humorum ut a G[aleno] 2o de crisi. Dicit
notanter ut in pluribus. quia in passione renum et
yliis seu intestinorum non significat hoc. sed materiam purgari
per vias urine. Dicitur etiam notanter ut in pluribus
quia ubi natura rectificaret. hoc non esset timendum
Corr[olari]um p[ri]mum. de urina delata a longe
medicus potest habere iudicium extimativum tamen non
scientificum. ut patebit inferius. Alteratur enim p[ri]mo
ab aere 2o ex temporis longitudine. 3o ex mo-
tu. Et notanter dicitur extimativum iudicium et non
completum quia ex ista tali medicus potest multa
cognoscere. ut declarabitur cum tangetur de cau-
telis medicorum etc. Corr[olari]um 2m sicut dictum
de predicta pariter dicendum est de urina reducta ad
ignem vel aquam calidam. De tali enim non potest medicus
habere cognitionem p[er]fectam. Resolvuntur enim p[ar]-
tes subtiles. variatur et color. etc.

Quinta Regula antequam medicus faciat iudicium
de urina debet considerare etatem egrotantis

Aliter non est possibile ipsum habere iudicium firmum de urina.
Nam alia debet esse urina infantis naturaliter. alia pue-
ri. alia senis. alia iuvenis. alia decrepiti. ut ab Avic[enna]
2a p[ri]mi ca[pitul]o 9o. Urina infantis debet esse alba lactea.
patet quia superfluitas urine p[ro]porcionatur nutrimento.
Cum autem infans nutritur ex lacte. sequitur quod urina debet
esse alba et lactea. Urine autem puerorum debent esse grossi-
ores et spissiores et non ita albe. patet quia calor naturalis
suffocatur ab humido multo multo. In iuventute debet esse citrina
subtilis quia sicut de racione frigiditatis est ingrossare
et dealbare ita de racione caliditatis est tingere et sub-
tiliare. Cum quod in iuvene calor sit forcior et in ysis
igneus sequitur urinam debere apparere subtilem et
citrinam patet etiam quia iuventus attestatur ignis sequitur etiam
urinam esse talem etc. In sene autem debent esse urine
albe et subtiles quia diminutus est calor naturalis
et albificatur a multis superfluitatibus que multiplicantur
racione indigestionis ad quorum indigestione sequitur
opilatio et ita subtilitas in decrepitu magis tenues
et magis albe propter racionem adducta. Ex quo sequitur
quod ignota etate medicus non potest habere firmum iudicium de
urina. Declaratur etiam exemplariter ponamus quod
medico afferatur urina iuvenis alba et spissa que sit
talis. multo lapsus sto ci ad frigiditatem non dubium
est quod non habita etate medicus iudicabit istam uri-
nam esse pueri et naturaliter talem. Et ita non habebit
iudicium de lapsu sto ci etc. ergo oportet medicum advertere ad
etatem. Clariora tamen ponentur signa ad discer-
nendum urinas correspondentes etatibus in quinto
tractatu etc. Corr[olari]um p[ri]mum licet 9o ita sit con-
tingit tamen urinas in sene fieri grossiores et spi-
ssas valde p[ro]pter racione multiplicacionis flatis que
tales cum viderit medicus debet pnosticare generacionem la-
pidis in renibus vel vesica et magis in vesica
Corr[olari]um 2m sumptum ab ysaac p[ri]mo de urinis
sicut oportet medicum volentem cognoscere p[er]fecte urinam
p[er]fecte considerare etatem ita oportet ipsum advertere ad corpus
patet quia complexiones multipliciter p[ro]porcionantur etatibus
et eciam In colericis enim debet esse urina citrina et te-
nuis in sanguineo rufa et mediocris ex parte substancie.
Corr[olari]um 3m cautius est medico dubitanti de
etate petere cuius etatis sit antequam iudicium faciat de uri-
na quam dicere utrum sit infans vel puer etc. patet quod
non poterit ex hoc sermone intelligi quod non cognoscat
urinam pueri aut infantis. quia hiis cuius etatis. potest
referri ad etatem infancie et puericie et iuventutis

Sexta regula et 9o de mente Avic[enne] medicus
debet certificari de regimine egrotantis circa
res non naturales antequam iudicium faciat de urina
aliter non poterit bene iudicare. Declaratur. Ula 2m
diversitatem nutrimenti assumpti diversificatur urina
ut si quis crocum aut cassiam assumpserit quibus
tingitur urina ad citrinitatem ut p[atet] Avic[enna] 2a p[ri]mi. ca[pitul]o
p[ri]mo. Et non sit aliquis qui in cibo rem tingentem
assumpserit sicut crocum aut cassiam etc. patet ex ista

subpallidus · subruffus · liuidus · rubicundus · kianos

causa nam racione caliditatis est aperitiuus Et propter hoc habet lapsum ad vias urine et tingit urinam Item si quis assumpserit electa que tingunt ad rubeditatem ut patet Auicenna loco allegato Ita eciam dicendum est de vino quod mutat urinam secundum suum colorem causa deductis quia superfluitas proporcionatur nutrimento de quo sufficit etc.

